

image
not
available




BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
IX
C
51
NAPOLI

DISPVTATIONVM ROBERTI BELLARMINI POLITIANI CARDINALIS,

S. R. E. Tit. S. MARIÆ in viâ.

De Controuersiis Christianæ fidei aduersus huius temporis hæreticos.

EPITHOME

Labore Fr. I. BAPTISTAE DES-BOIS Ordinis Minimorum.

TOMVS SECVNDVS.







PARISIIS,
Apud NICOLAVM BVON, in monte D. Hil[...]
sub signo D. Claudij.

M. DCII.

CVM PRIVILEGIO REGIS.



SVMMO PONTIFICI CLEMENTI VIII.

FAS mihi sit (beatissime Pater) è profundo tenebrarum ergastulo mearum, ad summam tui Solis amplitudinem assurgere paululum. Equidē ingenuè fateor mei conscius pulueris, extremorum præponderata discriminatione mihi fore potius latendum. Verùm examinata rerum inclinatione, quâ imperfecta delineationibus perfectorum, obscura lucidorum irradiationibus, ima obtutibus summorum, misera misericordiarum irrigationibus delectātur, quis ad tui nominis, & luminis splendorem delitescere vellet, quin potius niteretur tuis, quātum liceat, fulgoribus illustrari? Ego certè humillimæ conditionis persona vererer, quantulumcumque ante maiestatis gloriam Apostolici Pontificatus apparere, ni probè intelligerem, tantam celsitudinē dulcissimis clementiæ deuotionibus gaudere. Ergo tuæ beatitudinis pedibus hoc munusculū seu magis debitum, dignitate materiæ ma-

gnum, ingenio BELLARMINI *mirandum, nostri cõtemplatione modicum, prostratus offero. Vt tuis inauguratis auspiciis, tua potentia fretus, tuis auxiliis adiutus commodiori, æque faustiori luce pariam huius operis, siue præludij Fratres: qui proculdubio in ipsa conceptione peribunt, nisi tu qui tot potes, me misellum qui nihil possum, ac tantis oppressum gratis aspicias oculis, manu potenti subleues, benigna excipias dextra. Vt tu Ecclesiæ caput, ad cuius lancem omnis de fide ratio seipsam reuocat, qui scriptorum in carpo formicantem pulsum à temperato supremè discernis, & iudicem & Patrem huius opusculi, te præstare digneris. Plurimos plurimis tuis virtutibus*

Beatissime Pater Deus augeat fœlices annos. Parisiis è fraterna domo octauo Kalend. Septembris an. Christi 1602.

Tuus Minimorum Minimus

F. IOANNES BAPTISTA DES-BOIS.

INDEX

LIBRORVM, ET

CAPITVM.

PRIMÆ CONTROVERSIÆ

Secundi Tomi.

LIBER PRIMVS.

De Conciliis & Ecclesia.

LIBER SECVNDVS.

De Conciliorum authoritate.

PRIMA PROPOSITIO.

LIBER TERTIVS.
DE ECCLESIA MILITANTE.

LIBER QVARTVS.

Qui est,

DE NOTIS ECCLESIÆ.



DE CONCILIIS, ET ECCLESIA LIBER PRIMVS.

Caput primum & secundum.

Ordo disputationis, & qui de Conciliis scripserint.

CAP. 1.



RÆPONITVR disputatio de Conciliis disputationi de Ecclesia, licet ordo naturæ contra suadere videatur, quoniam de Conciliis disputatio, magis cum disputatione de summo Pontifice connexa est. In tres autem diuidetur disputatio nostra. Primò de Conciliorum diuisione tractabitur. Secundò de definitione, Tertiò de authoritate: Porrò de hac materia, nonnihil ex antiquis scripserunt [a] Gratianus, Iuo, Buchardus, Martinus Bracarēsis, [b] Hilarius, [c] Isidorus, [d] Beda, [e] Freculphus, [f] Psellus, Photius. Ex recentioribus [g] Thomas VValdensis, [h] Ioannes Turrecremata, [i] Ioannes Gerson, [k] Dionysius Carthusianus, [l] Ioannes Eckius, [m] Iodocus Clichtouæus, [n] Iodocus Tiletanus, [o] Ioannes Cochlæus,

CAP. 2.

a In suis decretis.
b Libro de Synodis.
c Etymolog. 16.
d Lib. de 6. ætatib. in Constantino. 4.
e In fine Chron.

f Libro de 7. Synod. g 2. Doctrinal. fidei 26. & 27. h 3. Summæ de Ecclesia. i In tractatibus variis de potestate Ecclesiæ, & Conciliis. K Libris tribus de Conciliis. l In Enchiridio. m In defensione Concilij Senonensis. n In defens. Concil. Trident. o Libro de Conciliis.

p Contra art. Lutheri. 28. & 29. Et Caiet. in opuscu-lis.
q 6. Hierar. Eccl.
r In explanatione Symboli cap. 24. & lib. 2. contra prolegomena Brentij. s In defens. suæ Confessionis contra Brentium. t Lib. 2. de Eccl. u 2. De locis. x In Synodis Hugoniis. y Opere de Conciliis. z Disputationib nouem pro Concil. Triden.
a Lib. 4. de hæres. b 3. Cap. 7. Panopliæ Euangelicæ.

p Ioannes Roffensis, q Albertus Pighius, r Cardinalis Hosius, s Petrus à Soto, t Ioannes Antonius Delphinus, u Melchior Canus, x Hugo, y Iacobatius, Gaspar z Villalpandæus, a Alphonsus à Castro, b Gulielmus Lindanus.

De nomine Concilij, & Origine.

CAP. III.

CAP. 3.

a Can 38. quo iubentur Episcopi celebrare Concilia bis anno. [Semel quarta septimana Pentecostes secundò 12 Die mensis Hyperberetæi id est iuxta Romanos 4. Idus Octobris.]
b 4. Histor. 23.
c Ep ad Leonem, & 6 Synodus act 17.
d Non procul ab initio.
e Ep. ad Concil. Ephesinum.
f Math. 18. vers. 20. οὗ γάρ εἰσι δύο ἢ τρεῖς συνηγμένοι εἰς τὸ ἐμὸν ὄνομα ἐκεῖ εἰμι ἐν μέσῳ αὐτῶν.

NOMEN latinum Concilij inuenitur passim in Testamento veteri, & nouo, pro congregationibus Iudæorum: sed Græcum σύνοδος inuenitur minimè. Vbi enim latinè legimus Concilium in scripturis, ibi Græcè συνέδριον, vel συναγωγὴ habetur. Primò ergo Synodi nomen reperitur in a Canonibus Apostolorum, deinde apud b Eusebium ac deinceps in authoribus omnibus. Hoc autem nomine idem significatur in Ecclesia, quod in regnis per comitia, nimirum congregatio Primatum, qui collatis sententiis statuant quod expedire reipublicæ videtur. Ita primum cœpit celebrari Conciliũ Actor. 15. ac deinceps alia. Quorum origo diuina probabiliter videtur. Primò, quia Concil. c Chalced. & d Tolet. 3. ac e Cælestinus Papa docent Concilia fuisse demonstrata à Christo dicente. f *Vbi fuerint duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.* 2. quia credibile admodũ est, Apostolos non nisi Spiritu sancto monente, primum celebrasse Conc. 3. Etsi ratio naturalis dictet vt in rebus dubiis Princeps peritos consulat: tamen vt soli conuocentur Episcopi, & adsint tanquam iudices, non videtur ab humana excogitatum ratione.

Partitio Conciliorum, & de generalibus Conciliis.

CAP. IIII. ET V.

DIVIDVNTVR Primò Conc. in Generalia, idest quibus interesse possunt, ac debent totius orbis Episcopi, nisi legitimè impediti, & quib⁹ præesse debet Papa, vel eius dũtaxar vicarius:[a] Nationalia, Archiepiscoporum, ac Episcoporum vnius regni, quibus præsit aliquis Patriarcha, vel Primas: Prouincialia, Episcoporum vnius Prouinciæ, quibus Archiepisc. vel metropolitanus præest: Diocæsana, Presbyterorum Episcopatus vnius Episcopo præsidente.

Secundò, partiuntur in approbata à sede Apostolica, in reprobata, ac partim approbata, partim reprobata: & nec approbata, nec reprobata.

Concilia General. probata numerantur octodecim. Primum est Nicænum Episcoporum [b] 318. celebratum ab an. Dom.[c] 327. ad 330. sub Syluestro: in quoquidem Concil.[d] soluta fuit quæstio de die Paschatis, & diuinitate Christi aduersus Arium: Secundum est Constantinopolitanum Episcoporum 150. aduersus Macedonium negantem S. Spiritus diuinitatem, celebrat. an. [e] 383. vel iuxta Socratem, f. 384. aut Onuphr. 381. Theodosio seniore imperante, ac Damaso summo Pontifice, qui

CAP. 4.

[a] Quæ etiam dicuntur vniuersalia, vt patet ex Conciliis Rom. sub Symmacho, vbi semper dicitur. Symmach⁹ Concilio generali præsid. Et tamen aderãt tãtùm Episc. Italiæ ratio est, quod sint generalia in eo regno, sed nõ absolutè Dicuntur etiã Prouincialia à Gratiano d. 3. can. Porro quia certis prouinciis cõtinentur.

CAP. 5.

[b] Ita Epiph hær. 69. qui ait vsque ad sua tempora fuere cõseruata nomina singulorum Episc. præcise 318. Hilar. lib. de Synod. prope extremo Ambros. præf. lib. de fide Hier. in Chron. Theodor 1. cap. 7. Quãuis Euseb. 3 de vita Constãt. dicat conuenisse supra 250. Episc. Athanas. fuisse plus minus 300. Eustath apud Theod. 1 cap 8. sup 270. Sozom. 1. c. 16. circiter 310. Inter hos erant Pat Alexand. Alexandr & Eustath Antioch. [c] Nam inchoatũ est Paulino, & Iuliano Consulibus vt Soc. refert 1. cap. 9. aliàs 13 & Niceph. 8. cap. 26. Durauitque tribus annis. Consulatum vero Paul & Iuliani Cassiodorus annotat an. 17. Constantini, ex quo sequitur finitum Concilium an. 20. Constant. qui imperare cœpit anno Christi 311. vt const.. ex chronico Euseb. [sed nisi id cõtigerit ipso anni 311 Exordio vel 310. non video quomodo cætera cohæreant.] Quare anno Christi 327. fuit inchoatum & 330. finitũ. Syluester autem creatus est an. 6. Cõstãtini vt ex Euseb in Chron. constat; sedit autem supra 20 annos teste Damaso & aliis omnibus script. Igitur Conc. Nic. incidit in tempora Syluestri. [d] Teste Euseb. 3. de vita Constant. & Ath. libro de Synodis Arimini, & Seleuciæ. [e] Iuxta Prosperum in Chron. qui Conc.

eodem tempore coegerat Romæ Occidentalium Concil. habenturque hæc duo Concil. pro vno. vide Theodor 5. cap. 9. & 10. histor.

Tertium est Ephesinũ. 1. an. [g] 434. Episcoporũ [h] 200. aduersus Nestorium diuidentẽ Christum in duas personas, Theodosio Iuniore Imper. & Celestino 1. summo Pontif.

Quartum Chalcedonẽſe. an. [i] 454. vel [k] 452. aut [l] 451. Episcopor. 630. Leone 1. Papa, & Martiano, Augusto, aduersus Eutychetem asserentem vnam in Christo naturam.

Quintum est [m] Constantinopolit. 2. Vigilio Papa, & Iustiniano seniore imper. Episc. 165. an. [n] 553. aduersus Origenis hæresim, confirmatum per libellum à Pontifice Romano.

Sextum Constantinopolit. 3. an. [o] 681. Episcop. [p] 289. imperante Constantino 4 & Agathone summo Pontifice celebratum aduersus Monothelitas.

Septimum est Nicænum 2. an. [q] 781. vel [r] 786. aut [f] 789. Episcopor. 350. Imperante Constantino 5. & Irene matre Adrian. 1. Serenissimo Pontif. aduersus Iconomachos.

Octauum Constantinop. 4. Adrian. 2. Papa, & Basilio Augusto an. 870. Episcopor. 383. in quo Ignatius sedi restitutus est. Atque hactenus de Orientalib. Concil.

Nonum est Lateranense 1. tẽpore Calisti 2 & Henrici 5. Impera Episcop. 900. & amplius an. 1123. contra Saracenos pro recuperanda terra Sancta.

Decimum Lateranense. 2. Innocentio 2. Papa, & Lothario Imperatore. an. 1139. Episcopor. mille, contra Antipapas, & pro iure Cleri.

ponit sub consulatu Gratiani, & Theodosij Augustor.
[f] 5. Cap. 8.

[g] Basso, & Antiocho Coss teste Prosp. sup. & Vincent Syrinensi li. de profanis vocũ nouitatib. prope extremo qui tẽpore vixit.
[h] Inter quos Pat. Cyrillus, qui & Vicarius Papæ dumtaxat, & Ioã. Antioch ac Iuuenalis Hierof.
[i] iuxta Mathæum Palmerium & Gregor. Holoandrum.
[k] Iuxta Marianũ Scotum.
[l] Iuxta Onuph. l. de R. Pontific fatẽtur autem omnes Concil. incidisse in Consulatũ; Martiani hoc enim patet ex act. 1. Concil.
[m] Non autem illud quod sub Agapeto, & Menna celebratum est, quæque 2 tom. Concil. sub nomine quintæ Synod. 402 act cõtinetur hæc enim particularis fuit & quintam antecessit teste Zonara in Iustiniano. [n] An. 12. post Consulatum Basilij vt initio eiusdem Synodi legitur inter Episc erant Patriarchæ Eutychius Constantinop. Apollinaris Alexan. Domninus Antioch & per legatos Eustochius Hierolo.
[o] An. 17. Constan. 4. teste Paulo Diacono in vita eius. [p] Ita Paulus Diaco. & Synod. act. 3. Beda tamen de 6. ætat. prope finem ponit 150 tantum erant Patriarch. Imper. Georg. Constan. & Machar. Antioch. [q] Iuxta Paul. Diacon. [r] Iuxta Cedren. [f] Iuxta. Onuphr.

Vndecimum Lateranen. 3. Episcopor. fermè 300. pro reformatione Ecclesiæ, & contra VValdenses an. 1180. Alexandro 3. Papa, & Friderico. 1. Imperatore. Vide Guiliel. Tyrium 20. de bello sacro 26. qui interfuit huic Concil.

Duodecimum Lateran. 4. Patrum 1283. ex quibus Episcopi 473. an. 1215. contra varias hæreses, & pro terra Sancta, sub Innocent. 3. & Imperante Friderico. 2.

Decimumtertium Lugdunense 1. an. 1245. contra Fridericum 2. Imper. & pro terra Sancta sub Innoc. 4.

Decimumquartum Lugdunen. 2. Patrum ferè mille, ex quibus Episcopi 500. an. 1274. contra Græcorum errores, tempore Gregorij 10. & Rodulphi. 1. Imperatoris.

Decimumquintum Viennense Episcopor. 300. an. 1311. contra varias hæreses, tempore Clementis 5. Papæ, & Henrici. 7.

Decimumsextum, Florentinum an. 1439. patrum 141. contra errores Græcorum, sub Eugenio 4. Papa & Imperatore Alberto. 2.

Decimumseptimum Lateran. 5. patrum 114. contra Schismata & pro variis negotiis sub Iulio 2. & Leone summis Pontificib. & Maximiliano Imper. Inchoatum an. 1512. finitum 1517.

Decimumoctauum Tridentinum inchoatum an. 1545. solutum 1563. contra hæreses Lutheranor. tempore Pauli 3. Iulij. 3. ac Pij 4. Pontif. ac Caroli 5. & Ferdinandi Imper. Lutherani recipiunt tantùm prima sex, Græci prima Septem, Eutychiani adhuc in Asia, prima tria, Nestoriani in Oriente prima duo, Trinitarij in Hungaria, & Polonia nullum: Catholici omnes, omnia recipiunt.

Concilia Generalia reprobata.

CAP. VI.



RIMVM est Antiochenum an. 345. sub [a] Constantio imper. inquo damnatus fuit Athanasius, & via patefacta ad euersionem Concilij Nicæni.

Secundum [b] Mediolanense an. 354. Episcopor. plusquam 300. sub eod. Constantio, in quo etiam obliquè fides cathol. damnata.

Tertium Ariminense Episcop. 600. an. [c] 363. eod. Constantio imper. in quo sublatum est ex Symbolo nomen ὁμοούσιος.

Quartum Ephesinum [d] 2. tempore Theodosii iunioris an. 449. in quo factione Dioscori occisus est sanctus Flauianus Episcop. Constantinop. legati R. Pontificis fugati, & hæres. Eutychiana confirmata.

Quintum [e] Constantinopolitanum sub Leone Isauro contra sacras imagines an. 730.

Sextum [f] Constantinopol. sub Constantino Copronymo an. 755. Episcopor. 338. contra easd. imag.

Septimum [g] Pisanum an. 1511. congregatum ab imperatore, & Rege Galliæ ac Cardinalib. aliquot contra Iulium 2.

Octauum si placeat numerare [h] VVitembergense, 300. pastorum impostorum, præside Luthero an. 1536.

[a] An. eius 5. teste Socrate 2. c. 5. & Sozom. 3. cap. 5. Sex autem fuerunt Conc. Antiochena 1. & 2. contra Paulũ Samosatenum tempore Dionysij Papæ circa annũ 269 vide Euseb. 7. hist. 23 24. 3. Arianorum tẽpore Iulij 1. an. 345. 4. Macedonianor. an. 365. tempore Liberij teste Hiero. in Chronico. 5. Catholicorum prouinciale Episcop. 30 cuius can. 21. habentur to. 1. Concil videtur fuisse tempore Iouiniani, & Liberij vide Sozõ. 6 c. 4. sextum in sertum est act 14. Concil Chalced.

[b] Vide Ruffin 10. cap. 20 & Socrat 2 c. 29. [c] Vt notat Hiero in Chronico. [d] Reprobatur à Leone 1 ep. ad Clerum & popul. Constantinop vide liberatum in Breuiario, & Euagrium 1. c. 9 & 10. [e] In quo nullus interfuit Patriarcha excepto Sancto Germano Const. sed non consensit ideo eiectus de sua sede. [f] Reprobatur in 7. Synod. act. 6. de his d. ab Synod. vide Zonar in annalib & Paulum Diacon. lib. 21. & 22. rerum Rõ [g] Reprobatur in Concil. Lateran sub Iulio 2 sess. 2. & 3. [h] Vide Cochlæum in actis Lutheri.

Concilia partim confirmata, partim reprobata, & de nec reprobato nec confirmato.

CAP. VII. ET VIII.



RIMVM est [a] Sardicense Episcoporum 376. an. 351. tempore Constantij, & Iulij I. ex quibus 300. Episcopi. Occidentales fidem Catholicam confirmarunt 76. Orientales Arianam scripserunt.

[b] Secundum est Syrmiense an. 356. Liberio Papa, & Constantio Imperatore, In quo Marcus Arcthusius vnam composuit Græcè formulam fidei catholicam. Alteram alij latinè plenam blasphemiis.

Tertium est à Balsamone vocatum Quinisextum, in quo continentur canones Trullani. Sexta siquidem Synodus [c] nullos edidit canones, sed post annos aliquot tempore Iustiniani redierunt Episcopi Constantinopolim, & in Palatio Trullo, 102. ediderunt canones an. 27. à solutione 6. Synodi iuxta [d] Theophanem historicum, sed verius iuxta [e] Tharasium, & [f] Epiphan. post quinque annos Conc. 6. Nam alioqui non videtur quæ fuerit illa Synodus erratica; Constantinopoli à Iustiniano habita, tempore Sergij Papæ ab eodem damnata teste [g] Beda tunc viuente: siquidem an. 27. à solutione 6. Syno. non sedebat Sergius, sed Constantinus Papa. Hi canones partim reprobati dicuntur, quod Sergius hanc erraticam Synodum reprobauerit, partim approbati, quòd [h] quidam eorum postea à Papa, vel aliis legitimis Conciliis fuere probati.

Obiicitur [i] 1. hæc Synodus est ipsamet 6. aut æquiualens quia iidem PP. in vtraque conuenerunt. Et Innocent. [k] 3. citat inde canonem vt ex 6. Synod.

Secundò quidquid sit, non defuit Legatus Papæ,

CAP. 7.

a Vide Socrat 2. c.16 Sozom 3 c. 10 & 11. ac Theodor. 2. c 7. & 8. histor.

b Vide Soc 1 cap. 24 & sequentib. & Sozom 4. c 5. & 6.

c Teste Tharasio disputante in 7. Synod act. 4.

d Quē citat Frāciscus Turrianus lib. de 6. Synod.

e Supr.

f In Synod. 7. act. 6. tom 1.

g Lib de 6. ætatib & Paulo Diacono 6. cap. 4. Othone Frising 5 c. 13. Reginone lib. ...

h Vt 82. de pingēdis Imaginib. receptus à 7 Syn. act 2 & 4.

i A Nilo.

k

scilicet Gortynę in Creta Episcopus 3. quia se vniuersalem appellat Synodum: non est autem verisimile tot PP. mentiri voluisse 4. 7. [l] Synod. recipit canones Synodorum sex vniuersalium. At 6. nullos habet præter istos. 5. Adrianus [m] Papa laudat Tharasium quod huius. canones obseruaret. citanturque [n] à 7. Synodo.

l Can. 1.

m Ep. ad Adriã.

n

Ad 1. negatur. nam in 6. Synod. affuere legati Agathonis & Episcop. 289. At tempore istius Trullanæ obierat Agatho & affuerunt tantùm 227. Episcopi Innoc. verò, vel ita citauit, quod ij canones vulgo 6. Synodi tribuantur, vel 92. secutus [o] Gratianum hac in re lapsum.

Ad 2. negatur, fuit enim reprobata hæc Synodus à Sergio. Et [p] Anastasius Bibliothecar. scribit hos canon. non haberi, nec apud Pontifices, nec vllos patriarchas excepto Constantinop.

p Præfat. in 7. Synod.

Ad 3. non solùm hac in re mentitos, sed etiam cum se [q] dicunt permittere vxorum vsum sacerdotibus ex Apostolica consuetudine, & alia [r] permulta habeant manifestè falsa.

q Can 13. contra can 2 Concil 2. Carthag. longè antiquioris.

r Vt can. 2. quo recipitur Synodus sub Cypriano habita.

Ad 4. per canones intelliguntur non solùm de moribus, sed etiam [s] de fide, cuiusmodi edidit Synod. 6.

s Nam 3 quinta & 6. nullos de moribus edidit.

Ad 5. commendari tantùm ab Adriano Tharasium quod fidem custodiret iuxta decreta sex Synod. vniuersalium, quæ verò de his canonib. Trull. in hac ep. habentur, ex epistola Tharasij recitantur. Et quamquam non refellantur ab Adriano, tamen non ideo approbantur. [t] Nicolaus autem cùm quemdam ex his canonibus citare vellet ait se ab Apostolis didicisse etiam testimoniis Ethnicorum vti, cùm opus est. In 7. Syn. citatur tantum à priuatis inter disputandum. At in definitione nulla fit mentio horum.

t Ep. ad Michaelem.

Quartum est Francofordiense an. [u] 794. Imper. Carolo magno [x] reprobatum ab Adriano. 1. tunc sedente, quantum ad eam partem qua damnatur per errorem Synod. 7. probatum, in quantum docet Christum non esse filium Dei adoptiuum.

u Iuxta Reghinonem lib. 2

x Vide quæ dicuntur de hoc Conc. infra lib 2. c 9.

Quintum Constantiense Patrum ferè mille ex quibus Episc. amplius 300. an. 1414. finitum sub Martino V. & Sigismundo Imper. [y] reprobatum quãtum ad primas sess. quibus definitur Concil. esse supra Papam, pro-

y In Conc. Flor. & Lateran. vltimo.

batum quantum ad vltimas.

Sextum Basileense inchoatum an.1431. & continuatum tum Basileę, tum Lausanæ vsque ad 1447.quo cessit Nicolao V.tam Concilium quam Fœlix V.in schismate creatus: reprobatum à Lateranensi [z] vltimo, exceptis quibusdam dispositionibus circa beneficia Eccl. à Nicolao V.probatis.

[z] Sess.11.

Concilium nec manifestè probatum, nec reprobatur videtur esse Pisanum an.1409.quo Gregor.12. & Benedict 13.depositi fuere, electusque Alexander V. Illud si quidem [a] Antoninus conciliabulum vocat, & euentus ostendisse videtur, coactum enim fuit ad tollendum schisma, & tamen non sustulit, sed auxit. Si autem sine dubio reprobatum fuisset Alexander 6.non sextum, sed quintum se appellasset.

Cap.8.
[a] 3 p. tit.22 c.5.§. 2.&.3.summæ hist.De Concil. part.vide tomos Conc. & Gratiā. dist.16.can. Sexta Syn & dist 20. can de lib. Chrō. Onuphr.1.& 2.librū Chron. Gen:

De causa finali Conciliorum.

CAP. IX.



RIMA est hæresis noua, idest numquam antea iudicata: propterea enim fuere septem prima Concil. generalia congregata.

Secunda, schisma inter Pontifices Romanos. Hinc celebrata Concil. tempore Cornelij, Symmachi, Innoc. 2.Alexandri 3.Pisanum, Constantien,

Tertia communi totius Ecclesiæ hosti resistentia, quomodo coacta sunt ab Vrbano 2. Calixto 2. Eugen.3. & ad deponendum Imperatorem, cuiusmodi sunt celebrata à Gregor.3.contra Leonem 3. & à Gregor.7. contra Henr.4.ab Innoc.4.contra Frideric.2.

Quarta, suspicio hæresis in Romano Pontifice, vel tyrannis incorrigibilis, cuiusm. fuit [a] Concil Sinuessanum.

[a] In causa Marcellini Romanā in causa Damasi, Sixti 3. Leonis.3. &c quorum tamē nullum dixit sententiam damnationis in Papam vide infra lib 2.

Quinta dubitatio de electione Rom.Pontificis. Sexta reformatio generalis abusuum & vitiorum,

Etsi Concil. generalia vtilia sint, & suo quodam modo necessaria, non tamen absolutè.

CAP. X.



ROBATVR Primò, quia sicut Ecclesia incolumis mansit primis 300. annis, sine Conciliis generalib. quidni potuisset aliis 300. & sic progrediendo vsque ad finem mundi?

Secundò nulla, ex causis finalibus allatis, absolutè Concil. generale postulat. Nam vitiorum emendatio commodè fieri potest per a leges summi Pontificis, & Concil. prouincialium. Illa autem dubitatio de summi Pontif. electione vix euenire potest. Nec enim verisimile est futurum vt Cardinales aut nolint, aut nequeant creare Papam. Et quamuis nollent, aut nequirent, tamen dubium esse non potest, quin id spectet ad Clerum Romanum. Propter Pontificum doctrinam suspectam, aut vitam numquam nisi prouincialia, aut nationalia conuenerunt. Nam dum est verè Pontifex non potest ab vllo iudicari Concilio, nisi tribuat potestatem Cōcilio examinandi suam causam: hanc autem potesta æque potest particulari quam vniuersali tribuere Concilio Resistere communi hosti non est adeò necessarium, quin Ecclesia valeat conseruari sub immanissimis persecutionibus vt conseruata est sub Nerone, Domitiano &c. Deinde potest indici bellum Turcæ sine generali Concilio. Quod si ad extinguendas hæreses 7. celebrata sunt 7. General. Concilia, plusquam 100. fuere extinctæ à sede Apostol. cooperantibus Concil. particularib. & si vnum

a Licet suauius fiat per Concil. generalia.

ſchiſma Concil. Conſtantienſe ſuſtulit, ſupra 25. ſine Concilio generali fuere ſublata.

Obiicitur Primo,[b] Auguſtinus affirmans paucas hæreſes fuiſſe ad quas ſuperandas fuerit neceſſarium generale. Et Leo [c] laudat Martianum Auguſt. quod Synodum generalem à ſe poſtulatam, etiam ipſe neceſſariam iudicauerit.

[b] Lib. 4 contra duas epiſtolas Pelagianor c 12.
[c] Ep. 43.

Secundò, [d] Iſidorus ſcribit, ante Conſtantini tempora, Chriſtianam Eccleſiam in varias hæreſes diuiſam, quod propter perſecutiones non liceret Epiſcopis celebrare Concil.

[d] In præfat. Concil.

Tertiò, [e] Eugenius Epiſcop. Carthaginenſ. cum vrgeretur ab Hunerico rege Ariano, vt de fide cum Epiſcopis Arianis conferret, reſpondit cauſam fidei communem eſſe toti catholicæ Eccleſiæ, & proinde conuocandos eſſe Epiſcopos ex omnibus Eccleſiæ partibus, ac præcipuè ſignificandam rem totam Eccleſ. Romanę.

[e] Apud Victorem Vticens. de perſec. VVandalica lib. 2.

Quartò antiqua quæſtio ne anabaptiſmat. hæreticorum, nunquam definiri potuit [f] teſte Aug. ante Concil. Nicæni 1. ſententiam.

[f] 1, De baptiſ. cōtra Donatiſtas cap. 7.

Ad 1. ſolùm velle hos PP. generalia Concil. eſſe neceſſaria quodammodo, ideſt vt ſuauius, & maturius pax Eccleſię reddatur: nam teſte ipſomet [g] Aug. hæreſis Pelagiana, & aliæ plurimæ ſine generali Concilio comprimi [h] potuerunt. Et poterat damnari Concilium Epheſinum 2. (propter quod Leo Concil. Chalced. conuocauit) ab ipſo Leone ſimpliciter, ſicut fuit [i] Ariminenſe à Damaſo.

[g] Sup.
[h] Quidni etiã & aliæ poterãt cõprimi: non enim Pelagiana hæreſis c ariora contra ſe habet teſtimonia quã Ariana propterquam vult Aug. neceſſ. fuiſſe generale Concil.

Ad 2. ſi abſolutè intelligatur, apertiſſimè falſum eſt. Nam ante Conſtantinum plurimæ hæreſes à Conciliis Epiſcopor. fuere ſublatæ: & poſt Conſtantinum non [k] defuerunt nuſquam eradicatæ, etſi in iis laborauerint general. Concilia. Iſidorus ergo tantùm ſignificare voluit, tempore Conſtantini Concilia generalia celebrari cœpta, atque id vtiliſſimum ad comprimendas hæreſes.

[i] Vide Epiſtolã Damaſi ad Epiſc. Illyrici.
[k] Vt Eutychian., & Neſtoriana.

Ad 3. ita reſpondiſſe Eugen. non quod deeſſet authoritas diſputandi ſed opportunitas: agebat enim cum Ariano rege cui ſubiecti erant Epiſcopi Africani, & proinde periculum erat ne minus liberè rem tractaſſent.

Nec iniquitas,sed prudentia fuit petitionem Tyranni, sententiæ ambiguitate eludere.

Ad vltim.1.fortè hac in re deceptum August. Nam [l] Hieronymus scribit illos Episcopos qui cum Cypriano decreuerant hæreticos rebaptizandos, postea contrarium protulisse decretum, imò ipsum Cyprian.mutasse sententiam [m] Augustinus suspicatur. quæ omnia contigerunt ante Concil.Nicæn.2 etsi in solo Nicæno fuerit hæc soluta quæstio, potuisse tamen solui ante, si placuisset R.Pontifici de rigore iuris procedere. Nec refert Cornelium dumtaxat coegisse Prouinciale Conc. & iussisse [n] non rebaptizari hæreticos,etsi enim contrauenientes excommunicandos censuerit,non tamen de facto excommunicauit.

[l] Dialog contra Luciferia.

[m] Ep.48.

[n] Teste Dionys. Alexand. apud Euseb 7.cap.4.& Aug lib. de vnico baptis. 14.cap.

Concilia Episcopor. aliqua simpliciter esse necessaria.

CAP. XI.



PROBATVR, [a] *Necesse est vt ueniant scandala*, *&* [b] *oportet hæreses esse.* Ergo est necessarium in Ecclesia medium ordinarium quo scandala, & hæreses tollantur: aliàs breui Ecclesia in partes varias scinderetur. Illud autem est Concilium, siue paruum, siue magnum, quo Papa qui summus est Iudex vtitur & vsus est semper.1.quia vbi fuerint duo vel tres congregati,&c.2.quia eo medio vsi sunt Apostoli Acto.15.3.quia hæc est sententia [c] Cyprian.[d] Gelasij & Conc. Toletani [e] 11.docentis si Concilia desint,necesse vt vitiis,& erroribus continuò repleantur omnia.

[a] Math 18 v 7. ἀνάγκη γάρ ἐστιν ἐλθεῖν τὰ σκάνδαλα.
[b] 1. Corinth.11. v 19. Δεῖ γὰρ καὶ ἐν ὑμῖν αἱρέσεις εἶναι.
[c] 2. Ep. 1.
[d] In to de vinculo anath.si præcessit consensus Pontificis doceatur à quibus,& vbi ille sit gestus, si secundum Ecclesiæ regulam celebratus,&c.
[e] In ipsa præfatione.

De causa efficiente Concilij, siue cuius sit congregare Concilium.

CAP. XII.



ONVENIT inter [a] nos, & aduersarios [b] Concil. Diocesana ab Episcopo, Prouincial. ab Archiepisc. Nationalia à Patriarcha, vel Primate, conuocanda. At munus conuocandi generale Concil. Imperatori [c] tribuunt hæretici: Catholici, Papæ. Ita vt nisi aliquis de eius mandato, vel ipse indixerit, aut indictum approbarit, non Concilium, sed Conciliabulum sit. Probatur.

Primò, Concil. non est legitimum nisi [d] congregetur in nomine Christi, id est authoritate. Nam vbique ferè illud, *In nomine*, accipitur pro authoritate in scripturis. [e] *In nomine meo dæmonia eiicient.* [f] *Ego veni in nomine Patris, &c.* Sed Christus, non Tyberio, sed [g] Petro suam reliquit authoritatem ergo, &c.

Respondet Caluinus, in nomine Christi congregari Concil. est adesse Christum sine collega, quod tunc fit, quando totus concessus, nihil de suo capite, sed omnia secundum regulam scripturæ definit.

Contra 1. fortassè non occurret locus, quo, in nomine, accipiatur pro adesse præsidem, sine collega, Christum. 2. iuxta sensum Caluini nusquam discerni poterit verum Concilium. Illi enim, & nos asserimus nihil in Conciliis, de capite nostro, fingere. vnde ergo dignosci poterit quinam mentientur?

Secundò [h] Petrus, & successor Petri & pastor omnium ouium Christi, proinde & Imperatorum. At non est ouis congregare pastores, sed pastori oues.

Tertiò, eius est indicere Concil. generale ex authoritate, qui potest omnes fideles cogere. At id solus est Papa. Nusquam enim [i] Imperator habuit etiam in ciuili-

[a] August. Ep. 217. quem sequuntur omnes Cath.
[b] Caluin 4. Inst. 7. § 8. Illyric. Cét. 4. c. Col. 534.
[c] Luth. l. de Cóc pag. 58. Caluin. Illyric. Sup.
[d] Math 18 v. 20. & fatetur Calu. sup. c. 9. §. 1. & 2.
[e] Marc. 16 v. 17. ἐν τῷ ὀνόματί μου δαιμόνια ἐκβαλοῦσι
[f] Ioan. 5. v 43. itē Math. 7. v. 22. Act. 4. v. 7.
[g] Vide Sup. lib. 1. de summo Pont.
[h] Sup lib. 1. & 2. de R. Pont
[i] Tēpore B. Leonis & Prosperi latissimum erat imperium. Et tamen latius patebat orbis Chri-

stianus subiectus Papæ vt patet ex eod. Leone ser. 1. de S. Pet. & Paulo, & Prosp lib de ingratis.

bus omnes fideles sibi subiectos & multò minus nunc habet.

Quartò, vt se habet Primas siue Patriarcha ad nationalia, Metropolitanus ad Prouincialia &c. saltem ita se habet Papa ad generalia. Sed illa non conuocantur à Rege, vel duce, vt fatentur aduersarii, sed à Metropol. vel Patriarcha Ergo nec ista ab Imperatore, sed a Papa.

k Epist ad Episc. Antiochenæ Prouinciæ

l vt testatur Synod. Alexandrina. epist ad Fœlicem & Iulius I. epist. ad Episc. Orient.

m Socrat. 2. c. 13.

n Supra

o Centur. 4. cap. 7 col. 533.

Quintò, canone antiquissimo, quem Apostolicum esse scribit B. [k] Marcellus Papa, renouauitque [l] Nicenũ 1. statuitur præter sententiam Romani Pontificis non posse Cõcilia celebrari cuius can. meminit [m] Socrates. Respondet [n] Caluinus, hinc solùm deduci, debuisse vocari ad Synodum Rom. Pontificem, quia vnus erat ex præcipuis patriarchis: [o] Magdeburgenses verò, volunt verba Socratis, solùm significare, non debere Ecclesias dedicari, præter Rom. Pontificis sententiam: cum sit in Græco, μὴ δεῖν παρὰ γνώμην τοῦ ἐπισκόπου ῥώμης κανονίζειν τὰς ἐκκλησίας.

Ad 1. si ita esset, potuisset etiam fieri canon, ne præter consensum Alexandrini, vel Antioch. cogeretur Concilium: cum præcipui Patriarchæ etiam essent, imò maiores Romano, iuxta Caluinum.

p in historia Tripartita 4. cap. 9 & 19

q 9. cap. 5.

r cuius epistolam Socrat. adducit.

Ad 2. κανονίζειν ἐκκλησίας nihil aliud in Socrate significare, quam canonicum cœtum conuocare. 1. quia in Socrate & Sozom. ita latinè vertit [p] Cassiodorus, & intellexit [q] Nicephorus. 2. quia [r] Iulius I. rationem reddẽs, cur meritò reprehendat Orientales, quod celebrassent Concil. Antiochiæ, sine suo consensu, hunc canonem producit. 3. nullus veterum meminit canonis, quo prohiberetur dedicari Ecclesia præter sententiam Papæ, nec hunc vsum vsquam habuerunt Catholici. Sextò, in concilio Chalcedon. Dioscorus Alexandrinus [s] iubetur non sedere inter Episcopos, quod ausus fuisset cogere concilium sine authoritate Papæ: *Quod nunquam licuit, numquam factum est*, inquiunt PP. Et in 7. [t] Synod. irritatur concilium quoddam Constantinop. coactum ab Imperatore, sine consensu Papæ.

s Act. 1.

t Act. 6.

Septimò, cum [u] Rex Theodoricus diceret se conuocasse synodum, in causa Symmachi Papæ, responderunt Episcopi omnes, non Regis, sed Papæ est Concilium

u in conceil. Rom. 4 sub Symmacho

conuocare: & quantumuis Rex assereret se ex voluntate Pontificis Rom. id egisse, nusquam tamen acquieuerunt, quin proferret Pontificis literas, & Pontifex ipse testaretur ita esse.

Octauò, testimoniis PP. Sixti 3. *Valentinianus Augustus nostra authoritate synodum conuocauit, inquit,* Leonis [y] ep. 93. Pelagij [z] 2. *Generalium Synodorum conuocandi authoritas, Apostolicæ sedi, B. Petri singulari priuilegio, tradita est.* Adrian. 2. [a] epist. ad Basilium Imperat. Imò ipsiusmet Valentiniani Imperat. *Mihi* (inquit) *qui sum in sorte plebis.* [b] Accedant multi canones, dist. 17. & plurimæ rationes apud Turrecrem. 3. cap. 6. ac concil. Lateranēse vltimum, cuius hac de re decretum editum est, vno anno ante natam Lutheri hæresim.

x Epist. ad Orientales.
y *Dedimus literas ad fratres, & coepiscopos nostros eisque Concilium synodi generalis indiximus.*
z Epist. Ind. Orientales,
a quæ lecta est in 8. Syn. act. 1.
b Vide lib. 3. de Verbo Dei cap. 7. ad finem.

Soluuntur argumenta aduersariorum.

CAP. XIII.



PRimum, fuit Nic. I. à Constantino congregatum iuxta [a] Ruffinum, Sardicense, à Constantio iuxta [b] Theodor. Constant. I. à Theod. seniore, [c] teste Theodor. Ephesinum I. à Theodosio iuniore, iuxta [d] Euagrium: Chalcedon. teste [e] Leone, à Martiano Imperatore.

a 10. histor. 1.
b 2. histor. 4.
c 5. histor. 9.
d 1. hist. 2.
e epist. 43.

Secund. Leo epist. 42. supplicat Imperatori, vt iubeat, intra Italiam conuocare concilium Prouinciale.

Tert. Liberius Papa, apud [f] Theodōr. concessit, in Imperatoris potestate esse, conuocare Concilia.

Quart. [g] Hierony. contra [h] Ruffin. loquens de Synodo quadam, *Dic* (inquit) *quis Imperator hanc Synodum iussit conuocari?*

Quint. ex quo cœperunt esse Imperatores, simul &

f 2. hist. 16.
g Est caroli Molinæi in consilio de non recipiendis Concil. Trid. decret. §. 6.
h Apol. 2.

cœperunt esse Generalia Concilia: Quare, nisi quia absque Imperatoribus celebrari nequeunt?

Ad 1. respond. 1.[i] hæc omnia peti ex mera traditione & consuetudine Ecclesiæ: si ergo aduersarii, nolunt quicquam recipere nisi scriptum in Bibliis, ad quid hæc producunt? 2. nos opponere consuetudinem consuetudini. Si enim quatuor aut quinque Concil. Imperatores indixisse dicuntur, plusquam 12. indixerunt, testibus aduersariis, Pontifices Rom. 3 nullum horum fuisse indictum sine consensu Papæ. Nam Ruffinus [k] ipse, docet Constantinum, ex sententia sacerdotum indixisse Concil. Sexta synodus, [l] Constantinum & Syluestrũ synodum apud Nicæam congregasse, & [m] Damasus habitum huiusmodi Concilium de consensu Syluestri.

i hæc responsio aliis etiam argumentis soluẽdis inseruit.

k supr.

l actione 18.

m in Pontificali

Sardicense fuisse indictum à Iulio Papa intelligitur ex Socrate,[n] quo Orientales Episcopi, causam absentiæ suæ à Concilio reiiciunt in Iulium, quod nimis angustum præscripsisset tempus.

n 2. cap. 19.

De Constantinopolitano, refert [o] Theodoretus, nõ tam illud indixisse Theodosium, quam literas Damasi Papæ quibus indicebatur, ad Episcopos misisse. Ephesinam 1. factam esse Cyrilli industria, & Celestini authoritate, constat ex [p] Prospero: ex Euagrio verò, Cyrillũ fuisse profectum, ad Concilium tanquam legatum Papæ Martinianus indicturus Concil. Chalced. rogauit [r] per literas Leonem vt ipse veniret, vel si nollet significaret per litteras quid agi vellet. Extat [s] etiam quædam epistola Episcop. secundæ Mesiæ ad Leonem Imper. vbi sic aiunt, *In Chalced. ciuitate multi sancti Episcopi conuenerunt per iussionem Leonis Romani Pontificus, qui vere caput est Episcoporum.* Denique Gelasius [t] docet, solam Apostolicam sedem decreuisse, sua authoritate, fieri concilium Chalcedonense. Per illud autem *Solam* non excluditur [u] Imperator, sed tantum alia sedes Episcopalis. Admittebatur autem hac in re Imperator, non quod ratum minus esset Concilium, si non ab ipso coactum. Nam, *Quando* (inquit [x] Athana. *vnquam iudicium Ecclesiæ, ab Imperatore authoritatem habuit?* Sed primò, quia

o 5. hist. 9. in epist. Episcoporũ concili. ad Damasum. *Mandato literarũ superiore anno, à vestra reuerentia, ad sanctiss. Imperatorem Theodos. missarum, ad iter dumtaxat Constãtinopolim nos præparauimus.*

p in Chronico.

q 1. cap. 4. & ex epist. Celestini ad Cyrill. inter opera Cyrilli.

r vt patet ex eius epist. ad Leonẽ.

s inter epist. ad Concil. Chalc. pertinentes.

t in epist. ad Episcopos Dardan.

u vt putant Magdeburg. Centur. 5. cap. 7. col. 786. x Epist. ad solitariam vitam agentes.

adhuc

adhuc vigebat illa lex y antiqua Imperatoria. qua prohibebantur omnia collegia, & frequentes hominum conuentus, fine Imperatoris authoritate. 2. quia non poterat fieri Concil. nisi in aliqua vrbe Imperii: nulla autem ratio sinit; vt ex toto orbe, fiat conuentus in aliquo loco, sine consensu domini loci. 3. quia eo tempore Concil. generalia, z sumptibus publicis fiebant, maximè quo ad transuectiones Episcopor. ad Concilii locum. 4. quia eo tempore Pontifex subiiciebatur Imperatoribus, in temporalibus: & ideo non poterat, inuito Imperatore, quidquam agere. Et cùm tantum debuisset petere ab Imperatore auxilium ad conuocandam Synod. tamen supplicabat, vt iuberet conuocari. At post illa tempora, omnes istæ causæ mutatæ sunt. Nã nec illa lex viget, nec Imperatores adeò latè dominantur, nec sumptibus publicis fiunt Concilia, nec sunt gentiles qui valeant impedire: Et Pontifex, qui est caput in spiritualibus, non est subiectus in temporalibus.

y vide l. 1. ff. de collegiis illicitis, & l. conuenticula. C. de Episc. & presbyteris.

z vt constat ex Euseb. 3 de vita Constant. 6. cap. & 9. ac ex epist. Constant. 4. ad Papam, quæ habetur initio 6. Synodi.

Ad 2. hæc esse verba Leonis, *Generalem Synodum iubeatis intra Italiam celebrari.* quibus verbis potius imperat, quam supplicet.

Ad 3. negatur, nam ibi nihil aliud habetur, quam Liberium petere ab Imperatore potentissimo, & Ariano ac sibi infesto, vt fieret Synodus.

Ad 4. hæc dici à Hierony. quia tunc reuera propter causas prædictas, Imperatores etiam conuocabant Concilia.

Ad 5. ante Constantinum, non fuisse congregata Generalia Concil. non quia authoritas, sed a opportunitas deficiebat.

a nec enim licebat Christia. cõuenire ex multis prouinciis in vnum, propter persecutiones.

Explicantur dubia quædam.

CAP. XIIII.



Rimum, an non liceat Concil. indici ab alio quam à Papa, si Papa nolit indicere, cùm sit necessarium. Secundum, quando non debet Papa, quia hæreticus, vel schismaticus. Tertium quando non potest, quia vel captiuus, vel insanus, aut mortuus.

Ad 1. respondet [a] Turrecrem. 1. id vix esse possibile: si tamen talis Papa accideret, suæ Deum Ecclesiæ prouisurum sine dubio, vel mutando Papæ consilium, vel vitam aufferendo. 1. posse tunc Papam haberi suspectum de hæresi. Nam [b] qui errori manifesto non resistit cum possit, & debet, approbare censetur.

a 3 cap. 8.

b distinct. 83 can. error. & seqq.

Ad 2. & 3. non posse conuocari tunc Concil. ad determinandas de fide quæstiones. Præcipua enim auctoritas, maximè hac in re, est in Papa: posset tamen, vt prouideatur de capite, conuocari, vel à collegio Cardinalium, vel si ipsi Episcopi per se in locum conueniant vnum.

De causa quasi materiali Concilij, siue quinam sint ad Concilium conuocandi.

CAP. XV.



Aeretici nostri duo docent, [a] primò ex omni genere hominum debere vt iudices interesse omnes eruditos.

Secundò [b] concil. non constare: nisi ex solis piis, & electis. Sed hoc posterius, destruit prius. Nam qui sint electi, aut verè pij, ignoratur certò: quomodo ergo omnes eru-

a Lutherus lib de conc p. 2. pag. 264 Molinæus § 28.
b Brentius conf. Vvitembergica.

diti interesse poterunt? [maxime cum non sit verisimile, omnes semper fore pios & electos] imò quomodo vlla ratione Concilium congregari poterit?

Catholici verò contendunt, solos Prælatos maiores, id est, Episcopos omnes in conciliis tum generalibus, tum Prouincialibus esse iudices, siue habere suffragium decisiuum: ex priuilegio autem, & consuetudine etiam Cardinalibus, Abbatibus, & Generalibus ordinum non Episcopis, id competere. Ex aliis presbyteris ac clericis vocari viros doctos, qui iuuent disputando, vel ministeriis aliis: Principes, vt deffendant Concilium, & tanquam testes decretorum concilij puniant postea transgressores. Ceteros verò laicos, vt obeant aliqua [inferiora] ministeria. Probatur hæc sententia.

Primò, definire quæ sunt credenda, vel agenda, est propriè homines pascere, & proinde pastoribus animarum proprium. Hierem. 3. [c] At non sunt pastores in Ecclesia, nisi [d] Episcopi.

Secundò, testimoniis Euseb. 5. cap. 22. Cyprianus initio epistolæ ad Iubaianū. Hilar. libro de synod. Ambros. epistola 32. Hieronym. lib. 2. Apolog. in Ruffin. August. epist. 119. Leo epistola 16. & sequent. Athanas. epistola ad solitariam vitam agentes, &c. asserentium [e] concilia Episcoporum esse. Theodos. iunior epistola ad Ephes. [f] Synod. & in [g] Concil. Chalcedon. cum ad Martianum Archimandritam mitteretur, vt subscriberet, respondit non suum esse, sed Episcoporum: atque cum pro Dioscoro, Monachi, & laici ingressi essent, sæpiùs clamarunt PP. *Mitte foras superfluos, Concilium Episcoporum est.*

Tertiò, [h] constat ex subscriptione omnium Concil. fuisse decreta ab Episcopis condita.

Quartò, negotia Ecclesiastica, & publica. à personis Ecclesiasticis, & publicis, tractanda sunt. Tales autem sunt Episcopi soli.

Quintò, si omnes docti admitti deberent, vel nusquam essent Generalia concilia, (quia vix possunt omnes docti, totius Ecclesiæ conuenire) vel multa se-

c v. 15. *Dabo vobis Pastores iuxta cor meum, & pascent vos scientia, & doctrina.*

d si enim omnes sunt pastores, vbi oues?

e apud Ruff. 23. loquentis de cōciliis celebra. ob quæst. de Pasch. *Ob quam causam* inquit, *conuentus Episcoporum, & Concilia in vnum conuocantur.*

f vide supra libr. 3. de verbo Dei cap. 7.

g act. 1.

h Vide de verbo Dei lib 3. cap. 4.

querentur incommoda. 1. Impossibile regere congruè tale concilium propter multitudinem. 2. vinceret maior sententia sæpe meliorem, & regerent inferiores, suos superiores: quia plures essent inferiores, id est, docti, quàm Episcopi. 3. posset facile Princeps in cuius ditione fieret concilium omnes doctos suæ prouinciæ mittere, sic omne concil. ad suam pertrahere sententiam.

Sextò, nulla est respublica, quæ ratione naturali docente, non habeat aliquem ordinem in comitiis, ita vt non quicumque de plebe, sed tantum Principes & cæterorum capita locum, & suffragium habeant.

Soluuntur Obiectiones.

CAP. XVI.



Biicitur [a] primò, non solum Apostolos, sed etiam presbyteros, & laicos, adfuisse in primo Concil. Act. 15.

Resp. Apostolos adfuisse vt iudices, presbyteros autem vocatos, non ad definiendum sed consultandum iuxta illud [b] *Conuenerunt Apostoli & seniores, &c.* & cum magna disquisitio fieret, plebem adfuisse, non vocatam (si quidem nulla fit eius vocationis mentio) ad consentiendū audiendo, & non reclamando. 1. quia consuetudo Ecclesiæ, optima legum interpres, hunc semper in Conciliis ordinem seruauit. 2. quia post disputationem (in qua Apostoli, & presbyteri loquuti erant) soli introducuntur Apostoli loquentes, & post sententiam Petri subditur. [c] *Tacuit autem omnis multitudo, &c.* Nec moueat illud, [d] *Placuit Apostolis & Senioribus cum omni Ecclesia, &c.* hoc enim de consensu tacito, qui debet ab omnibus assistentibus dari, intelligitur.

a Ita Protestantes in lib. Quare non venerint ad Concil. Trid.

b v. 6. συνήχθησαν οἱ ἀπόστολοι, καὶ οἱ πρεσβύτεροι videre de verbo hoc, ἰδεῖν περὶ τοῦ λόγου τούτου. v. 7. πολλῆς δὲ συζητήσεως γενομένης.

c v. 12.

d ἔδοξε visum est, τοῖς ἀποστόλοις καὶ τοῖς πρεσβυτέροις σὺν ὅλῃ τῇ ἐκκλησίᾳ. v. 22.

Secundò, Concil. Generale vniuersam repræsentat Ecclesiã. Ergo debent esse ibi homines ex omni genere.

Resp. multis modis posse aliquid repræsentari: sed illum esse optimum, quo per Principes repræsentantur populi. Nam vt ait Cyprian. e Ecclesia est in Episcopo, id est, quilibet Episcopus personam gerit suæ Ecclesiæ.

Tertiò, communis causa, qualis est fidei, communibus votis iuuanda est, teste f Nicolao 1.

Respond. Causam fidei pertinere ad Prælatos, vt doctores ad cæteros, vt discipulos: sicut in bello causa victoriæ ad totum spectat exercitum: tamen ducum est præcipere, cæterorum pugnare.

Quarto, sæpe vnius hominis etiam laici sententia præposita, & præponenda est sententiæ totius Ecclesiæ, si munita sit magis authoritate Scripturæ. 1. quia scribit Gratian. g hoc modo Hierony. authoritatem, toti Generali Concil. præiudicasse. 2. quia ita sentit Panormitan. h Gerson i verò, docet hominem doctum posse, & debere toti Concil. resistere, si videat illud, ex malitia, vel ignorantia errare. Ergo laici vocati debent.

Resp. ad anteced. hoc fieri posse, quando discutitur causa: in discussione enim, non authoritas, sed eruditio requiritur: non autem in definiendo, aut post definitionem, nisi constaret illegitimum fuisse concil. Ad 1. probationem, dicitur 1. loqui Gratianum de particulari k concilio. 2. verba à Gratiano citata, non haberi in Hierony. 3. illa non dissentire à concilio, solum enim dicunt, secundum legem veterem, licuisse raptori ducere raptam in vxorem, si pater raptæ consentiat. Concilium verò, non obstante illa iudiciali lege statuit non licere. Ad 2. illos, vel intelligendos esse, iuxta responsionem antecedentis, vel loqui conditionaliter, sicut Apostolus ait. *Si nos,* l *aut Angelus Dei de cælo Euangelizet.* sicut enim inde non licet colligere Apostolos, vel Angelos posse Euangelizare aliquid contrarium Euangelio Christi: sic ex dictis Panormit. & Gers. non licet deducere. Ergo Concilia absolutè errare possunt, & ideò priuati homines conuocandi.

Quintò, ideò Episcopi vocantur ad Concil. quia

e 4. Ep. 9.

f Epist. ad Michaelem. *Vbinã legistis, Imperatores antecessores vestros, synodalibus conuentibus interfuisse, nisi forte in quibusdã vbi de fide tractatum est, quæ vniuersalis est, quæ omnium communis, quæ non solum ad clericos verum etiam ad laicos & omnes omnino pertinet Christianos.*

g 36. q. 2. can. vlt.

h in cap. significasti de electione.

i p. de examinat. doctrinarum.

k vt patet ex textu.

l Galat. 1. v. 8.

docti. Igitur & vocandi laici docti.

Negatur anteced. etsi enim Episcopi debeant eligi probi, & docti: vocantur tamen ad Concil. quia sunt personæ publicę, habentes iurisdictionem Ecclesiasticam.

Sextò, B. Petrus [m] disputauit cum Simone Mago, coram populo vt iudice. Archelaus Episc. cum Manichæo apud [n] Epiph. Athanasius cum Ario, apud [o] Vigilium. Augustinus [p] cum Maximino. Quare Ambrosius, [q] *Iste populus* (inquit) *iudicat*, &c. Et in Nicæno Concilio [r] fuerunt multi laici docti.

m apud Clem. 1. & 2. recognit.
n hæref. 36.
o Episc. Trident.
p lib. 1. cap. 1. côt. Maximin.
q Epist. 32.
r Niceph. 8. c. 14.

Resp. in illis disputationibus datum populo iudiciũ priuatum, quod neminem obligat, quomodo fecit Helias 3. Reg. 18. non autem publicum, cui acquiescere teneantur cæteri. Porrò, adfuerunt quidem Laici in Nicæno, sed non vocati.

Quot Episcopi requirantur ad Generalę Concilium.

CAP. XVII.

EX consuetudine Ecclesiæ, colliguntur quatuor sufficientes causæ, vt Conciliũ sit generale. Prima, [a] vt euocatio sit generalis, ita vt innotescat omnibus maioribus Christianis Prouinciis.

a propter huius defectum iudicata est non gener. Synod. Constantinop: contra imagines à Conc. 7. Act. 8.

Secunda, vt Episcopus vndequaque veniat, nullus excludatur, nisi sit excommunicatus.

Tertia, vt adsint per se, vel per alios quatuor præcipui Patriarchæ, quamuis hoc tantum ad bene esse. Nam Synodus tertia, sine Antiocheno Patriarcha, damnauit Nestorium.

Quarta, si celebretur in Oriente, conueniant Episcopi multi, ex omnibus prouinciis Orientis: ex toto verò occidente, mittantur aliqui à Pontifice Romano: Et è contrà si celebretur in Occidente.

DE CAVSA FORMALI.

Episcopos in Conciliis non Consiliarios sed iudices esse.

CAP. XVIII.



Æretici, ferè a omnes neoterici, volũt Cõcilium nihil aliud esse præter inquisitionem. Nos verò, esse consessum verè iudicum, quorum decreta necessario sint sequenda. a Luther. asser. ar. 29. Caluin. 4. cap. 9. §. 8. Instit.

Primò, Deut. 17. de quo supr. b & Matth. 18. c *si Ecclesiam non audierit, sit tibi velut Ethnicus, & publicanus.* Nec enim negabitur, quin saltem Concil. legitimum generale, dici possit Ecclesia. b cap. 4. lib. 3. de verbo Dei. c v. 17.

Secundò, Concilium Hieros. non ex scripturis, sed ad suffragia Apostolorum, ita definitum est, vt imperium importaret, cui alij in conscientiâ tenerentur obedire, sicut probatum est supra. d

Tertiò, omnia Concil. dicunt anathema non obtẽperantibus, ergo leges eorum, obligant, vt iudicum. d Lib. 4. de s. Pôt. cap. 16.

Quartò, si tantùm esset disputationibus agendum, perperam vocarentur Episcopi soli, cum eruditorum sit disputatio.

Obiicitur primò, e Paphnutium præualuisse toti Niceno Concilio, volenti prohibere vsum vxorum sacerdotibus. e Apud Socratẽ 1. cap. 8. & Sozom. 1. cap. 22.

Secundò, sequeretur ex nostrâ sententiâ teneri pontificem præsidentem, sequi maiorem Episcoporum partem, in condendis decretis: quod tamen falsum est vt patet ex Arimin. irritato à Damaso, & de quodam decreto Chalcedonensi, quod improbauit Leo.

Ad primum resp. 1. Incertam esse hanc narrationem,

eius enim non meminerunt Euseb. Athan. Epiph. Ruffinus & antiquiores. 2. si vera sit, restitisse Paphnutium ante definitionem Concilij. 3. non allegasse Paph. scripturam, & propterea iuxta aduersarios, reiiciendum. 4. Concilium planè statuisse contrarium can. siquidem 3. prohibetur ne in domibus sacerdotum, sint vllæ fœminæ, præter matrem, sororem, amitam. [auiam, matertetam, & similes.]

f Vt ipsimet Socrat. & Sozom. testantur.

Ad 2. resp. 1. numquam fortasse accidisse, vt Pontifex sequeretur minorem partem, quando remota fraude, sententiæ fuere prolatæ. Nam in Arimin. Concilio decepti fuerunt catholici, verbi græci obscuritate, in Chalcedon. verò, absentibus legatis Papæ, factum est fraudulenter decretum. 2. Præsidem, vt præsidem, reuera debere sequi maiorem partem, si tamen sit Princeps summus non teneri, & si non adsit per se, posse sui vicarii præsidentis iudicium retractare.

Cuius sit generali Concilio præsidere.

CAP. XIX.



IMperatori hoc tribuunt a Hæretici, nos Papæ, vel per se, vel per legatos: probatur.

Primò, Papa est pastor, & pater vniuersæ Ecclesiæ: at patris est filiis, pastoris ouibus præsidere.

Secundò Actor. 15. Petrus præsedisse probatum est supr. b In Nicæno. 1. non præsedit Constantinus, vt fingit Brentius, nam imperator, post omnes Episcopos c subscripsit, & d professus est, se debere ab Episcopis iudicari, & Ambros. testatur e Constantinum non se fecisse iudicem, in Nicæno, sed liberum reliquisse iudicium sacerdotibus. Neque Eusthatius f fuit præses, Nec enim subscribit, aut primus vel 2. vel 3. Deinde ibi Alexander Episcopus Alexand. aderat maior Antio-

a Magdeb. Centur 4 cap. 7. col. 516. Caluin. 4. Inst. 7. §. 1. & 2.

b lib. 1 de s Pontifice in 19 prærogatiua S. Petri & cap. 8. in responsi ad 1. obiectionem.

c Teste Basilio imperat. in fine. 8. synod.

d apud Ruffin. 10. cap. 1.

e ep. 32.

f Vt voluut Magdeb sup.

cheno Eusthatio. Nec refert, g dici Eusthatium sedisse primum, à dextris imperatoris: non enim propterea sequitur præsedisse: Nam fieri potuit, vt præsides, in sede h separata, sederent cum imperatore. Neque præsedit Athanas. vt somniat Caluin. Nam tunc solùm Athanas. erat Diaconus, nec vllius Episcopi vices gerebat, aut subscripsit. Sed præsederunt nomine Syluestri, Episcopus Hosius, Vitus & Vincentius presbyteri. Nam 1. subscribunt primi 2. i Cedrenus, & Photius k docent Syluestrum, per suos legatos, ibi præsedisse, alii autem non erant præter hos 3. quia Athanas. l docet, Hosium fuisse huius Concilij principem, certè vt legatum Papæ, cum alias esset simplex Episcopus, omnibus Patriarchis inferior. In Concilio Constantinop. 1. non præsedisse imperatorem, constat ex ep. m Damasi ad concilium: non præsedit etiam Papa, nec per se, nec per legatos, quia Constantinop. erat vnum Concilium cum Romano, cui tunc præsidebat Damasus. In Ephesino 1. non præsedisse imperatorem, habetur n sup. Cælestinum præsedisse per Cyrillum, legatum suum, testantur historici omnes, verè autem fuisse legatum, probatur contra Caluinum 1. quia vices suas ei Cælestinus o mandauit, multò ante quam cæteri mitterentur legati; 2. quia Cyrillus minatur, p nisi Nestorius intra terminũ à Cælestino præscriptum resipuerit, communione Ecclesiæ priuandum, 3. quia ipsa synodus reseruauit q Cælestino causam Ioan. Episc. Antiocheni, In Chalcedon. Impetator. r testatur ipse, se non præsedisse. Legati autem Leonis nominãtur, sedent, loquuntur, subscribunt primi, & sententiam s definitiuam, in Dioscorum ferunt.

Resp. Caluinus id extorsisse Leonem ab imperatore. Nam in concilio Ephesino. 2. non est ausus primam sedem petere, sed legatos suos passus est subesse Dioscoro. Contra. 1. dicit, & nihil probat Caluin. nam non expectato vllius consensu, Leo misit suos legatos, ad Chalcedonen. vt præsides 2. scribit Liberatus, t noluisse legatos Leonis in Ephesina secunda sedere, quod viderent præsidere Dioscorum, qui

g Euseb. 3. de vita Constant. 11. ait eum qui sedebat à dextris orationem habuisse ad Imperat. hunc orantem fuisse Eustath. docet. Theop. 1. hist. 7.
h Ita vt tres ordines sedium essent vnius in capite aulæ in quo erant Imperator & legati Papæ. alter à dextris in quo Eustathius primus, & alter à sinistris in quo sedebat primus Macharius Hierosoly. Episco.
i In compend. historiar.
k Lib de 7. synod.
l Ep. ad solitar. vit. agent.
m Apud Theod. 5. hist. 9.
n 3. De verbo Dei 7.
o In ep. sua ad Cyrill.
p Ep. ad Constantinopolitanos.
q Vt refert Euagrius. 1. cap. 4.
r In oratione ad Synodum act. 1.
s Act. 3.
t In breuiario cap. 12.

contra fas illud extorserat ab imperatore, teste u Zonarâ. 3. appellauit Flauianus Episcop. Constant. ab eo concilio ad Leonem, vnde hoc nisi qui videbat Leonis esse præsidere?

u In Theodosio. & Euagr. 1. ca. 10.

In Constantinopolitano 2. non præsedisse Menam, vt vult Caluin. constat, quod cui præsedit Menas, fuit tantum particulare. Præsedit ergo Eutychius, Menæ successor, qui tamen x agnouit præsidentiam deberi Pontifici Romano, si voluisset interesse.

x In Ep. ad vigilium quæ habetur in fine primæ collationis

In Constant. 3. interfuit quidem imperator, & primo loco sedit, sed nullo modo fuit iudex: vltimus enim subscripsit: præsides igitur fuerunt y Legati Agathonis Papę, Petrus, & Georgius presbyteri, ac Ioannes Diaconus.

y Teste Zonara in Constant. 4.

In Niceno. 2. sine controuersia Petrus Archipresbyter, & Petrus Abbas Sancti Sabæ, legati Adriani. 1. præsederunt.

In Constantinop. 4. Donatus, Stephanus, Episcopi, & Marinus Diaconus: qui in ipsa act. 1. rogati à concilio, vt ostenderent literas Papæ, quibus daretur eis præsidentia, exhibuerunt literas Adriani. 2. Primi nominantur, & subscribunt, quorum primus: *Ego* (inquit) *donatus Dei gratia Episcopus Hostiensis, locum obtinens domini mei Adriani, vniuersalis Papæ, huic Sanctæ & vniuersali Synodo præsidens, omnia quæ superius leguntur, promulgaui, & manu propria subscripsi.* In reliquis conciliis nulla est controuersia, Rom. Pontificem præsedisse.

Soluuntur obiectiones.

CAP. XX.

PRima, in Carthag. 6. præfuit Aurelius, etsi adessent legati Papæ. In Aquileiensi generali, vt vult Caluinus, præsedit Ambrosius Resp. vtrumque fuisse prouinciale: & de Carthag. dubium nō est. Nec in eo adfuerunt legati Papæ, vt præsiderent, sed vt quædam tractarent nomine Romanę Ecclesiæ. De Aquileiensi probatur, quia fuisset alias 2. generale, deinde vix interfuerunt 30. Episcopi, denique PP. concil. ep. ad Imperatorem, dicunt non fuisse opus, congregare concil. generale. Neque tamen præsedit Ambrosius, sed a Valerianus Episcopus Aquileiensis.

Secunda, *Cum catholici Episcopi* (inquit Aug.) b *& parteis Donati, iussu imperatoris disputando inter se, gestis apud Tribunum, & Notarium Marcellinum cognitorem habitis, contulissent &c.* Et in fine asserit Marcellinum, vt iudicem, tulisse sententiam pro catholicis, contra Donatistas. Photinus c etiam petiit, & impetrauit ab imperatore iudices, coram quibus suam ageret causam.

Resp. ead. quæ ad 6. cap. 16. supra deinde, illa collatio, cum Donatistis, d extraordinaria fuit, & quadam necessitate suscepta, quod nequirent reprimi Donatistæ, nisi per temporales potestates.

Tertia, scribunt e Socrates, & Sozom. f Theodosium Imper. iussisse, vt singuli principes variarū g religionum adferrent ad se formulam fidei suæ, quod cum esset factum, Imperatorem Deum orasse, vt animum suum dirigeret in verâ eligenda fide: & tùm demùm lectis omnibus confession. approbasse catholicam.

Resp. quidquid sit, certum est Theodos. non se iudicem fecisse in causa fidei. 1. quia quæstio de qua agebatur, fuerat definita in concil. Nicæno, cuius adeo fuit assertor, vt noluerit h baptizari ab Episcopo Thessal. nisi prius intelligeret, cum esse fidei Nic. 2. quia testimoniis Cōstantini, Valentiniani senioris, & Theod. i Ambros.

a Primus enim nominatur.

b In Breuiculo collationum circa principium.

c Apud Epiph. hæresi 17. & Sozom. 4. cap. 5.

d Vt colligitur ex Aug. 3. contra Iulianum 1.

e 5 cap. 10.

f 7. cap. 17.

g Id est Cathol. Arianor. Eunom.

h Apud Socratē 5. cap. 6.

i Epist. 32.

k Apud Theodo. 5. Histor. 23.
l Hac de re Ambros. ep. 78. *Scribit Sanctitas tua, Flauianum ad Imperial. rescriptorũ remeasse: Frustra ergo tantorum sacerdotum fusus labor: iterum ad huius saeculi iudicia reuertendum, Sane referendum arbitramur ad sanctum fratrem nostrum Romanae sacerdotem Ecclesiae.*
m Theodor. supr.
Hic omittuntur obiectiones petitae ex Mose, Iosue, Dauid &c. qui iudices in spiritualibus fuerunt quia id soluitur. 1. de sum. Pontj. cap. 7 circa finē. Itē petitae ex disputationib⁹ coram laicis quia id solutum supr. cap. 16.

probat, imperatorum non esse, in causa fidei iudicare. Tantum ergo Theodosius legit sectariorum confessiones, vt illis satisfaceret, ne videretur eos inauditos damnare. Quid autem orauerit, nescitur certo; nam orasse, vt dirigeretur in fide eligendâ, est peccasse infidelitatis peccato, dubitando de fide quam semel acceperat. At omnes testantur, dumtaxat se laudabiliter Theodosium egisse. Probabilius ergo est orasse, vt nihil imprudenter ageret, & ne deciperetur, legendo confessiones tot haereticorum.

Quarta, cum Rom. [k] Pontifices nollent Flauianum esse Anthiochenum Episcopum, aliter tamen Theodos. Imperatorem iudicasse, & egisse.

Resp. id fecisse Imper. ex potentia, non ex [l] iustitia. Neque vsquam [m] hac de re finita est causa, quin Damasus Papa condonasset delictum Flauiano.

Repelluntur conditiones, quas Lutherani requirunt in Concilio celebrando.

CAP. XXI.



PRIMA, vt prius irritentur acta Concilij Tridentini. Sed nihil debet irritum haberi, nisi prius legitimè damnatum.

Secunda, vt Concilium in Germania fiat. Est enim [a] canon Ecclesiasticas lites esse iudicandas, vbi exortae sunt. Sed, sicut nolunt Lutherani fieri in Italia, vbi praeualent catholici, sic nolunt catholici fieri in Germ. vbi Lutherani: aequa ergo conditio est, vt fiat in finibus Germaniae, & Italiae, sicut est Tridentum. Ille verò canon intelligitur, de criminibus particularium hominum (facilius enim testes inueniri possunt, vbi est commissum crimen) non autem de causa fidei, vnde orta quaestio de legalibus Antiochiae, terminata est Hierosolymis. Ariana, exorta Alexandriae in Ægypto, definita Nicaeae in Bythinia [b] de

a Apud Cypria. 1. epi. 3.
b Actor. 15.
c Haeres. Nestorij nata Constantinopoli, damnata Ephesi. Eutychetis nata item Cōstant. damnata Chalcedone. Monothelitarum nata, Alexandriae damnata Constantinop.

Tertia, vt Papa neque indicet, neque praesit in Cōcilio,

cum sit altera pars. Sed non potest Papa suo priuari iure, nisi prius legitime conuincatur. Etsi autem priuatus non possit, potest tamen supremus [c] princeps pars, & iudex esse; adde in Concilio, non solum Papam iudicare, sed etiam Episcopos.

Quarta, vt ex sola scriptura, & non traditionibus, sententiæ ferantur. Sed semel legitimè definita, non debet iterum in dubium reuocari. Septima autem Synod; definiuit traditiones non scriptas, esse recipiendas.

Quinta, vt decisio non fiat penes suffragiorum pluralitatem, sed normam verbi diuini. Sed hæc est [d] contra formam omnium Conciliorum. Sexta, vt Romanus Pontifex absoluat omnes prælatos à iuramento fidelitatis sibi præstito. Sed non debent inferiores liberari ab obedientia superiorum, nisi hi prius legitimè deponantur.

Septima, vt Theologi Lutherani voces decisiuas proferre permittantur. Sed si per has voces intelligunt testimonium verbi Dei, non negamus. si debere hos esse verè iudices, est contra normam omnium synodorum, & quintam conditionem.

Octaua, vt detur saluus conductus, quo non solum personæ, sed etiam causa ipsa, etsi defendi nequeat a Lutheranis, tamen adeò tuta sit, vt non valeat damnari. Sed hoc est ludere, non concilium petere. Quomodò enim poterunt vnquam controuersiæ terminari?

c In Conci. Ephesino iudicauit Cyrillus Nestoriũ, quamuis diceretur Cyrillus altera litigantium pars. & ostendimus. 2. de R. Pon. 26. & infra lib. 2. de Conci. in nullo concilio Papam etiam accusatum iudicari posse, sed semper remanere iudicem.

d Nec vsquam finientur controuersiæ: semper enim quisque dicet se normam verbi Dei sequi.




LIBER SECVNDVS, DE CONCILIOrum authoritate.

PRIMA PROPOSITIO.

Concilia Generalia à Pontifice confirmata errare non posse.

CAP. I. & II.

a Luther asser. ar. 28. & 29. Caluin. 4. Instit. 9. §. 8.
b De partim reprobatis & probatis idem proportionaliter est iudicium, ac de probatis, & reprobatis.



Æretici, a nullum cōcilium esse volunt, quod errare non possit. Et quidem de conciliis b reprobatis, nihil est quod dicamus: cū certum sit errare posse: de aliis sit prima conclusio. *Fide catholica tenendum est, concilia generalia a summo Pontifice confirmata, errare non posse, nec in fide nec in moribus*. probatur.

Primo Math. 18. Dixerat dominus de homine incorrigibili, *Dic Ecclesiæ, & si Ecclesiam &c.* At ne quis Ecclesiam, siue prælatorum congregationem contemneret, adiunxit, *Amen dico vobis, quæcunque ligaueritis &c.* Et ne dubitaretur de assistentia Dei, quando episcopi congregati aliquem damnant, vel absoluunt, subiungit, *Vbi enim sunt duo vel tres &c.* Idest, si duo vel tres congregati, in nomine meo, obtinent semper, quod

petunt a Deo, nimirum sufficiens medium, ad cognoscenda quæ necessaria sunt quãto magis omnes episcopi congregati in nomine meo? Itaq; siue pauci, siue multi, in nomine Christi, congregentur, semper habent assistentem Christum, sed in congregatione paucorum, & priuatorum, adest pro rebus paruis & priuatis, in multorum, pro rebus magnis, & publicis: ita hunc intellexerunt locum Conci. [c] 4. & 6. [d] Toletan. [e] 3. Innocent. apud [f] Gratianum, [g] Cælestinus, [h] Cyrill.

Secundò, [i] *spiritus veritatis* (inquit Christus) *docebit vos omnem veritatem*. At episcopis seorsim, hoc non conuenit: ergo saltem omnibus cõgregatis, adiũcto capite summo Pontifi.

Tertiò, adfuit primo Concilio spiritus sanctus, Actor [k] 15. Ergo & aliis legitimè congregatis, non minus enim nunc eget Ecclesia spiritu sancto, quã tunc.

Quartò, ex scripturis [l] constat Ecclesiam errare non posse, at tota authoritas Ecclesiæ formaliter, non est nisi in Prælatis, sicut visus corporis, est tantùm in capite: hi autem possunt seorsum errare: Ergo simul, non. Deinde Concil. generale, representat Ecclesiam vniuersam. 1. quia [m] 3. Reg. 8. vocatur tota Ecclesia Israël, cætus principum, qui cum Salomone conuenerunt. 2. grauissimi [n] PP. vocant Concilium generale, Conuentum orbis terræ, vel totius Ecclesiæ consessum. 3. Martinus [o] 5. iubet interrogari suspectos de hæresi: An non credant Concil. Generale Ecclesiam vniuersam representare. 4. si comitia rempublicam, vel regnum totum representant, quidni Concilium totam Ecclesiam? Si ergo Ecclesia nequit errare: Igitur nec Concil. legitimum.

Quintò, probatur testimoniis [p] demonstrantibus Papam, errare non posse.

Sextò, iubet Deus [q] audiri, & sequi episcopos vt [r] præpositos, [s] pastores, doctores, [t] speculatores, [u] patres, [x] ergo vel fallere non poterunt, vel causa erroris nostri reiicienda in Deum: seorsim illos errare non est dubiũ, igitur errare simul congregati nequeunt.

c ep. ad Leonem.
d Act 17.
e Non procul ab initio.
f Dist. 20. can. de quibus.
g Ep. ad Ephesinum Concil.
h In expositione Symboli Nicæni circa principium.
i Ioan. 16. v. 13. πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὁδηγήσει deducet, ὑμᾶς εἰς πᾶσαν. in omnem τὴν ἀλήθειαν.
k Ver. 28.
l Math. 16. v. 18. Matth. v. vltimo. 1. Timoth. 3. v. 15.
m v. 4.
n Epiph. in fine Ancoratus Euseb. 3. de vita Const. Ci. August. 1. contra Donatist. 18. & lib 2. ca. 4. Gelas ad Episco. Dardianæ. 8. Synod act. 5.
o In fine Concil. Constantiens.
p lib. 4. de summ. Pontific.
q Lucæ 10 v 16.
r Hebræ. 13. v. 17.
s Actor. 20. v. 28.
t Ephes. 4. v. 11. & Matth. vlt. v. 19. & 20.
u Ezechi. 33. quod de Episcopis interpretãtur Hie. & Greg. in Ezec.
x Galat. 4. v. 19.

Probatur ex Patribus.

CAP. III.



RIMO, docent PP. Concilij Generalis sententiam, esse in causa fidei, vltimum Ecclesiæ iudicium, a quo appellari non possit. ita [a] Atha. [b] Aug. [c] Leo. [d] Concil. Ephes. & [e] Chalced.

Secundò, esse hæreticos, & excommunicandos, qui non acquiescunt plenariis conciliis, ita [f] Athan. [g] Leo, [h] Basil.

Tertiò, esse diuina, & a spiritu sancto edita, Concil. generalium legitimorum decreta. Ita [i] Athan. [k] Nazianz. [l] Cyrill. [m] Leo.

Quartò, potius esse moriendum, quam recedendum a decretis generalium conciliorum. ita [n] Ambro. [o] Hilar.

a Epi. ad Epictetum.
b Epi. 162.
c Ep. 50.
d Circa finem.
e Act. 5. can. vltimo & Martianus Imperator L. Nemo C. de s. Trinit.
f Ep. ad Episcopos Africæ loquens de Nicæno Concilio.
g Ep. 78.
h Ep. 87. & Nazia. epistola priore ad Clidonium. i Supr. *Verbum Domini per œcumenicam Nicaæ Synodum manet in æternum* K Orat. in Athanas. l 1. de Trinit. loquens de Nicæno Concil. m ep. 53. & 54. n ep. 32. *Sequor tractatum Nicani Concilij, a quo me nec mors, nec gladius poterit separare.* o Qui reipsa exilium propterea passus est vt testatur in fine libri de synodis. Victor Africanus cap. 6. tribu. li. de persecut. Vvandal describit plurima martyria SS. pro fide in Concilio Generali explicata.

Idem

Idem ratione probatur.

CAP. IIII.

PRIMA, si errare possent huius. Conci. nullum esset firmum in Ecclesia iudicium, quo controuersiæ componi, & vnitas Ecclesiæ seruari posset. Nihil enim maius est, Concilio generali approbato.

Secundò, meritò reuocarentur in dubium omnes damnatę hæreses, a Conciliis generalibus.

Tertio, nulla esset certitudo de multis sacræ scripturæ libris; nam de Epistolis ad Hebræ. Petri 2. Ioan. 3, item Iacobi, Iudæ, & Apoc. tandiu est dubitatum, donec à concilio res declarata est.

Quarto, sequeretur omnia Concil. intolerabilem admisisse errorem, nimirum proponere credendum aliquid de fide, quod non constat, an sit verum, an falsum.

Secunda propositio.

CAP. V.

Concilia particularia a summo Pontifice confirmata in fide, & moribus errare non possunt. Probatur.

Primò, quia Papa duntaxat errare non potest, vt *a* probauimus: ergo neque quodcunque Concil. ab eo confirmatum.

a 4. lib. de sum Pontifi.

Secundò, si errare possent, multæ hæreses, vt Pelagianorum, Priscilianistar. &c. ab eis damnatæ in dubium reuocari possent.

Tertiò, nullum hucusque inuentum est errasse.

Quartò, 7. Synodo *b* & octaua *c* dicunt PP. se venerari, & recipere, etiam localium concilior. decreta, quæ diuinitus inspirata vocat ead.

b Act. 3.
c Act. vlt can 1.

Soluuntur argumenta ex scripturis, & Patribus.

CAP. VI. & VII.



a Est Caluini. 4. Instit. 9. §. 3
b Vt Isa. 56. v. 10. Oseæ 9. v. 8. Hier. 6. v. 13.

RIMVM, *a* ducitur ex locis *b* quibus reprehenduntur pastores, Sacerdotes, & Prophetæ, non solùm improbitatis, sed & ignorantiæ.

Resp. 1. frequentissimũ esse in scripturis, vt propter aliquos malos reprehendantur omnes, vt annotauit *c* Aug. ita enim Apostolus dixit, *d Omnes quærunt, quæ sua sunt &c.* 2. hæc dici solùm de sacerdotibus &c. separatim, non autem simul congregatis 3. non continuò licere transferre, omnia quæ dicuntur de sacerdotibus antiquis, ad sacerdotes noui Testam: habemus enim infallibilitatis certiores promissiones Dei.

c lib. de vnitate Ecclesiæ cap. 12.
d Philipp. 2. v. 21.

Secundum, ex locis *e* quibus prædicitur fore in populo Christiano falsos doctores, sectas perditionis insinuantes.

e 2 Petr. 2 v. 1. Actor. 20. v 30. Matth. 24. v. 11.

Resp. hæc de hæreticis apertè intelligenda esse.

Tertium, *Ego (inquit f Nazian.) si vera scribere oportet, ita animo affectus sum, vt omnia Episcopor. Concilia fugiam: quoniam nullius Concilij finem lætum, faustumque vidi, nec quod depulsionem malorum potius, quàm accessionem, & incrementum habuerit.*

f ep ad Procopiũ.

CAP. 7.

Resp. loqui de illegitimo Concil. Nam Gregorij ætas incidit inter primum, & secundum Conci. quo tempore multa celebrata sunt Concil. quæ propter frequentiam Episcoporum Arianis fauentium, infelicem habuerunt exitum. Propterea desperabat Nazianz. sicut g & Basilius, tunc posse congregari legitimum.

g Ep. 52. ad Atha.

Quartum, *Nec ego Nicænum (inquit Aug.) nec tu debes Ariminense. h* Resp. supr.

h lib. 4. de Verb. Dei cap. 11. ante vltim. arg.

Quintum, ex lib. 2. de Baptis. 3. quo docet Aug. Conc. plenaria priora, a posterioribus emendari.

Resp. 1. fortè loqui de illegitimis concil. quæ reuera

emendantur 2. si de legitimis, *i* agere de quęstionibus facti: Nam præcipua catholicorũ cum Donatistis, quæstio erat, tradidisset ne Cæcilianus libros sacros hostibus fidei, necne 3. vel loqui tantùm de quibusdam constitutionibus circa mores, siue ritus, quæ pro diuersorum occasione temporum legitimè mutantur.

Sextum, agnoscit *k* Leo Concil. Chalcedonense legitimum: & tamen illud ambitionis, & inconsultæ temeritatis arguit.

Resp. legitimum Concil. in eo posse errare, quod non sit legitimè. At decretum reprehensum a Leone, *l* editum fuit absentibus legatis Papę: & proin de illegitimè.

Septimum, *m* Isidorus asserit dissentientibus inter se Conciliis, standum esse antiquioribus.

Resp. loqui de concil. non expressè cõfirmatis a Papa.

n Octauũ, titulus decreti Gratiani est, *Concordantia discordantiarum*. Ergo concilia inter se pugnãt. Sed loquitur tantùm de apparentibus discordantiis, vere enim, concordari nequeunt.

Nonum *o* Gratianus dicit Concil. Episcopalia, esse inualida ad definiendum, & constituendum, non autem ad corrigendum.

Resp. loqui de prouincialibus conciliis, quæ ordinariè non instituuntur ad fidei constituẽda dogmata, sed tantum ad corrigendos mores. Si tamen aliquid definirent de fide, approbareturque a Papa, illud proculdubio validum esset.

i Ibi enim ait Aug. tunc emendari Conc. quando experimento aliquid aperitur, quod erat clausum. Experiméto autem aperiũtur quidem quæstiones de facto, & de morib. non autem iuris vniuersales.

k Ep. 53. & 54. ac 55.

l Vt patet ex vl. act. eiusd. Conc. & ep. 61. eiusd. Leo.

m Apud Grat. dist. 50. can. Domino sancto.

n Egregium Lutheri arg. lib. de Conc. p. 54.

o Dist. 18. can. 2.

Soluuntur ex Conciliorum erratis petita.

CAP. VIII.



PRIMVM, 3. Reg. 22. 400. Prophetæ simul omnes errarunt.

Resp. 1. hos omnes non fuisse prophetas domini: quæsiuit enim Iosaphat, nũ esset aliquis propheta domini: respõdit Achab, *a Remansit vnus* (qui non erat ibi) *sed ego odi eum*, 2. Conc. non prophetarum, sed sacerdotum esse debere 3. non coactũ fuisse a sum. Põt. sed ab Achab impiissimo rege.

a v. 8.

Secund. Concilium Iudæorum, summo præside Cai-

b Ioan. 9. v. 22.
c Marci. 14 & Ioan. 11.

pha, excommunicauit *b* confitentes. Iesum, esse Christum, quem postea, *c* reum mortis iudicauit.

d Dan 9. ad finé.

Resp. Pontifices, & Concil. Iudæorum non potuisse errare, antequam Christus veniret, sed eo præsente potuisse, imò *d* prædictum fuisse erraturos, & negaturos Christum. Sicut nō est necesse Vicarium Papæ non posse errare, cum ipse Papa præsens regat Ecclesiam.

e Non esse cogendas gentes ad legalia seruanda.

f Esse abstinédum a sanguine, & suffocato, quod est Iudaizare.

Tertiò, constat sententiam *e* Petri in Concil. Hierosl qui iudicauerat gentes non debere cogi ad legalia, bonam fuisse. Hanc tamen Iacobus, quem sequutus est Concilium, mutauit, & *f* legem statuit quæ defendi nequit, nisi dicamus concil. non obligare.

Resp. Iacobum non mutasse Petri sent. sed solùm antequam res definiretur, putasse addendum sententiæ Petri, præceptum illud positiuum de abstinentia a fornicatione, quia non putabatur peccatum a Gentibus, & a suffocato & sanguine, vt facilius Ecclesia ex gentibus, & Iudæis coalesceret. Postquam autem finis legis cessauit, lex quoque tacuit, vide *g* sup.

g 4. de sum. Pont. ca. 16. in 3. argu.
h dist. 30. can. de libellis.
i Vt dicitur in Concil Florent. sess 7.
k Can. 7.

Quartò, Concilium Neocæsariense confirmatum *h* a Leone 4. & receptum in *i* Nicæno. 1. prohibet *k* secundas nuptias.

l Test. Isidor. 2 de officiis. 19.

Resp. 1. vel loqui de eo qui simul duas vxores habet. 2. vel tātùm prohiberi solemnitatem secūdi matrimonij, cui solemnitati, propriè conuenit nomen nuptiarum, quæque *l* semel tantùm in Ecclesia fieri cōsueuit, videlicet quando virgines coniunguntur.

Quintò, Concil. Nicænum malè, 1. sanxisse non esse idoneos sacerdotio, qui se castrauerunt, & tamen sacerdotes non posse nubere, est enim id impossibile & periculosum. 2. Paulianos esse rebaptizandos. 3 damnasse militiam can. 11. Ad 1 nullam esse impossibilit. aut periculum, quod a tot piis obseruatum, & obseruatur, ad 2. Paulianos, quòd non crederent Trinitatem, non baptizasse in nomine Trin. 5. & proinde nullū eorū baptisma; ad 3. militiæ cingula olim maximi fuisse honoris, ac cōmodi, quo *m* priuabātur ab Impe. Ethnicis, cōstantes in fide Christiani. Damnat ergo Conc. tantum eos, qui cum fidei ardore cingulum abiecissent? Deinde iterum ambiebant cingulum, parati abnegare fidem. Primo

m Euse. 8. hist. 1. & lib. 10. cap. 8. Ruff 10. cap. 32. & lib. 11. c. 2.

quia Theodorus Balsamon, & Zonaras ita hunc exposuerunt canonem. 2. *n* Ruffinus ita ponit. *Qui propter confessionem, militiam abiiecerant &c.* 3. Quia in toto can. agitur de lapsis, & primò, de his qui metu vitæ, aut opum amittandarum negauerunt, deinde de huiusmilitibus.

Sextò, Concil. Aurelian. 2. errauit can. 2. primò, quod non liceat sacerdotibus suis vxorib. vti: contra concil. Gangrense can. 4. confirmatum à Leone 4. Secundò nõ esse assumendum coniugatum ad sacerdotium nisi conuertatur à coniugio: non conuertimur autem, nisi à malo Ergo iuxta hoc concil. erit matrimonium malũ.

Ad 1 Concil. Gangr. non loqui de sacerdotibus habẽtibus vxores, saltem vt vxores, sed, *Quicumque* (inquit) *discernit à presbytero, qui vxorem o habuit, quod non oportet, eo ministrante, de oblatione percipere, anathema sit.* Ad 2. conuersionem dici etiam à bono statu, ad meliorem, quomodo Gregor. 2. ep. 100. vocat professionem monachatus, conuersionem.

Septimo, Sirmiense videtur receptum, quia damnauit errorem Photini, & tamen in eo confirmata est hæresis Arii: Sardicense confirmatum fuit *p* à Leone 4. & tamen Arianorum fuisse docet *q* August.

Resp. in vtroque tantùm recipi, quòd fidei catholicæ consonũ est vide *r* sup. August. verò non videtur *s* aliud vidisse ex Sardicensi, quam quid edidetant 70. Episcopi Orient. in condemnationẽ fidei catholicę, & Athanasii.

Octauo, concil. *t* Laodicenum statuisse reddi, secundum indulgentiam, iis communionem, qui secundis nuptiis iuncti sunt. At indulgere est condonare peccatum. Igitur illi peccauerant.

Respon. 1. vt ad Neocæsar. 2. solùm velle reddendam bigamis communionem, quam indiscreto zelo, nonnulli Episcopi illis ademerant: dixit autem secundum indulg. non quod condonaret peccatum, nam initio can. vocat nuptias bigamorum liberas, & legitimas, sed iuxta Apost. *u* 1. Corinth. 7 quod minus bonum concedat quamuis maius optaret, nimirum viduitatem.

Nono Cõc. Carth. *x* 3, numerat in can. scrip. Tob. Iud. Bar. Sap. Ecc. Macch, Apoc. quæ Laodicenũ non recipit. *y*

n 10. cap. 6.

o Non dixit qui habet.

p Dist. 20 can. de libellis.

q 3. Contr. Cresconium. 34.

r cap. 7.

s Vide lib. 2 de Sum. Pontif. cap. 22. &c. vbi soluuntur argum. de iure appell. arg. vl.

t Cap. 1.

u τοῦτο δὲ λέγω κατὰ συγγνώμην, οὐ κατ' ἐπιταγήν. *hoc autem dico secundum indulgentiam non secundum imperium.*

x Can. 47.

y Cap. vltimo.

Resp. 1. Conc. Carthaginense maioris esse authoritatis, quia nationale, Episcopos 44. & confirmatũ a Leone 4. At Laodycænũ, fuit prouinciale Episco. 22. a nullo confirmatum Papa. 2. Laodicænum posuisse solùm in canone libros de quibus Episcopi huius Concil. certi erant, alios omisisse, non negans, sed nolens rem dubiam definire, quam magis postea discussam Carthaginense definiuit.

ζ Can. 17.

Decimò, ζ Toletanum 1. iussu Leonis 1. celebratum admittit ad communionem, qui concubinam habet, dummodo non sit vxoratus.

a Dist. 34. can. omnibus.

Resp. concubinam dupliciter dici, 1. quæ assumitur ad consortium thori sine consensu mutuo coniugij. 2 quę ducitur vera vxor, sed sine dote, & externa solemnitate, vt rectè obseruat a Gratianus, estque conforme Iuri Ciuili, sicut patet ex 18. Nouella Iustiniani priori modo loquitur Leo ep. 92. cum ait, Concubinam non esse verè vxorem, posteriori Concilium. Dices, quomodo id Leo absolutè dicere potuit, cum huius. Concil. fieri iusserit. Respondeo, fuisse tantum vltimi canonis authorem. Nam b dicitur Conci. congregatum tempore Honorij, & Archadij. At Leo c creatus est tempore Theodosij Iunioris, 33. annis post Archadij mortem: Concilium ergo habitum fuit ante Leonem, & postea tempore Leonis, facta fuit illa Explicatio fidei can. 17. & annexa concilio, quia iidem Episcopi subscripserunt, qui in concilio fuerant.

b Initio Concil.

c Vt patet Chro. Prosperi.

d In Carolo magno.

Vndecimo, Synodus 7. pugnat cum Constantinop. Sub Copronymo, vt patet & cum Francofordiensi in quo legati Papæ affuerũt primò quia d Ado, Aimoinus, Abbas vrsper. & alij historici, docent damnatam 7. Synodum a Francofordiensi: 2. quia libri quatuor Caroli magni, qui anno. 1549. prodierunt, totis viribus contra imagines agunt, pro quibus pugnat Synod. 7. fuerunt autem approbati in Francofordiensi.

e Zonaras, & Cedrenus in Copronymo.

Resp. Illud Constantin. nec legitimum nec generale fuisse. e Nec enim aut per se, aut per legatos affuit Papa: Nec tres præcipui Patriarchę Alexand. Antioch. Hiero. Et nusquã fuit numeratũ inter legitima Cõc. Ad Franc. dico 1. illi esse anteponendum Nicenã 2. siue 7. Synod.

quę certè fuit vniuersalior & antiquior, ac sine controuersia à R. Pontifice *f* approbata. At si vera sunt quæ *g* Magdeburg. asserunt repugnauit Francofordiensi Adrianus per legatos. 2. incertitudinem maximam hac in re versari. Non enim authores satis sibi constant. Nam decretum Francofordiense in libris Carolinis, ait damnatam fuisse in Francoford. Synodum, quæ Constantinopoli conuenerat, & imagines adorari iusserat. At quæ id iussit, fuit Nicæna, non Constantinopolitana libri Carolini, damnatam in Francoford. synodum factam Constantinopoli in Bythinia, sine authoritate Papæ, pro imaginibus adorandis. Et Constantinopolis non est in Bythinia, sed in Thracia. *h* Hincmarus, damnatam quæ in Nicæa conuenerat, sine authoritate Papæ: quæ certè non erit nostra 7. synodus. Aimoinus *i* & Vrsper. *k* damnatam quæ conuenerat Constantinopoli sub Constantino & Irene. At quæ hoc tēpore congregata, fuit Nicæna. Platina, *l* Blondus, *m* Sabellicus, *n* Paulus *o* Æmil. damnatam synodum, de tollendis imaginibus. quam Græci septimam generalē dicunt quę certè, nequit esse Nicæna 2. Quia tamen omnes conueniunt, reprobatam fuisse septimam synodum, quæ decreuerat adorandas imagines: dicimus in Francoford. duas *p* fuisse synod. damnatas, Constantinopolitanam videlicet, contra imagines, & Nicænam 2. pro imaginibus, vt patet ex libris Carolinis, & Hincmaro. Porrò damnatam Nicænam per errorem, & materialiter tantùm. author enim librorum Carolinorum imposuit synodo Nicænæ 2. definiuisse adorandas imagines latriæ cultu, & id factum à Græcis sine consensu Papæ: quibus duobus mendaciis pro veritate habitis, synodus Francofordiensis damnauit Nicænam 2. Errauit ergo tantùm Francoford. sed in quæstione facti, non iuris: Deinde non solum non consensit Papa huic decreto, sed & reprobauit.

Huiusmodi autē libri dicti Carolini, neque Carol. mag. sunt, neque authoris alicuius momenti, quamuis antiquissimi. 1. quia extat *q* liber Adriani I. ad Carolum magnum, in quo, libri isti accuratè refelluntur. vnde colligitur ab aliquo compositos hæretico, missosque à Ca-

f Leone 3 vt patet ex Iuone. 4 p. c. 147.
g Centur. 8. cap. 9. col. 639.
h cap. 20. lib. cōtra Hincmarum Laudunens. qui ipso ferè tempore floruerat.
i cap. 85 de gestis Francorum.
k in Chron. ann. 793.
l in Adriano.
m lib 1 decad 2.
n lib 8. Ennead 8
o 2 de gestis Frācorum.
p & fortasse hæc fuit causa cur ita varient historici.
q in tertio tomo Concil. Esse autē hunc libr. vere Adriani ex Iuone constat qui multa ex hoc li. in 4. sui decreti partē transtulit.

r apud Zonar. Cedr. in Isauro. & rolo ad Papam, vt eis responderet. 2. Adrianus I. r defecit à Græcis Imperatoribus, quod imagines insectarentur, seque in tutelam Francorum contulit, quomodo ergo verisimile, Carolum eadem hæresi laborasse? 3. s in de cultu imag. Ionas Aurelianensis s qui floruit sub Ludouico Pio, scribit Claudium Taurinensem eius hæresis patronum, toto tempore Caroli, nusquam ausum mutire, 4. testatur Paulus Æmil. t Pipinum Caroli patrem, in quodam Gentiliaco Concilio refutasse errores Græc. contra imagines: misisseque postea Carolum, Episcopos 12. ad Concilium Romæ cælebratum sub Stephano, contra eundem errorem. 5. Carolus fuit græcè, & Latinè peritus, prudens, & ingeniosus. At libri Carolini sunt hominis imperiti, & leuis. Nam Constantinopolim dicit in Bithinia, concilium pro cultu imaginum in Constātinopoli, Nicænos PP. docuisse, Eucharistiam esse imaginem corporis Christi, quod tamen non solum non defendunt, sed etiam refellunt. Sed quamuis hi libri Caroli essent, quid aliud haberent aduersarij, quam testimonium vnius hominis laici, & militis?

t sup.

Duodecimò, R. Concil. sub Nicolao 2. definiuit non solùm Sacramentum Corporis Christi, sed etiam ipsum verum corpus tractari, & frangi sacerdotum manibus.

Resp. Nusquam dubitatum fuisse ipsum corpus non in se reuera frangi sed solùm, an signum quod frangitur, sit nudum signū an reuera contineat corpus Christi. Et quia Berengarius docuerat esse nudum signum, ideo Concil. constituens abiurationis formam, voluit Berengarium dicere, non solum sacramentum, sed etiā verum Christi corpus frangi, id est, signum habens realiter coniunctum Christi corpus.

Decimotertiò Lateranense 4. definiuisse pro articulo fidei transsubstantiationem in Sacr. Euch. contra Ephesinam synod. prohibentem ad symbolum additionem. Respond. neque addidisse ad symbolum, neque prohibitionem hanc habere ius in conc. gen. legitim.

y sess. 13. Decimoquartò, Constantiense u excommunicasse communicantes, sub vtraque specie. Basileense autem id concessisse Bohemis.

Resp. Quicquid sit de authoritate horum concilior,

non pugnare intra se. Constantiense enim, solùm agit contra communicantes huius sine licentia Ecclesiæ: sic enim intelliguntur præcepta maiorum. Nam qui præcipit non priuat se authoritate dispensandi.

Soluuntur obiectiones ex Ratione.

Cap. IX.



Rima. In omni cætu multitudinis, sæpè accidit, vt maior pars vincat meliorem. Igitur in conciliis Ecclesiæ, vbi definiuntur omnia, ad plura suffragia, facilè fieri poterit, vt contingat error.

Secunda, quis nouit an vllum fuerit vnquam legitimum concil. 1. quia nescitur an qui conuenerint, habuerint veram fidem, & ordinationem. 2. quia ex historicis humanis qui mentiri possunt, habemus certitudinem de Conciliis præteritis.

Ad 1. verum esse anteced. in cætibus humanis, at nusquam absolutè in Ecclesiasticis quibus præsidet Papa cum Spiritu sancto.

Ad 2. probationem primam, sufficere vt conuentus Episcoporum legitimus sit, conuenire illos, qui in Ecclesia ordinariè præsident, & Episcopi veri ab omnibus habentur, quicquid tandem habeant in mente: certi sumus enim tales errare non posse, simul congregatos cū Papa, totam Ecclesiam docendo. Quamuis nullo modo est verisimile, Deum permissurum Episcopos alicuius concilii legitimi, maiori pro parte hæreticos mentales esse. Ad 2. constare de legitimo concilio euidenter, iis qui tunc viuunt, nobis verò, fide certissima humana, & Ecclesiæ traditione, quæ id asserit, & nullus contrarium sentit: quod quidem sufficit.

Obijcitur 1. huiusmodi Concil. vniuersam repræsentare Ecclesiam; ergo nequit errare.

R. Primo, non repræsentare perfectè Eccl. vniuers. nisi adsit summ. Pontificis sententia, est enim præcipua, & summa pars, nempe caput 2. etsi repræsentaret, non tamen prius censeri absolutum, quam accesserit confirmatio Papæ. firmitatem autem non habet, & infallibilitatem, antequam absoluatur.

Secundò, Concilia dicere anathema contrarium sentientibus, antequam confirmentur. R. Intelligi, id vim habiturum, cum fuerint approbata à Papâ.

De quarto vix dubitari potest. *Primò*, quia in tali Concilio inuenitur expressus capitis consensus, ac membrorum: & proindè totius absolutè Ecclesiæ, quæ sine dubio errare non potest. Nec refert illam instructionem datam à Pontifice, non videri definitiuam sedis Apostolicæ sententiam. Nam quando Concilium consentit cum Pontificis sententia, decretumque formatur à legatis, nomine Papæ, tunc incipit esse sententia definitiua, & vltima non solùm Concilij sed etiam Papæ. Papa enim solet mittere legatos instructos de sua sententia cum ea conditione, vt si concilium consentiat iudicio Papæ, formetur decretum, si minus differatur decreti formatio donec Rom. Pontifex consultus respondeat.

Secundò, quia concil. *e* Chalcedon. se ideò dixit petere confirmationem à Leone, quod præter decretum de fide contra Dioscorum (editum consentientib. legatis Papæ ab eo instructis) alia etiam statuerat, sine expressa Papæ sententia, vnde liquet se solùm petere confirmationem eorum, quæ sine sententia Papæ decreuerat.

Tertiò, in huius. Conciliis non expectata alia confirmatione, mox fit executio, idest, damnantur *f* vt hæretici manifesti, ac deponuntur ab episcopatu, vel sacerdotio, contrarium sentientes. At si hæc Concil. errare possent ante confirmationem, non essent manifestè hæretici, resistentes ante confirm.

e Actio. 3.

f In Concilio Nicæno 1. damnati sunt, & in exilium acti. 6. Episcopi vna cũ Ario, apud Ruffin 10. hist. 5. in Ephesino damnatus, & depositus. Nestorius. apud Euagr. 1 ca. 4. in Chalc. act. 3. Dioscorus & act. 4. iudicantur hæretici 6. Episcopi Ægyptii quod nollent acquiescere decreto prolato act. 5.

An sit maior authoritas Concilij, quam scripturæ.

CAP. XII.


Æretici *a* nostri passim clamant nos subijcere scripturam Conciliis, sed mentiuntur; Nam anteponimus: fatemur enim, Primò scripturam esse verbum Dei immediatè reuelatum, quia vel noua quædam reuelabantur scriptoribus sacris, aut Deus immediatè inspirabat, & mouebat scriptores ad scribenda ea quæ audierant, vel viderant, eosque dirigebat, ne vlla errarent in parte. At Concilia tantùm declarare quodnam sit verbum Dei scriptum, vel traditum, ac quomodo intelligendum, & præterea ex eo deducere per ratiocinationem conclusiones.

a Caluin. lib. 4. Insti. 9. §. 14.

Secundò, scriptores sacros non multum laborasse, in suis edendis libris. At Concilia ipsas conclusiones debere disputando, legendo, cogitando eruere.

Tertiò, scripturam sacram nullo modo errare posse. Concilia posse, in particularibus iudiciis.

Quartò, nec quidem vnum verbum in scriptura superfluum esse, sed omnia spectare ad fidem. In Conciliis ipsa tantùm nuda decreta, quæ proponuntur tanquam de fide pertinent ad fidem, nec verba, sed sensus decretorum attendi debent. Non enim hæreticum est dicere, in Canonibus concilior. aliquod verbum esse superfluum, aut non rectè positum: nisi fortè decretum versaretur *b* circa huiusmodi verbum.

b Vt in Concil. Nicæn. in verbo ὁμόουσιος. in Ephesino Θεοτόκος.

Quintò, scripturam non egere approbatione Papæ, vt sit authentica: sed solùm vt nobis innotescat eius authoritas. Concilia vt sint rata, egere hac approbatione.

Obiicitur primò, Gratianus can. *c in Canonicis* affirmat epistolas Pontificum decretales, numerari debere inter scripturas canonicas, can. verò *d Decretales*, dicit

c Dist. 19.
d Dist. 20.

Conciliorum canones eiusdem esse authoritatis, cum decretalibus epistolis.

e 1. ep 24.

Secundò e Gregor. 1. ait se venerari 4. prima Concilia, sicut Euangelia.

Ad 1. resp. 1. Gratianum tribuere illum canonem *In Canon.* Augustino, 2. de doct. 8. cum tamen codices emendati B. Augustini longè aliter habeant, nimirum, iudicium de scripturis sanctis pertinere ad Ecclesias, & ad eas potissimum, quæ Apostolicas sedes, vel epistolas accipere meruerunt. 2. has epist. vocare sacras, non quidem vt Euangelia, sed vt distinguntur à prophanis, & canonicas, vt distinguntur à scriptis Patrum, quæ regulæ non sunt, nec obligant.

f Matth. 5. v 48.

Ad 2. resp. primò vel illud, *sicut*, sonare similitudinem, non æqualitatem, quemad. istud, *f Estote perfecti sicut pater &c.* 2. vel loqui tantùm Gregorium de certitudine iudicij in decretis fidei.

a Hæc quæstio orta est tempore Concilij Pisani, cum simul sederet in schismate Grego. 12. & Benedict. 13. nec vellent iuxta iuramentum à se præstitum Pontificatui renunciare tunc enim Cardinales Pisam conuenerũt, & hanc quæstio. tractarunt & eãdem Concil. Cõstantiense, & Basileense.
b Nominatum Hermanni Hamelmanni 3. cap. 13. prolegomen.
c Vt Gerson & Almainus in tractatib. de potestate Ecclesiæ, Nicolaus Cusanus tract. de concordantia canonica. 2. cap. vltim.

An a Concilium sine Papa, sit supra Papam, ita vt Papa teneatur illi obedire.

CAP. XIII. ET XIIII.



Prima opinio est b hæreticorum, & quorumdam Catholicorum c Concilium esse supra Papam. Sed hæretici volunt Papam, ad summum, esse tantum Patriarcham occidentis. At Catholici volunt Papam esse in Ecclesia, quod Dux Venetiarum in Republica Veneta: nimirum, sicut Dux est supra singulos magistratus, ac Senatores & ciuitates Venetiis, non tamen supra totum Senatum simul collectum: & quando moritur Dux, certum est totam authoritatem etiam ducalem esse in Senatu. Sic Papam esse quidem caput, & pa-

ſtorem ſingulorum Chriſtianorum, & Eccleſiarum, ſi ſeorſim ſumantur, non autem totius Eccleſiæ ſimul congregatæ in Concilio generali, cui immediatè omnem *d* poteſtatem ſoluendi, & ligandi tribuit Chriſtus: quamuis eam exerceat Papa, tanquam inſtrumentum generale, quod Eccleſia nequeat congregata in Conc. ſemper manere.

Secunda, Papam quidem eſſe ſupra Concil. & à nemine inuitum iudicari poſſe: tamen poſſe ſubiicere ſe Concilio, & ſi hoc fecerit, acquieſcere debere ſententiæ Concilii.

Vltima *f* fere communis, ita Papam eſſe ſupra Concilium, vt non poſſit etiam ſe ſubiicere ſententiæ Concilij coactiuæ.

d Alij volunt hanc eſſe formaliter, & ſubiectiuè in ſolo Papa, in Eccleſia verò vt in fine, & vt in regulante, ac dirigente, & ſupplente cum ipſe errare nequeat, Papa poſſit Alii ponunt eam formaliter, & ſubiectiuè in Eccleſia inſtrumentaliter in Papa: conueniunt tamen hãc eſſe immediatè in Eccleſia *e* Eſt gloſſ. in can. *Nos ſi incompetenter.* 2. q. 7. & in can. in Synod. d. 63. *f* Alberti, D. Thom. Bonauent. Richardi, Paludani &c. in 4. d 19. Antoninus 3. p. tit. 22. cap. 10. § 4. ſum. hiſtorial. Turrecrem. 2. cap. 93. & 104. ſummæ de Eccleſia. Canoniſtæ fere omnes in cap. ſignificaſti de electione. Sanderus 7. de viſibili Monarchia p. 540. cum agit de Concilio Conſtant.

Prima propoſitio.

CAP. XV.



Omanus Pontifex eſt paſtor, & caput etiam totius Eccleſiæ vniuerſalis ſimul congregatæ conſtitutus immediatè à Deo. primò probatum *a* eſt eſſe paſtorem & caput Eccleſiæ Matth. 16. *Tu es Petrus &c.* At ibi per Eccleſiam intelligi etiam vniuerſale concilium probatur. 1. quia aduerſarii concedunt in 18. capite ad hæc verba, *Dic Eccleſiæ*, intelligi concil. generale. 2. concil. eſt propriiſſimè Eccl. Chriſti: Nam Eccl. eſt cõgregatio fideliũ, ergo quo magis vniti, eo magis Eccl At ſtultũ eſt, cũ aliquid pronũtiatur de alio abſolutè excipere id quod propriiſſimè

a 1. De ſum. Pôt. cap. 10. & 11.

per illud significatur. 3. Ecclesia semper est vna familia, regnum &c. Igitur si Pontifex est caput, & pastor Ecclesiæ, non certè dispersæ, quæ nulla est, sed congregatę.

b Sup. cap. 14 & 15. ac 16.

Secundò, eundem fuisse *b* constitutum per hæc, *Pasce oues meas*. At concilium, vel spectat ad oues Christi, vel non: si prius, ergo eius caput, & pastor Papa si posterius: ergo per congregationem desinunt Christiani esse oues Christi, quod est absurdum.

Tertiò, Chalcedon. concilium ad Leonem scribens *Quibus* (inquit, scilicet Patribus concilii) *tu quidem vt caput præeras*. Florentinum definiuit *c* Pontificem esse totius Ecclesiæ caput, & accepisse à Domino plenissimam potestatem regendi vniuersalem Ecclesiam, Constantiense, *d* damnauit hæresim Ioan. Huss. asserentis *e* Papam non esse caput Ecclesiæ.

c Decreto de Papa.

d Sess. 15.

e Artic. 10.

Quartò, Papa est vnum caput. Ergo vnius corporis caput, at Ecclesiæ particulares seorsim sumptæ, non sunt vnum corpus. Ergo simul sumptæ.

Quintò, Ecclesia vniuersalis etiam in Concilio, est vnum visibile corpus. Ergo vnum debet habere visibile caput. Nullum autem aliud dici potest, præter Papam.

Sexto, Papa est immediatus Christi vicarius, vt habetur in concilio *f* Lugdunensi Florentino *g* Constantien. *h* neque id aduersarii negant. Ergo iis omnibus præest visibiliter loco Christi, quibus inuisibiliter Christus.

f Sicut habetur cap. *Vbi periculum de electione in 6.*

g Supr.

h Sess. 8. in damnatione ar. 37. Vviclefi quo negat Papam esse immediatum vicarium Christi.

Secunda

Secunda Propositio.

CAP. XVI.



Umma potestas Ecclesiastica non est formaliter, aut suppletiuè in Ecclesia, vel Concilio, Papa remoto. Probatur.

Primò, quia Ecclesia est regnum. At in regno, potestas summa est formaliter in rege. Rursus Ecclesia authoritatem hanc non habet à seipsa. Nam in regno Christi potestas non deriuatur à populo, sed ipse Christus fecit Ecclesiam sibi regnum Apocalyp. *a* 5. Neque ab alio: quia illam Christus Petro, *b* non Ecclesiæ dedit, & proinde nec concilio generali: ergo nec etiam suppletiuè hæc potestas est in Ecclesiâ, siue concilio.

Secundò, si vera esset aduersariorum opinio, Concilia generalia, non indigerent confirmatione Papæ.

Tertiò, Concil. sine Papa errare potest, vt patet de Ephesino. *c* cui tantum deerat Pontificis assensus, cum Papa, non potest errare. Igitur non potest sine Papa omnia, quæ potest cum Papa.

Quartò, si in Ecclesia esset principaliter hæc summa Potestas, in Papa instrumentaliter, hic non esset immediatus Christi vicarius, sed Ecclesia.

a *V. 10. in Græc.* ἐποίησας αὐτοὺς τῷ θεῷ ἡμῶν βασιλεῖς. Et fecisti ipso Deo nostro Reges: *in Vulgata editione Regnum.*

b *Vt probatum. lib. 1. de summo Pontifice,*

c *Apud Leonem ep. 12. 13. 15. 21. & 2*[illegible]

Tertia Propositio.

CAP. XVII.



Vmmus Pontifex absolutè est supra Ecclesiam, & Concilium, ita vt in terris, supra se nullum iudicium agnoscat.

Primò, quia est in quo residet summa potestas, caput, & pastor Ecclesiæ totius, & Concilii, vt patet ex dictis.

Secundò, quia nomina Christi quibus constat esse supra Ecclesiam, tribuuntur Papæ. Dicitur Christus Pater familias in domo sua, idest, Ecclesia. Papa verò, in eadem est summus Oeconomus. Luc. 12. *a Quis est fidelis dispensator, & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam.* Per dispensatorem intelligunt PP. *b* Episcopum: & quamuis non exprimant Roman. tamen sensus huius loci est, sicut Episcopi particulares sunt Oeconomi summi in suis Ecclesiis, ita esse Romanum in Ecclesia vniuersa. Item *c* Pastor, caput *d* Ecclesiæ, vir *e* siue sponsus, de quibus *f* vide supra. At non est seruorum, etiam omnium simul, iudicare Oeconomum, sed solius domini domus, neque membrorum regere caput, aut vxoris præesse.

Tertiò, ex Conciliis ipsis *g* Sinuessano. Romano sub Symmacho, octaua Synodo, 7. act. qua legimus Papam de omnium Ecclesiarum præsulibus iudicasse, de eo verò neminem vnquam iudicasse, scilicet *h* legitimè. Lateranensi 5. *i In Romana* (inquit) *Ecclesia aliquid specialiter constituitur, quia non poterit, ad superiorem haberi recursus.* Idest si eligatur malus Episcopus, poterit quidem corrigi per Papam: at si eligatur malus Papa, nullum esse remedium: quia superiorem non habet. Item in concilio Constantiensi edita est Bulla Martini V. approbante Concilio, in qua iubentur suspecti de hæresi interrogari, an non credant Romanum Pontificem habere in Ecclesia Dei supremam potestatem. Suprema

a *V. 42.* Τίς ἄρα ἐστὶν ὁ πιστὸς οἰκονόμος, καὶ φρόνιμος ὃν καταστήσει ὁ κύριος ἐπὶ τῆς θεραπείας αὐτοῦ.

b *Ambr. in hūc locum, Hilar. & Hier. in 24. Math. Chrysost. verò 2. de Sacer. id exponit de Petro.*

c *Joan. 10. v. 11.*

d *Ephes. 4. v. 15.*

e *Ephe. 5 v. 25.*

f *2. De S. Po. ca. vltimo.*

g *Vide sup. lib. 2. de S. P. ca. 26.*

h *Ita vt fuerit huius. iudicium ab Eccl. receptū.*

i *Habetur cap. licet extra, de electione,*

autem eſt, cui nulla maior, aut æqualis. Denique Later. vltim. *k* ſub Leone 10. expreſsè docuit Papam eſſe ſupra Concilium. *k Seſſ. 11.*

Ad hoc reſponderi poteſt nihil, niſi hoc concil. non fuiſſe generale, vel non receptum ab Eccleſia, vel id non definiuiſſe tanquam de fide. Primum vix dici poteſt: etſi enim pauci adfuerint Epiſcopi, tamen omnes vocati fuerant, & omnibus Concilium patebat, & in eo indubitatus Papa præſidebat. Neque ſecundum, quia decreta Conciliorum, maximè de fide, non egent populi approbatione. De tertio dubitari poteſt, propterea qui contrarium ſentiunt, excuſantur quidem ab hæreſi non à temeritate.

Quartò, ex Pontificibus *l* Leone, Gelaſ. 1. *m Cuncta per mundum nouit Ecclesia, quod ſacroſancta Romana ſedes, fas de omnibus habeat iudicandi, nec cuiquam liceat, de eius iudicare iudicio.* Nicol. 1. *n Patet profectò ſedis Apoſtolicæ, cuius authoritate maior non eſt, iudicium à nemine fore retractandum.* Gregor. 9. epiſt. 39. *o* Paſchali. *Aiunt in concilio ſtatutum non inueniri, quaſi Romanæ Eccleſiæ legem concilia vlla præfixerint: cum omnia concilia per Romanæ Eccleſiæ authoritatem, & facta ſint, & robur acceperint, & in eorum ſtatutis, Rom. Pontificis, patenter excipiatur. authoritas.* Innoc. 1. ſerm. 2. de conſecrat. Pontificis, Bonifac. 8. *p Si deuiat terrena poteſtas, iudicabitur à poteſtate ſpirituali, ſi deuiat ſpiritualis, minor à maiori: ſi verò ſuprema, à Deo ſolo non ab homine poterit iudicari.*

l Ep. 84.
m Ep. ad Epiſcopos Dardaniæ.
n Ep. ad Mich.
o Vt habetur cap. ſignificaſti extr. de electione.
p In extrauag. vnam ſanctam titulo de maior. & obedientia.

Quintò, ex appellationibus, Gelaſ. epiſt. ad Epiſcopos Dardaniæ, *Ad ſedem Apoſtolicam de qualibet mundi parte appellandum eſt: ab illa autem nemo eſt appellare permiſſus.* Et ſubdit ſæpè Romanos Pontifices ſoluiſſe eos, quos iniquè concilia ligauerant, vt Athanaſ. Flauianum, Theodoretum, Chryſoſtom. vide ſupr. *q* *q 2. De S. Pont. cap. 21.*

Sextò, ex approbatione & reprobatione Concilior. quæcũque *r* enim fuêre à Papa probata, ſemper venerata eſt Eccleſia, quæcumque reprobata, nullam habuerunt vim. *r Ita Gelaſ. ſup.*

Quarta Propositio.

CAP. XVIII.



Summus Pontifex non potest committere, neque Concilio, neque vlli homini supra se iudiciũ, coactiuũ sed tantùm discretiuum.

In iudicio perfecto duo reperiuntur, primò potestas discutiendi causam, ac discernendi, iudicandi, quid agendum sit, secundò, potestas cogendi eum qui cecidit causa, ad obtemperandũ sententiæ latæ. Prius in arbitris. Vtrumque in iudice propriè dicto inuenitur, qualis est princeps. Dicimus ergo posse quidem Papam supra se constituere veluti arbitros, vt patet in *a* Sixto & Leone 3. Symmacho, & Leone 4. Tamen non posse cogi acquiescere sententiæ latæ. Probatur.

a Can. Mandastis, & can. Auditum 2. q. 5. & Concil. 4. sub Symmacho.

Primò, quia potestas Papæ super omnes, est de iure diuino. At in eo Papa dispensare non potest. Secundò, nequit inferior alicui committere iudicium superiori reseruatum. Nec enim Episcopus committet suo pænitentiario, vt absoluat in casibus reseruatis Papæ. At iudicium in causa Pontificis est reseruatum Deo. Tertiò, aliàs sequeretur Papam esse superiorem, & non esse, respectu eiusdem; esse, quia cum suam causam alicuius iudicio committit, non desinit esse Papa, & proinde semper superior est; non esse, quia cogi potest, quod est inferioris.

Soluuntur argumenta.

CAP. XIX.

Primum, Marcellinus Papa, fuit condemnatus in concil. Sinuessano. Resp. 1. fuisse accusatum de infidelitatis actu, quo in casu potest concilium discutere causam Pontificis, & si reuera inueniatur infidelis, declarare eum extra Ecclesiam, & sic damnare. 2. Episcopos damnasse quidem Marcell. sed postquam seipsum damnasset.

Secundò, *a* Epistolam Leonis ad Chalcedonense multi Episcopi *b* examinarunt. Respond. Leonem non misisse hanc epistolam vt continentem vltimam & definitiuam sententiam, sed tantum instructionem.

Tertiò, *c si peccauerit in te frater tuus* (ait Christus Petro) *Dic Ecclesiæ*. Papa autem est etiam frater Hæc enim dicta sunt Petro. Ergo potest ad tribunal Ecclesiæ vocari, & ibi iudicari.

Ad maiorem, per Ecclesiam, vel intelligi Episcopum, iuxta *d* Chrysostom. vel certè fidelium cætum, cum suo capite. Quare in quocumque Episcopatu, deferendi sunt peccatores ad Ecclesiam, & Episcopum eius loci si is peccet, deferendus ad Archiepiscopum, vel Patriarcham: si Patriarcha, ad concilium vel Papam; sed si papa, soli iudicio Dei reseruandus erit. Ad minorem negatur ad probat. hæc dicta fuisse Petro, vt priuato homini, nondum enim erat Pontifex summus.

Quartò Papa est membrum Ecclesiæ. Ergo primo, est minor suo toto, quod est Ecclesia, secundo, quia potentia agendi principalius est in toto, quam in partibus,

a Hic prætermittitur argumentum de Ceciliano solutum lib. 2. de summo Pontif. cap. 22. &c. ad 5. Argu. Hic solùm obseruandum, cum ait Aug. ep. 162. post iudicium Papæ restare iudicium concilij generalis, non conferre Papam sine Concilio, cũ concilio sine Papa, vt nos nunc facimus: sed cõcil. plenarium cui præsit Papa, cum Concil. particulari, cui etiam præsit, Rursus non agere Aug. de qualibet quæstione, sed tantum de quæst. facti Prætermittitur etiam aliud de Liberio à sede expulso ab Ariano imper. Const. & Syrmien. concil. hoc enim est futile non enim iure, sed vi tunc actum fuit. b *Teste Euagrio 2. cap. 18. & ipse Leo ep. 63.* c. *Matth. 18. v. 15.* d *In hunc locum, & Innoc. 3. cap. Nouit. extra de Iudiciis.*

quæ sunt instrumenta totius: cum Ecclesia, etiam incluso Papa, sit quoddam totum, & Papa pars, principalius conueniet Ecclesiæ summa potestas, quam Papæ. 3. poterit amputari Papa, si inficiat corpus.

Ad primum, consequentiam, vel accipitur Ecclesia sine Papa, vel cum Papa: si prius, non est totum Ecclesia, sed pars maior capite, magnitudine molis, minor perfectione virtutis: si posterius, tunc maior quidem est authoritas Ecclesiæ extensiuè, quam Papæ solius: intensiue autem æqualis.

Ad 2. in corporibus equidem naturalibus, quia virtus procedit ab essentia ad potentias, ideò dici principalius totum agere, quam vlla pars, aut potentia agat. At in Ecclesia, quia virtus procedit ab extrinseco: Papa enim non habet ab Ecclesia, sed à Deo potestatem) ideò principale agens non est Ecclesia, sed Deus [& suo modo Papa] Dici etiam potest principale agens esse suppositum, corporis autem Ecclesiæ suppositum est Christus, & hoc modo Papam esse instrumentum corporis Ecclesiæ, & quid minus toto, quod & ipsum Christum includit. Ad. 3. in corpore naturali & rebuspublic. humanis posse abscindi membra inficientia corpus, quia ab ipso corpore pendent, & vim habent. At non est eadem ratio, in corpore Ecclesiæ, cuius caput non à corpore, sed à Deo vim habet: sicut non licet familiæ deponere Oeconomum, etiam pessimum, quia à domino suo constitutus est, ergo dices, si Papa destruet Ecclesiam illa remanebit sine remedio?

Resp. 1. posse moneri, & modestè corripi, & si vi inuadat, armis resistere. 2. etsi remaneat sine remedio humano, non tamen diuino. Quare debet Ecclesia, rogare Deum, vt ipse remedium ferat, qui sanè de remedio sufficienti prouidebit.

e Ad vim vi repellendam nulla requiritur authoritas.

Quintò, Concil. Constantiense sess. 4. definiuit Concilium generale habere à Christo immediatam authoritatem, cui omnes obedire tenentur, etiamsi Papalis dignitas existat. Hoc autem decretum legitimum esse probatur, primò quia si hoc Concilium non est approbatum, ergo perperam deposuit Ioannem

23. Greg. 12. Benedict. 13. & Elegit Martinum V. cui postea omnes Pontifices successerunt. Secũdò quia Martinus V. confirmauit omnia decreta huius Concilij, circa fidem.

Resp. 1. non definiuisse absolutè concilia generalia habere a Christo potestatem supra Pontifices, sed tantùm tempore schismatis, quando nescitur quis sit verus Papa. Nam dubius Papa habetur pro non Papa, & proinde habere super illum potestatem, non est habere potestatem in Papam.

Secundò, Concil. Constantiense non fuisse generale cum hoc definiuit: aderat enim tantum tertia pars Ecclesiæ, id est, qui obediebant Ioanni. 23.

Ad 1. probationem 1. Etsi concil. siue Papa nequeat definire noua dogmata fidei, posse tamen iudicare tempore schismatis quis sit verus Papá, & prouidere Ecclesiæ de pastore vero. Quare non sequitur si errauit in condendo huiusmodi decreto, errasse in deponendo hos Pontifices, & eligendo Martinum V. Ioannem & Gregorium sponte renũciasse Papatui: Benedictus non cessit equidem, sed post eius obitum Clemens 8. successor eius cessit Martino. V.

Ad 2. Martinum V. solùm confirmasse decreta fidei concilialiter facta, id est, re diligẽter examinata. Constat autem hoc decretum sine vllo examine factum.

Vltimò, Basileense Concil. sess. 2. & 33. definiuit fide catholica credendum Concil. esse supra Papam. Fuit autem hoc concilium indictum a *f* Martino V. declaratum ab Eugenio 4. *g* & legitimè continuatum a sua inchoatione, ac confirmatum a Nicolao V.

f Vt habetur sess. 1.

g Vt constat ex sess. 16.

Resp. fuisse quidem legitimè inchoatum. sed illegitimè terminatum, ac quo tempore Eugenium 4. conatus est deponere: elegitque Fœlicem, *h* conciliabulum schismaticum fuisse. Primò quia non aderat amplius legatus Pontificis, & præcipui Episcopi omnes discesserant: introductique sunt pro Episcopis quamplurimi in Synodum presbyteri.

h Ita vocatur a Concil. later. vl. sess. 11.

Secundo, eodem tempore agebatur Florentię Concil. alterum, in quo præsidebat summus Ponti. & cum eo sedebant Episcopi Latini, & Græci sine comparatione

plures, quam Basileæ, aderat etiam Imperator Græcus, & legatus Imperatoris Latini: illud autem decretũ sess. 35. conditum fuit post discessum legati: sess. autem 2. ad fuit quidem legatus, & consensum præbuit, verum sine instructione Papæ: & illud reprobauit decretum i Eugen. 4. & Leo 10. k Porrò falsum est Nicol. V. confirmasse huiusmodi Concilium, nisi in quibusdam constitutionibus circa beneficia, & censuras.

i *Vt patet ex Concil. Basileensi sess. 38.*

k *In Concil. Lateran. supra.*



LIBER TERTIVS DE ECCLESIA MILITANTE.

De Nomine Ecclesiæ.

Cap. I.



CRIPSERVNT de Ecclesia, ex antiquis *a* Aug. *b* Cyprian. *c* Optat. Ex recentioribus, *d* Vvaldensis, *e* Turrecremata, *f* Driedo, *g* Pighius, *h* Hosius, *i* Petrus a Soto, Ioannes a k Dauentria, *l* Cochlæus, *m* Ekius, *n* Alphonsus a Castro, *o* Canus, Ioannes *p* Antonius Delphinus, *q* Ioannes a Louanio, & omnes qui symbolum fidei explicarunt, *r* Turrianus & *s* Gregor. a Valentia.

Ecclesia verò, Dicitur ab ἐκκαλῶ, id est, Euoco. Itaque Ecclesia Christ. erit euocatio, siue cætus vocatorum. quia nemo ad hunc se adiungit suo proprio instinctu, sed omnes quotquot veniunt, a Dei vocatione præueniuntur.

Sunt autem tria, circa hoc nomen obseruanda. Primò cum aliquo adiũcto posse in bonam, & in malam sumi partẽ. Dicitur enim Ecclesia *t* malignantiũ, & Ecclesia *u* Sanctorum absolutè tamen positum, non intelligitur,

a *Libro de vnit. Ecclesiæ.*
b *lib. eius. tituli.*
c *libris 6. cõtra Parmenianum.*
d *t.1.l.2. doctrina fidei 9.10. & capitib.*
e *Summa de Ecclesia.*
f *4. de dogmat. Ecclesiast.*
g *Cõtrouersia. 3.*
h *In explicatio. Symboli & li.5. contra Prolegomena Brenty.*
i *1. parte defensionis suæ contra Brentium.*
k *In confutatione 7. art. confess. Augustanæ.*
l *Philippica. 4.*
m *Initio Enchiridij.*
n *6. contra hæreses.*
o *4. de locis.*
p *libris 3. de Ecclesia.*
q *In explic. symb.*
r *lib. 2. de Eccl. & ordin. minist.*
s *In sua Analysi parte 6.*
t *Psal. 25. v. 5.*
u *Psal. 88. v. 6.*

x v.32. & 40. nisi de Ecclesia Christi, excepto *x* Actor. 19. Secundò, etsi quoad essentiam eadem sit Ecclesia veteris, & noui Testamenti, propriè tamen illa dicitur *Synagoga*, i. congregatio, hæc *Ecclesia*. Congregare namque commune est hominibus cum bestiis. At euocari est proprie hominum tantùm. Tertiò, quemad. ciuitas nunc significat

y vt Ro.16.v.26. cætum hominum, nunc locum, in quo ille habitat cæ-
z Vt Iudith.6. v.20. tus. Sic Eccl. nunc significare *y* fidelium cætum, quo in sensu intendimus nunc de illa tractare, nunc *z* locum in quo congregantur fideles.

De definitione Ecclesiæ.

Cap. II.

a *Apud Vvald. l.2.t.2.c.8.& 9. Ioan. Huss. ar.1. 2.3.5.6. damnat. in Conc. Const.*

b *Apud August. lib. de hæresib. cap.88.*

PRIMA definitio, est *a* Vvicleff, *Ecclesia est prædestinatorum congregatio* Secunda, *Ecclesia est hominum perfectorum nullum peccatum habentium multitudo*, *b* ita Pelagiani.

Tertia *c* Nouatianorum, & *d* Donatistarum, *Eccl. est congregatio eorum qui numquam lapsi sunt circa fidem*. Differt a superiori, quod hæc excludat tantum insignes peccatores, illa omnes.

c *Apud Cy.4.e.2*
d *Apud August. sup. ca.69.*
e *Art.7. Conf.*
f *Augusta. ita Luthe. ass. ar.32.*
Melanc. in locis cap. de discrimine peccati mortalis, & venialis quos sequuntur Confession.
g *Confess. Aug. art.6.& 20.*

Quarta *e* Cõfessionistarum, *Est sanctorum congregatio, qui verè credunt, & obediunt Deo.* Et hanc veram atque inuisibilem Ecclesiam dicunt. Alteram verò externam constituunt, quæ nomine tantùm sit Ecclesia, nimirum congregationem hominum conuenientium in doctrina fidei, & vsu sacramentorum.

Sed cum iuxta *f* eos omnia peccata quantumuis leuia sint mortalia, & proinde hominem iniustum faciãt: soli autem iusti sint partes Ecclesię, sequitur Confessionistas velle cum Pelagianis solos omni peccato carentes esse de Ecclesia. Rursus, cum *g* velint omnia opera hominis etiam iustificati esse quidem peccata mortalia, tamen habentibus fidem non imputari, videntur non excludere ab Ecclesia nisi peccatores insignes, scilicet infideles, qui est Donatistarum error.

Quinta Caluini, qui duplicem Ecclesiam, vt Confes-

ſioniſtæ conſtituit: docetque *h* veram, eſſe cōgregationem ex ſolis iuſtis & prædeſtinatis: ſcilicet iis qui fidē habuerant ſemel, quam numquam poſſe amitti, ac conſtituere neceſſario homines de numero prædeſtinatorum, *i* ait.

h 4. *inſtit.* 1. §. 2.

i *Inſtit.* 3. c. 2. §. 8. 9. 10. 11.

Sexta, *k* vnam tantùm, eamq; veram Eccleſiam agnoſcit, *cœtum* ſcilicet, *hominum eiuſdem Chriſtianæ fidei profeſſione, & eorundem Sacramentorum communione colligatum, ſub regimine legitimorum paſtorum, ac præcipuè vnius Chriſti in terris Vicarij Romani Pontificis.* Hæc enim requirūtur vt minimum, quatenus aliquis ſit de Eccleſia. Eſt namque (ſicut *l* Auguſt. obſeruat) corpus viuum, in quo eſt anima, & corpus: anima ſunt internæ virtutes fides, ſpes, charitas, &c. Corpus externa fidei profeſſio, & communicatio ſacramentor. &c. vnde quidem ſunt de anima & corpore, ac proinde vniti Chriſto capiti interiùs exteriúſque, vt membra viua, quamuis inter iſtos aliqui magis, aliqui minus, aliqui etiam ſolùm vitæ initium habentes, quaſi ſenſum, ſed non motum, vt qui ſolam fidem habent. Alij de anima, & non de corpore, videlicet cathecumeni, & excommunicati ſi fidem habeant, & Charitatem. Alij denique de corpore & non de anima, qui nullam habent, ſcilicet, virtutem internam ſed tantum exterius communicant nobiſcum, in iiſdem Sacramen. ſub regimine &c. Quare noſtra definitione excluduntur Primo ab Eccleſia

k *Quæ catholica noſtra eſt.*

l *In breuiculo collationis col.* 3.

Non Baptizati.

CAP. III.



a 1.Corin.5 v.2. Τί γάρ μοι ϗ τὺς ἔξω κρίνειν.

b v. 41. & 42.

PRobatur Primo, ex Apostolo, a *Quid enim mihi est* (inquit) *de his qui foris sunt iudicare.* vbi generaliter extra Ecclesiam ponit, qui non receperunt baptismum. [est enim ingressus in Ecclesiam].

Secundò, act. 2. b dicuntur tantum illi appositi scilicet ad Ecclesiam, qui receperant baptisma.

c *In instruct. Armenor.*

Tertiò, Concilium c Florentinum docet homines fieri membra Christi, ac de corpore Ecclesiæ, tunc cum baptizantur: Ergo non ante.

Obiicies, Cathecumeni non sunt baptizati, Et tamen sunt de Ecclesia.

d Vna est vniuersalis Eccl. extra quā nullus omnino saluatur.

e *de obitu Valet.*

Primò, quia extra Ecclesiam non est salus, capi. 1. Concil. d Lateran. sicut extra arcam nemo saluari poterat. At Catechumeni sunt fideles, & saluari possunt, ante baptismum si moriantur. vt Ambrof. e affirmat.

Secundò, quia August. tract. 4. in Ioannem, Catechumenos ait in Ecclesia esse.

Respond. Catechumenos esse quidem in potentia, de Ecclesia vt homo conceptus, sed nondum formatus & natus, dicitur in potentia homo: actu tamen, & propriè, in Ecclesia non esse.

Primò, argumentis supra factis, includunt enim omnes non baptizatos.

f *in sanctum lauacrum.*

g *hom. 24 in Io.*

h *libro de præscriptionibus.*

Secundò, ex PP. Nazianzenus f ait, Catechumenum esse in vestibulo pietatis, nec adhuc posse vocari fidelem, nisi intus ingrediatur per baptismum. Chrysost. g Catech esse alienum à fideli, & nihil habere commune cum eo, non ciuitatem, non mensam, Tertull. h reprehendit in hæreticis, quod non distinguant Catechume-

nos à fidelibus. Cyril. *i* Catechumenos esse apud Christianos, quod incirconcisi inter Iudæos erant. *i 12. in Ioan. 50.*

Ad 1. probat, neminem extra Ecclesiam re, & voto posse saluari: At Catechumeni, etsi re non sint, sunt tamen in voto. sicut de baptismo communiter *k* loquuntur Theologi. Nec refert quod extra arcam nullus saluari posset, etiam in voto. Nam exempla non in omnibus necesse est quadrare, vnde comparatur quoque Arca Baptismo, & tamen Baptismate in voto saluari potest homo. *k nimirum saluari homine per baptismū in voto, si nō sit facultas baptismi realis ante mortem. qui autem neq; re ne voto baptismum habet damnari.*

Ad 2. Ibi etiam August. separare Catechumenos à fidelibus voluit, ergo tantùm dicere, Catechumenos esse potentia in Ecclesia, vt explicat ipse libr. 2. de Symbolo Excluduntur secundò,

Hæretici & Apostatæ.

CAP. IV.



PRimò, Apost. 1. *a* ad Timoth. 1. per metaphoram naufragij, docet hæreticos fracta vna parte nauis Ecclesiæ, ex ea in mare decidisse.

Secundò, debet pastor curare, & nō vitare eos qui ad suum pertinent gregem. At Paulus Titum Episcopum iubet, b *Hæreticum hominem post vnam, & alteram correptionem deuitare.*

Tertiò, *Ex nobis exierunt* (inquit *c* Ioan) *sed non erant ex nobis*: id est, ex nobis exierunt, quia erant nobiscum in eadem Ecclesia, sed non erant ex nobis, secundum diuinam electionem.

Quartò, Concil. Nicænum *d* ait, hæreticos posse in Ecclesiam recipi, si redire velint. Ergo extra erant.

Quintò, Ecclesia est fidelium congregatio cap. *e* *Firmiter* de summa Trinit. At hæretici nullo modo sunt fideles [id est neque fide interna, neque externa, videlicet professione fidei Catholicæ]

Sextò, Polycarpus apud Irenæum *f* multos se hæreti-

a v. 19. Quā bonam conscientiā quidam repellentes circa fidem naufragauerunt. ἥν τινες ἀπωσάμενοι περὶ τὴν πίστιν ἐναυάγησαν.

b 3. v. 10. αἱρετικὸν ἄνθρωπον μετὰ μίαν καὶ δευτέραν νουθεσίαν παραιτοῦ deuita.

c 1 Ioan. 2. ver. 19. ἐξ ἡμῶν ἐξῆλθον, ἀλλ' οὐκ ἦσαν ἐξ ἡμῶν.

d *cap. 8. & 19.*

e *ex Cōc. Later.*

f 3. cap. 3.

Tertia Propositio.

CAP. XVII.



Summus Pontifex absolutè est supra Ecclesiam, & Concilium, ita vt in terris, supra se nullum iudicium agnoscat.

Primò, quia est in quo residet summa potestas, caput, & pastor Ecclesiæ totius, & Concilii, vt patet ex dictis.

Secundò, quia nomina Christi quibus constat esse supra Ecclesiam, tribuuntur Papæ. Dicitur Christus Pater familias in domo sua, idest, Ecclesia. Papa verò, in eadem est summus Oeconomus. Luc. 12. *a Quis est fidelis dispensator, & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam.* Per dispensatorem intelligunt PP. *b* Episcopum: & quamuis non exprimant Roman. tamen sensus huius loci est, sicut Episcopi particulares sunt Oeconomi summi in suis Ecclesiis, ita esse Romanum in Ecclesia vniuersa. Item *c* Pastor, caput *d* Ecclesiæ, vir *e* siue sponsus, de quibus *f* vide supra. At non est seruorum, etiam omnium simul, iudicare Oeconomum, sed solius domini domus, neque membrorum regere caput, aut vxoris præesse.

Tertiò, ex Conciliis ipsis *g* Sinuessano. Romano 5 sub Symmacho, octaua Synodo, 7. act. qua legimus Papam de omnium Ecclesiarum præsulibus iudicasse, de eo verò neminem vnquam iudicasse, scilicet *h* legitimè. Lateranensi 3. *i In Romana (inquit) Ecclesia aliquid specialiter constituitur, quia non poterit, ad superiorem haberi recursus.* Idest si eligatur malus Episcopus, poterit quidem corrigi per Papam: at si eligatur malus Papa, nullum esse remedium: quia superiorem non habet. Item in concilio Constantiensi edita est Bulla Martini V. approbante Concilio, in qua iubentur. suspecti de hæresi interrogari, an non credant Romanum Pontificem habere in Ecclesia Dei supremam potestatem. Suprema

a *V. 42.* Τίς ἄρα ἐστὶν ὁ πιστὸς οἰκονόμος, ϗ φρόνιμος ὃν καταστήσει ὁ κύριος ἐπὶ τῆς θεραπείας αὐτοῦ.
b *Ambr. in hũc locum, Hilar. & Hier. in 24. Math. Chrysost. verò 2. de Sacer. id exponit de Petro.*
c *Joan. 10. v. 11.*
d *Ephes. 4. v. 15.*
e *Ephe. 5 v. 25.*
f *2. De S. Po. ca. ultimo.*
g *Vide sup. lib. 2. de S. P. ca. 26.*
h *Ita vt fuerit huius. iudicium ab Eccl. receptũ.*
i *Habetur cap. licet extra, de electione,*

autem est, cui nulla maior, aut æqualis. Denique Later. vltim. k sub Leone 10. expressè docuit Papam esse supra Concilium. k Sess. 11.

Ad hoc responderi potest nihil, nisi hoc concil. non fuisse generale, vel non receptum ab Ecclesia, vel id non definiuisse tanquam de fide. Primum vix dici potest: etsi enim pauci adfuerint Episcopi, tamen omnes vocati fuerant, & omnibus Concilium patebat, & in eo indubitatus Papa præsidebat. Neque secundum, quia decreta Conciliorum, maximè de fide, non egent populi approbatione. De tertio dubitari potest, propterea qui contrarium sentiunt, excusantur quidem ab hæresi non à temeritate.

Quartò, ex Pontificibus l Leone, Gelas. 1. m *Cuncta per mundum nouit Ecclesia, quod sacrosancta Romana sedes, fas de omnibus habeat iudicandi, nec cuiquam liceat, de eius iudicare iudicio.* Nicol. 1. n *Patet profectò sedis Apostolicæ, cuius authoritate maior non est, iudicium à nemine fore retractandum.* Gregor. 9. epist. 39. o Paschali. *Aiunt in concilio statutum non inueniri, quasi Romanæ Ecclesiæ legem concilia vlla præfixerint: cum omnia concilia per Romanæ Ecclesiæ authoritatem, & facta sint, & robur acceperint, & in eorum statutis, Rom. Pontificis, patenter excipiatur. authoritas.* Innoc. 1. serm. 2. de consecrat. Pontificis, Bonifac. 8. p *Si deuiat terrena potestas, iudicabitur à potestate spirituali, si deuiat spiritualis, minor à maiori: si verò suprema, à Deo solo non ab homine poterit iudicari.* l Ep. 84. m Ep. ad Episcopos Dardaniæ. n Ep. ad Mich. o Vt habetur cap. significasti extr. de electione. p In extrauag. vnam sanctam titulo de maior. & obedientia.

Quintò, ex appellationibus, Gelas. epist. ad Episcopos Dardaniæ, *Ad sedem Apostolicam de qualibet mundi parte appellandum est: ab illa autem nemo est appellare permissus.* Et subdit sæpè Romanos Pontifices soluisse eos, quos iniquè concilia ligauerant, vt Athanas. Flauianum, Theodoretum, Chrysostom. vide supr. q q 2. De S. Pont. cap. 21.

Sextò, ex approbatione & reprobatione Concilior. quæcũque r enim fuère à Papa probata, semper venerata est Ecclesia, quæcumque reprobata, nullam habuerunt vim. r Ita Gelas. sup.

Quarta Propositio.

CAP. XVIII.



Ummus Pontifex non potest committere, neque Concilio, neque vlli homini supra se iudiciū, coactiuū sed tantùm discretiuum.

In iudicio perfecto duo reperiuntur, primò potestas discutiendi causam, ac discernendi, iudicandi, quid agendum sit, secundò, potestas cogendi eum qui cecidit causa, ad obtemperandū sententiæ latæ. Prius in arbitris. Vtrumque in iudice propriè dicto inuenitur, qualis est princeps. Dicimus ergo posse quidem Papam supra se constituere veluti arbitros, vt patet in a Sixto & Leone 3. Symmacho, & Leone 4. Tamen non posse cogi acquiescere sententiæ latæ. Probatur.

a *Can. Mandastis, & can. Auditum 2.q.5. & Concil.4. sub Symmacho.*

Primò, quia potestas Papæ super omnes, est de iure diuino. At in eo Papa dispensare non potest. Secundò, nequit inferior alicui committere iudicium superiori reseruatum. Nec enim Episcopus committet suo pænitentiario, vt absoluat in casibus reseruatis Papæ. At iudicium in causa Pontificis est reseruatum Deo. Tertiò, aliàs sequeretur Papam esse superiorem, & non esse, respectu eiusdem: esse, quia cum suam causam alicuius iudicio committit, non desinit esse Papa, & proinde semper superior est: non esse, quia cogi potest, quod est inferioris.

Soluuntur argumenta.

CAP. XIX.

PRimum, Marcellinus Papa, fuit condemnatus in concil. Sinuessano. Resp. 1. fuisse accusatum de infidelitatis actu, quo in casu potest concilium discutere causam Pontificis, & si reuera inueniatur infidelis, declarare eum extra Ecclesiam, & sic damnare. 2. Episcopos damnasse quidem Marcell. sed postquam seipsum damnasset.

Secundò, *a* Epistolam Leonis ad Chalcedonense multi Episcopi *b* examinarunt. Respond. Leonem non misisse hanc epistolam vt continentem vltimam & definitiuam sententiam, sed tantum instructionem.

Tertiò, *c si peccauerit in te frater tuus* (ait Christus Petro) *Dic Ecclesiæ*. Papa autem est etiam frater Hæc enim dicta sunt Petro. Ergo potest ad tribunal Ecclesiæ vocari, & ibi iudicari.

Ad maiorem, per Ecclesiam, vel intelligi Episcopum, iuxta *d* Chrysostom. vel certè fidelium cætum, cum suo capite. Quare in quocumque Episcopatu, deferendi sunt peccatores ad Ecclesiam, & Episcopum eius loci si is peccet, deferendus ad Archiepiscopum, vel Patriarcham: si Patriarcha, ad concilium vel Papam; sed si papa, soli iudicio Dei reseruandus erit. Ad minorem negatur ad probat. hæc dicta fuisse Petro, vt priuato homini, nondum enim erat Pontifex summus.

Quartò Papa est membrum Ecclesiæ. Ergo primo, est minor suo toto, quod est Ecclesia, secundo, quia potentia agendi principalius est in toto, quam in partibus,

a *Hic prætermittitur argumentum de Cæciliano solutum lib. 2. de summo Pontif. cap. 22. &c. ad 5. Argu. Hic solùm obseruandum, cum ait Aug. ep. 162. post iudicium Papæ restare iudicium concilij generalis, non conferre Papam sine Concilio, cũ concilio sine Papa, vt nos nunc facimus: sed cõcil. plenarium cui præsit Papa, cum Concil. particulari, cui etiam præsit, Rursus non agere Aug. de qualibet quæstione, sed tantum de quæst facti Prætermittitur etiam aliud de Liberio à sede expulso ab Ariano imp. r. Const. & Syrmien. concil. hoc enim est futile non enim iure, sed vi tunc actum fuit.* b *Teste Euagrio 2. cap. 18. & ipse Leo ep. 63.* c *Matth. 18. v. 15.* d *In hunc locum, & Innoc. 3. cap. Nouit. extra de Iudiciis.*

23. Greg. 12. Benedict. 13. & Elegit Martinum V. cui postea omnes Pontifices successerunt. Secūdò quia Martinus V. confirmauit omnia decreta huius Concilij, circa fidem.

Resp. 1. non definiuisse absolutè concilia generalia habere a Christo potestatem supra Pontifices, sed tantùm tempore schismatis, quando nescitur quis sit verus Papa. Nam dubius Papa habetur pro non Papa, & proinde habere super illum potestatem, non est habere potestatem in Papam.

Secundò, Concil. Constantiense non fuisse generale cum hoc definiuit: aderat enim tantum tertia pars Ecclesiæ, id est, qui obediebant Ioanni. 23.

Ad 1. probationem 1. Etsi concil. siue Papa nequeat definire noua dogmata fidei, posse tamen iudicare tempore schismatis quis sit verus Papá, & prouidere Ecclesiæ de pastore vero. Quare non sequitur si errauit in condendo huiusmodi decreto, errasse in deponendo hos Pontifices, & eligendo Martinum V. Ioannem & Gregorium sponte renūciasse Papatui: Benedictus non cessit equidem, sed post eius obitum Clemens 8. successor eius cessit Martino. V.

Ad 2. Martinum V. solùm confirmasse decreta fidei concilialiter facta, id est, re diligēter examinata. Constat autem hoc decretum sine vllo examine factum.

Vltimò, Basileense Concil. sess. 2. & 33. definiuit fide catholica credendum Concil. esse supra Papam. Fuit autem hoc concilium indictum a *f* Martino V. declaratum ab Eugenio 4. *g* & legitimè continuatum a sua inchoatione, ac confirmatum a Nicolao V.

f Vt habetur sess. 1.

g Vt constat ex sess. 16.

Resp. fuisse quidem legitimè inchoatum. sed illegitimè terminatum, ac quo tempore Eugenium 4. conatus est deponere: elegitque Fœlicem, *h* conciliabulum schismaticum fuisse. Primò quia non aderat amplius legatus Pontificis, & præcipui Episcopi omnes discesserant: introductique sunt pro Episcopis quamplurimi in Synodum presbyteri.

h Ita vocatur a Concil. later. v. l. sess. 11.

Secundo, eodem tempore agebatur Florentię Concil. alterum, in quo præsidebat summus Ponti. & cum eo sedebant Episcopi Latini, & Græci sine comparatione

plures, quam Basileæ, aderat etiam Imperator Græcus, & legatus Imperatoris Latini: illud autem decretũ sess. 33. conditum fuit post discessum legati: sess. autem 2. ad fuit quidem legatus, & consensum præbuit, verum sine instructione Papæ: & illud reprobauit decretum i Eugen. 4. & Leo 10. k Porrò falsum est Nicol. V. confirmasse huiusmodi Concilium, nisi in quibusdam constitutionibus circa beneficia, & censuras.

i Vt patet ex Concil. Basileensi sess. 38.

k In Concil. Lateran. supra.



LIBER TERTIVS DE ECCLESIA MILITANTE.

De Nomine Ecclesiæ.

Cap. I.



SCRIPSERVNT de Ecclesia, ex antiquis *a* Aug. *b* Cyprian. *c* Optat. Ex recentioribus, *d* Vvaldensis, *e* Turrecremata, *f* Driedo, *g* Pighius, *h* Hosius, *i* Petrus a Soto, Ioannes a k Dauentria, *l* Cochlæus, *m* Ekius, *n* Alphonsus a Castro, *o* Canus, Ioannes *p* Antonius Delphinus, *q* Ioannes a Louanio, & omnes qui symbolum fidei explicarunt, *r* Turrianus & *ſ* Gregor. a Valentia.

Ecclesia verò, Dicitur ab ἐκκαλῶ, id est, Euoco. Itaque Ecclesia Christ. erit euocatio, siue cætus vocatorum. quia nemo ad hunc se adiungit suo proprio instinctu, sed omnes quotquot veniunt, a Dei vocatione præueniuntur.

Sunt autem tria, circa hoc nomen obseruanda. Primò cum aliquo adiũcto posse in bonam, & in malam sumi partẽ. Dicitur enim Ecclesia *t* malignantiũ, & Ecclesia *u* Sanctorum absolutè tamen positum, non intelligitur,

a *Libro de vnit. Ecclesiæ.*
b *lib. eiusd. tituli.*
c *libris 6. cõtra Parmenianum.*
d *t.1.l.2. doctrina fidei 9.10. & capitib.*
e *Summa de Ecclesia.*
f *4. de dogmat. Ecclesiast.*
g *Cõtrouersia 3.*
h *In explicatio. Symboli & li.5. contra Prolegomena Brenty.*
i *1. parte defensionis suæ contra Brentium.*
k *In confutatione 7. art. confess. Augustanæ.*
l *Philippica.4.*
m *Initio Enchiridij.*
n *6. contra hæreses.*
o *4. de locis.*
p *libris 3. de Ecclesia.*
q *In explic. symb.*
r *lib. 2. de Eccl. & ordin. minist.*
ſ *In sua Analysi parte 6.*
t *Psal. 25. v. 5.*
u *Psal. 88. v. 6.*

x v.32. & 40. nisi de Ecclesia Christi, excepto x Actor. 19. Secundò, etsi quoad essentiam eadem sit Ecclesia veteris, & noui Testamenti, propriè tamen illa dicitur *Synagoga*, i. congregatio, hæc *Ecclesia*. Congregare namque commune est hominibus cum bestiis. At euocari est proprie hominum tantùm. Tertiò, quemad. ciuitas nunc significat y vt Ro. 16. v. 26. cœtum hominum, nunc locum, in quo ille habitat cœ- z Vt Judith. 6. v. 20. tus. Sic Eccl. nunc significare y fidelium cœtum, quo in sensu intendimus nunc de illa tractare, nunc z locum in quo congregantur fideles.

De definitione Ecclesiæ.

Cap. II.

a Apud Vuald. lib. t. 2. c. 8. & 9. Ioan. Huss. ar. 1. 2. 3. 5. 6. damnat. in Conc. Const.

PRIMA definitio, est a Vvicleff, *Ecclesia est prædestinatorum congregatio* Secunda, *Ecclesia est hominum perfectorum nullum peccatum habentium multitudo*, b ita Pelagiani.

b Apud August. lib. de hæresib. cap. 88.

Tertia c Nouatianorum, & d Donatistarum, *Eccl. est congregatio eorum qui numquam lapsi sunt circa fidem.* Differt a superiori, quod hæc excludat tantum insignes peccatores, illa omnes.

c Apud. Cy. 4. e. 2. d Apud August. sup. ca. 69. e Art. 7. Conf. f Augusta. ita Luthe. ass. ar. 32. Melanc. in locis cap. de discrimine peccati mortalis, & venialis quos sequütur Confession. g Confess. Aug. art. 6. & 20.

Quarta e Cõfessionistarum, *Est sanctorum congregatio, qui verè credunt, & obediunt Deo.* Et hanc veram atque inuisibilem Ecclesiam dicunt. Alteram verò externam constituunt, quæ nomine tantùm sit Ecclesia, nimirum congregationem hominum conuenientium in doctrina fidei, & vsu sacramentorum.

Sed cum iuxta f eos omnia peccata quantumuis leuia sint mortalia, & proinde hominem iniustum faciãt: soli autem iusti sint partes Ecclesię, sequitur Confessionistas velle cum Pelagianis solos omni peccato carentes esse de Ecclesia. Rursus, cum g velint omnia opera hominis etiam iustificati esse quidem peccata mortalia, tamen habentibus fidem non imputari, videntur non excludere ab Ecclesia nisi peccatores insignes, scilicet infideles, qui est Donatistarum error.

Quinta Caluini, qui duplicem Ecclesiam, vt Confes-

sionistæ constituit: docetque *h* veram, esse cōgregationem ex solis iustis & prædestinatis: scilicet iis qui fidē habuerant semel, quam numquam posse amitti, ac constituere necessario homines de numero prædestinatorum, *i* ait.

h 4. *instit.* 1. §. 2.

i *Instit.* 3. c. 2. §. 8. 9. 10. 11.

Sexta, *k* vnam tantùm, eamq; veram Ecclesiam agnoscit, *cætum* scilicet, *hominum eiusdem Christianæ fidei professione, & eorundem Sacramentorum communione colligatum, sub regimine legitimorum pastorum, ac præcipuè vnius Christi in terris Vicarij Romani Pontificis.* Hæc enim requirūtur vt minimum, quatenus aliquis sit de Ecclesia. Est namque (sicut *l* August. obseruat) corpus viuum, in quo est anima, & corpus: anima sunt internæ virtutes fides, spes, charitas, &c. Corpus externa fidei professio, & communicatio sacramentor. &c. vnde quidem sunt de anima & corpore, ac proinde vniti Christo capiti interiùs exteriúsque, vt membra viua, quamuis inter istos aliqui magis, aliqui minus, aliqui etiam solùm vitæ initium habentes, quasi sensum, sed non motum, vt qui solam fidem habent. Alij de anima, & non de corpore, videlicet cathecumeni, & excommunicati si fidem habeant, & Charitatem. Alij denique de corpore & non de anima, qui nullam habent, scilicet, virtutem internam sed tantum exterius communicant nobiscum, in iisdem Sacramen. sub regimine &c. Quare nostra definitione excluduntur Primo ab Ecclesia

k *Quæ catholica nostra est.*

l *In breuiculo collationis col.* 3.

Non Baptizati.

CAP. III.

a 1.*Corin.* 5 *v.* 2. Τί γάρ μοι ϗ τοὺς ἔξω κρίνειν.

b *v.* 41. & 42.



Robatur Primò, ex Apostolo, a *Quid enim mihi est* (inquit) *de iis qui foris sunt iudicare:* vbi generaliter extra Ecclesiam ponit, qui non receperunt baptismum. [est enim ingressus in Ecclesiam]

Secundò, act. 2. *b* dicuntur tantum illi appositi scilicet ad Ecclesiam, qui receperant baptisma.

c *In instruct. Armenor.*

Tertiò, Concilium *c* Florentinum docet homines fieri membra Christi, ac de corpore Ecclesiæ, tunc cum baptizantur: Ergo non ante.

Obiicies, Cathecumeni non sunt baptizati, Et tamen sunt de Ecclesia.

d Vna est vniuersalis Eccl. extra quã nullus omnino saluatur.

e *de obitu Valēt.*

Primò, quia extra Ecclesiam non est salus, capi. 1. Concil. *d* Lateran. sicut extra arcam nemo saluari poterat. At Catechumeni sunt fideles, & saluari possunt, ante baptismum si moriantur. vt Ambros. *e* affirmat.

Secundò, quia August. tract. 4. in Ioannem, Catechumenos ait in Ecclesia esse.

Respond. Catechumenos esse quidem in potentia, de Ecclesia vt homo conceptus, sed nondum formatus & natus, dicitur in potentia homo: actu tamen, & propriè, in Ecclesia non esse.

Primò, argumentis supra factis, includunt enim omnes non baptizatos.

f *in sanctum lauacrum.*
g *hom.* 24 *in Io.*
h *libro de præscriptionibus.*

Secundò, ex PP. Nazianzenus *f* ait, Catechumenum esse in vestibulo pietatis, nec adhuc posse vocari fidelem, nisi intus ingrediatur per baptismum. Chrysost. *g* Catech esse alienum à fideli, & nihil habere commune cum eo, non ciuitatem, non mensam, Tertull. *h* reprehendit in hæreticis. quod non distinguant Catechume-

nos à fidelibus. Cyril. *i* Catechumenos esse apud Christianos, quod incirconcisi inter Iudæos erant.

i 12. in Ioan. 50.

Ad 1. probat, neminem extra Ecclesiam re, & voto posse saluari: At Catechumeni, etsi re non sint, sunt tamen in voto. sicut de baptismo communiter *k* loquuntur Theologi. Nec refert quod extra arcam nullus saluari posset, etiam in voto. Nam exempla non in omnibus necesse est quadrare, vnde comparatur quoque Arca Baptismo, & tamen Baptismate in voto saluari potest homo.

Ad 2. Ibi etiam August. separare Catechumenos à fidelibus voluit, ergo tantùm dicere, Catechumenos esse potentia in Ecclesia, vt explicat ipse libr. 2. de Symbolo Excluduntur secundò,

k nimirum saluari homine per baptismû in voto, si nô sit facultas baptismi realis ante mortem. qui autem neq. re ne voto baptismum habet damnari:

Hæretici & Apostatæ.

CAP. IV.



Rimò, Apost. 1. *a* ad Timoth. 1. per metaphoram naufragij, docet hæreticos fracta vna parte nauis Ecclesiæ, ex ea in mare decidisse.

Secundò, debet pastor curare, & nô vitare eos qui ad suum pertinent gregem. At Paulus Titum Episcopum iubet, b *Hereticum hominem post vnam, & alteram correptionem deuitare.*

Tertiò, *Ex nobis exierunt* (inquit *c* Ioan) *sed non erant ex nobis:* id est, ex nobis exierunt, quia erant nobiscum in eadem Ecclesia, sed non erant ex nobis, secundum diuinam electionem.

Quartò, Concil. Nicænum *d* ait, hæreticos posse in Ecclesiam recipi, si redire velint. Ergo extrà erant.

Quintò, Ecclesia est fidelium congregatio cap. *e Firmiter* de summa Trinit. At hæretici nullo modo sunt fideles [id est neque fide interna, neque externa, videlicet professione fidei Catholicæ]

Sextò, Polycarpus apud Irenæum *f* multos se hæreti-

a *v. 19. Quã bonam conscientiã* quidam repellentes circa fidem naufragauerunt. [illegible]

b 3. v. 10. [illegible] deuita.

c 1 Ioan. 2. ver. 19. [illegible]

d *cap. 8. & 19.*

e ex *Côc. Later.*

f 3. cap. 3.

eos conuertisse ad Ecclesiam dicebat, Ergo extra Ecclesiam erant *g* Tertullianus accepisse Marcionem hanc conditionem, si redire vellet ad Ecclesiam, cæteros quos peruerterat, restitueret Ecclesiæ. Cyprianus *h* dicit hæreticos cum sint extra Ecclesiam, vendicare sibi Ecclesiæ authoritatem more Simiarum, quæ cum homines non sint, tamen homines videri volunt. Hieronymus *i* loquens de hæreticis, *scito*, inquit, *non Ecclesiam Christi, sed Antichristi esse synagogam*. Aug. *k* interdum accidere ait, vt hæreticus foris existens, non agat contra Ecclesiam, agat Catholicus qui intus est.

Nihilominus Alphonsus à *l* Castro contendit hæreticos, etiam manifestos, esse de Ecclesia.

Primò, quia Matth. 13. in eodem agro, nimirum Ecclesia iuxta Cyprianum, *m* inueniuntur granum paleæ, zizania, id est boni Catholici, mali, & hæretici, iuxta Aug. *n* Hierony. *o* & Chrysost.

Respond. per agrum intelligi mundum vt ipsemet exposuit *p* Christus. Nomine zizanior. etsi intelliguntur hæretici: tamen fortè magis ad literam, intelligeremus quoscumque malos. Scopus enim parabolæ est, ostendere semper in mundo futuros aliquos malos, nec posse vlla humana diligentia mundum purgari, ante diem iudicii, vnde Dominus ait, zizania esse filios nequam.

Secundò, 2. *q* Timoth. 2. *In magna domo*, id est, Ecclesia iuxta Ambros. *r* Cyprian. *s* Aug. *t* *sunt vasa aurea, & argentea*, [id est, perfectiores] *& argentea, & lignea*, id est, hęretici iuxta Ambr. & August. dixerat enim Apostolus de hæreticis: *u* *quorum sermo vt cancer serpit*.

Respondeo primo Græcos Chrysost. & Theophylactum nomine, Domus, intelligere mundum. 2. Augu. 3. de Baptis. 13. explicate quomodo velit hæreticos esse in Ecclesia, scilicet vel antequam separentur per obstinationem, & ad hoc tempus respexisse Apostolum: Ita vt non tam hæretici, quam errantes dicuntur: vel propter sacramentorum administrationem quorumdam: quod est esse de Ecclesia non simpliciter, sed secundũ quid: Ambros. accepit Ecclesiam vulgari modo, vt

g libro de presc.
h epist. ad Jubaianum.
i Dialog. contra Luciferanos circa finem.
k contra Donatistas 10.
l de iusta hereticor punit. ca. 24.
m 3. epistol. 3. & Aug. 2. contra Cresconium 34.
n q. 11. in Matt.
o in hũc locum.
p v. 38. in Matth. 13.
q 2. Tim. 2. ἐν μεγάλῃ δὲ οἰκίᾳ οὐκ ἔστι μόνον σκεύη χρυσᾶ, καὶ ἀργυρᾶ, ἀλλὰ καὶ ξύλινα καὶ ὀστράκινα, καὶ ἃ μὲν εἰς τιμὴν, ἃ δὲ εἰς ἀτιμίαν. Et quædã quidẽ in honorẽ, quædã autẽ in dedecus.
r in hunc locum.
s 3. epist. 3.
t 2. de baptismo. 12.
u v 16. ὁ λόγος αὐτῶν ὡς γάγγραινα νομὴν ἕξει. pastum habebit.

complectitur quotquot Christiani dicuntur. 3. per vasa lignea, & fictilia rectius, cum Cypriano, *x* intelligi non hæreticos, sed infirmos fideles, qui seducuntur facilè. Referunturque hæc verba ad illud, *y Et subuerterunt quorundam fidem.* Vult enim Apostolus dicere, si illi quosdam subuerterunt: non tamen periculum esse ne subuertantur omnes: Nam in Ecclesia sunt fortes & debiles, &c.

Tertiò, hæreticos Ecclesia iudicare potest, At quæ foris sunt non iudicat. 1. Corinth. 15.

Respondeo, iudicare quæ reipsa intus sunt, vel debent esse vt hæretici: sicut pastor ouem errantem ad ouile, & Imperator militem desertorem ad castra cogere aut punire potest.

Quartò, hæretici retinent caracterem baptismi, & sacerdotij: Igitur sunt Christiani & sacerdotes.

Respondeo, retinere, sicut oues errantes caracterem inustum in dorso, & milites desertores signa militaria. Sed hoc non sufficit vt sint de Ecclesia, tùm quia aliàs esset in inferno *z* Ecclesia, tum quia caracter etsi signum sit vnionis cuiusdam ac potestatis, non tamen propriè intus vnit hominem cum capite Christo, cum non sit actus, aut habitus operatiuus: neque exterius, cum sit res inuisibilis. Excluduntur tertiò

x Nec refert Augustinum dicere motum authoritate Cypriani quod eum putauerit retulisse hæc verba, In magna domo *& ad illa,* Quorum sermo *&c nihil enim tale. verba Cypriani. 4. Epist. 2. (quã citat Augustin.) sonant: maximè cum in ea epist. dicat ideo Nouatianum extra Ecclesiam, quia hæreticus.*

y v. 17. καὶ ἀνατρέπουσι τὴν τινῶν πίστιν

z ibi enim remanet caracter.

Schismatici.

CAP. V.



PRimò, quia per scissionem retis Luc. 5. & egressionem piscium, intelliguntur schismata Ecclesiæ, & egressio hæreticorum & schismaticorum. Ita *a* August.

Secundò, scriptura vocat Ecclesiam, *b* *Vnum ouile*, *c* *corpus vnum*, *d* *vnam columbam, &c.* At schisma, vt patet ex *e* nomine quod erat vnum in partes diuidit.

Tertiò, Pelagius *f* Papa ex professo probat schismaticos non esse de Ecclesia. Quæ in Parasceue orat Deum, vt eos ad Ecclesiam Catholicam reuocare dignetur. *g* Et Catechismus Romanus eos separat ab Ecclesia.

Quartò, ex PP. Irenæ. *Judicabit* (inquit) *omnes eos* (id est hæreticos & schismaticos) *qui sunt extra veritatem*, id est, *extra Ecclesiam*. Cyprian. *h* 4. & 9. Chrysost. homil. 3. *i* in 1. ad Corinth. *k* Hieronym. *Inter hæresim, & schisma* (inquit) *hoc interesse arbitramur, quod hæresis peruersum dogma habeat, schisma propter Episcopalem dissensionem, ab Ecclesia pariter separet.* Aug. *l* *Nec hereticus pertinet ad Ecclesiam Catholicam, quæ diligit Deum, nec schismaticus, quoniam diligit proximum.* Optat. 1. contra Parmenianum. Fulgent. *m* *Firmissimè tene, & nullatenus dubites, non solum paganos, sed etiam Judæos, hæreticos, & schismaticos qui extra Ecclesiam Catholicam præsentem vitam finiunt, in ignem æternum ituros.*

Vltimò, de ratione essentiali Ecclesiæ est, vt sit vna, vnione membrorum inter se, & cum suo capite. Prima enim vnitas Ecclesiæ, est ratione eiusdem principii, id est,

a 1.2.2. *in Ioanne.*
b *Joã.* 10. *v.* 16.
c *Rom.* 12. *v.* 5.
d *Cantic.* 6. *u.* 2.
e nam σχίζω est scindere, & σχίσμα scissura.
f 24. *q.* 1. *can. pudenda, & canon. schisma.*
g 4. *cap.* 62.
h Ecclesia est plebs sacerdoti adunata, & past. suo grex adhærés: vnde scire debes, Episcopum in Eccles. esse, & Eccl. in Episc. & si qui cum Episcopo non sint, in Eccles. non esse.
i *& Homil.* 11. *in epist. ad Eph. qua docet schismaticos similes esse manui à corpore præcisæ, quæ mox desinit esse membrum.*
k *in cap.* 3. *ad Titum.*
l *Libro de fide & Symbolo cap.* 10.
m *De fide ad Petrum cap.* 38. *&* 39.

est, Dei *n* vocantis: sed per hanc non tam est vna, quam ab vno. Secunda, ratione eiusdem vltimi finis per quã *o* non est tam vna, quam ad vnum tertia, ratione eorundem *p* mediorum, id est, fidei, sacrament. legum. Et per hanc potius est per vnum, quam vna. Quarta, ratione eiusdem Spiritus sancti, à quo tanquam separato rectore Ecclesia regitur. Sed per hanc non tam vna quam sub vno. Quinta, ratione eiusdem capitis tanquam interni, & coniuncti Rectoris, scilicet Christi, ac eius vicarij Papæ. Sexta, ratione *q* coniunctionis membrorum inter se, & præcipuè cum capite, vt est principale membrum: Et per has duas postremas, propriè Ecclesia est vna, id est, vnum corpus, populus, societas. At schisma his duabus opponitur; Tunc enim est schisma, quando vnum membrum non vult amplius esse membrum illius corporis, nec sub illo capite. Schismaticus ergo non est de Ecclesia.

Contrarium defendit Alphonsus à *t* Castro. Primò, Ecclesia est Cathol. cõgregatio vt Nicol. P. *u* definiuit. Secundò, etsi nolint Schismatici subesse Papæ, & cõmunicare cum Ecclesia militante, volunt tamen subesse Christo, & communicare cum triumphante. At si quis nollet subesse Episc. suo particulari, nec cum eius Eccl. cõmunicare: vellet autem cũ Eccl. Vniu. & subesse Pap. schismat. non esset. Ergo à simili non erit in priori casu.

Ad 1. respond. 1. schismaticos non esse propriè Catholicos, quia suam fidem non profitentur in Ecclesia catholica. 2. Nicolaum noluisse definire Ecclesiam perfectè, sed voluisse solùm ab ea excludere hæreticos.

Ad 2. maiorem, non posse subesse Christo, & non subesse Papæ iuxta illud *x* *Qui vos audit me audit*. Neque communicare cum triumphante, & non cum militante [saltem affectu & charitate] sunt enim maximè inter se coniunctæ, imò potius vna. Ad minorem negatur, nisi Episcopus ille particularis sit hæreticus, vel schismaticus. Excluduntur quarto,

n *Ioan. v.* 44. Nemo potest venire ad me, nisi pater meus traxerit eum,

o *designatã Math.* 10. *per vnum denarium omnibus operantibus promissum.*

p *Ephes.* 4. *v.* 5. Vna fides, vnũ baptisma.

q 1 *Cor,* 12. *v.* 4. Diuisiones gratiarum sunt, idem autẽ spiritus.

r *Ephes.* 1. *v.* 22. ipsũ dedit caput supra oẽm Eccles.

s *Rom* 12. *v.* 5. multi vnũ corpus sumus.

t *sup.*

u *de consec. dist.* 1. *can Eccl.*

x *Luc.* 10. *v.* 16. *Vt enim Chr. est summ. caput quo ad influxũ interiorẽ, ipse enim influit in sua mẽbra sensum, & motum, id est, fidem, ac Charitatem. Ita Papa in militante est summum caput quoad influxum exteriorem doctrinæ fidei & Sacrament.*

Excommunicati.

CAP. VI.



Rimò, Matth. 18. loquens Christus de excommunicato secundum omnium expositionem. a *Si Ecclesiam* (inquit) *non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus* At Ethnici non sunt de Ecclesia.

Secundò, 1. Corinth. 5. b *Cur non magis luctum habuistis vt tollatur de medio vestri, qui hoc opus fecit.* Item. c *Auferte malum ex vobismetipsis.* Quibus verbis describit Apostolus quid sit excommunicari.

Tertiò, ex iure Canon. d *Canonica* (inquit) *instituta, & Sanctorum PP. exempla sequentes, Ecclesiarum Dei violatores authoritate Dei, & iudicio Sancti spiritus, à gremio sanctæ matris Ecclesiæ, & à consortio totius Christianitatis eliminamus.*

Quartò ex PP. *Literas* (Inquit Euseb. e loquens de Victore) f *mittit, quibus omnes simul absque discretione ab Ecclesiastico fœdere segregaret.* Epiph. g loquens de excõmunicato Marcione à patre. *A proprio patre* (inquit) *ab Ecclesia eijcitur.* Chrysost. h per, *fieri ethnicum & Publican.* intelligit eiici de Ecclesia. i Hilar. dicit Deum egisse cũ populo Israel, vt Christus agendum monet in correptione fraterna. Primò enim corripuit populum inter se, & ipsum, quando apparuit in monte Sinai. 2. adhibuit duos testes, Legem, & Prophetas 3. dixit Ecclesiæ, id est, misit Christum summum Ecclesiæ præsulem, qui obiurgaret Iudęos. Vltimò, cum Præsulem non audirent, deseruit eos vt Ethnicos & Public. quibus verbis Hilar. ostendit excommunicari, esse eiici de populo Dei, &. non amplius gubernari ea speciali prouidẽtia, qua Deus Ecclesiam gubernat. Hieron. in 3. k ad Titum. Aug. lib. de vnit. Eccl. cap. vlt. ait, excommunicari esse visibiliter præcidi à corpore Ecclesiæ.

Quinto, per excommunicationem priuantur l homines omni commercio spirituali, quod habent homines

a v.17. ἐὰν δὲ καὶ τῆς ἐκκλησίας παρακούσῃ ἔστω σοι ὥσπερ ὁ ἐθνικὸς καὶ ὁ τελώνης.

b v. 2. καὶ ὑμεῖς πεφυσιωμένοι ἐστέ. & vos inflati estis. καὶ οὐχὶ μᾶλλον ἐπενθήσατε, ἵνα ἐξαρθῇ ἐκ μέσου ὑμῶν ὁ τὸ ἔργον τοῦτο ποιήσας.

c v.13. ἐξαρεῖτε τὸν πονηρὸν ἐξ ὑμῶν αὐτῶν.

d 11. q. 3. *canon. Canonica.*

e 5. *histor.* 24.

f *excommunicãte Asian. Eccl.*

g *hæres.* 42.

h *in* 18. *Matth.*

i *in idem cap.*

k *cum ait alios peccatores expelli ab Eccl. per excõmunicationẽ, hæretic. & schismat. per se.*

l *vt docet Tert. in apolog.* 39. *cap.*

Ecclesiæ, inter se. At quid est hoc, nisi priuari Ecclesia? sicut priuare aliquem commercio omni, quod est inter eius ciuitatis homines, est priuari illa ciuitate.

Sexto, excommunicatio eum habet locum in Ecclesia, quem mors in Testam. veteri, teste August. *m* sed per mortem separantur homines planè à tota Republica.

Septimo, nulla est pœna grauior, quæ infligi possit ab Ecclesia, excommunicatione, vt Aug. *n* docet. Ergo est eiici de Ecclesia. Nam grauius est proiici de Ecclesia, quam quælibet pœna, quam de suis sumat Ecclesia.

m *q. 39. in Deuteron.* Hoc nūc agit Eccles. excōmunicatio, quod agebat tunc interfectio.

n *lib. de correp. & gratia cap. 15.*

Obiicitur 1. potest excommunicatus reuera esse amicus Dei, & subiectus legitimis Prælatis. Igitur poterit manere in Ecclesia.

Resp. esse quidem in Ecclesia animo, siue desiderio, quod sufficit ad salutem: non tamen esse corpore, siue externa communicatione, quod requiritur vt propriè aliquis sit de Ecclesia militante.

Secundo, *Neque* (inquit o August.) *à populo Dei separamus quos vel degradando, vel excommunicando ad humiliorem pænitendo locum redigimus.*

o *lib. cont. Donatistas post collat. cap. 20.*

Resp. 1. fortè locum esse corruptum, & legendum, *Neque à populo Dei non separamus.* Nam statim sequitur, *& vbi hoc facere pacis, & tranquillitatis Ecclesiæ gratia non permittitur, non tamen ideo ecclesiam negligimus, sed toleramus, quæ nolumus.* & c. 2. per populum Dei, non intelligi solam Ecclesiam militantem, sed absolutè numerum omnium saluandorum, siue sint in Ecclesia, siue esse possint. Non enim Pastores intendunt excludere à salute homines per excommunicat. sed potius iuuare.

Tertiò, excommunicatio est medicina spiritualis in vtilitatem excommunicatorum. Ergo non debet ab Ecclesia præscindere.

Resp. etsi abscindat hominem ab Ecclesia, non auferre tamen potentiam, vt non possit iterum in Ecclesiam inseri, qui præcisus est. Sed ideo eos præscindit, vt per hanc humiliationem sapiant.

Non solum Prædestinatos, sed etiam reprobos posse ad Ecclesiam pertinere.

CAP. VII.



PRimò comparatur in Scripturis Ecclesia *a* areę, in qua sunt triticum, & paleæ tandē comburendæ igni inextinguibili. Item *b* sagenæ missæ in mare & ex omni genere piscium congregati, quorum tandem quidam mittuntur foras extra vasa, id est, in ignem æternum. Conuiuio *c* nuptiali ad quod intrauerunt boni & mali, ac non habens vestem nuptialem, mittitur in tenebras exteriores, quia vt ait Christus ibid. *Multi* d *sunt vocati, pauci verò electi,* id est, multi sunt de Ecclesia, quæ est euocatio quædam siue vocatorum cœtus, qui tamen non sunt de electis. Item *e* decem virginibus quarum quinque prudentes inclusæ, & quinque fatuæ exclusæ à regno cœlorum. Ouili, *f* in quo sunt oues, & hædi, id est, interprete Christo electi, & reprobi. Domui *g* in qua sunt vasa in gloriam, & alia in contumeliam, id est, reprobi.

Secundò, ex Chrysost. *h* qui apertè docet in Ecclesia esse triticum, & zizania, sine dubio comburenda. Augustino qui tract. 45. in Ioan. *secundum præscientiam* (inquit) *& prædestinationem, quam multæ oues foris, quam multi lupi intus.*

Tertiò, Paulus quamuis prædestinatus, non semper fuit de Ecclesia, nam hanc totis viribus persecutus est, quare Aug. *i* docet, cum prius fuisse lupum, deinde ouem. Iudas quamuis reprobus, fuit de Ecclesia. Nam fuit Apostolus ex 12. iuxta *l* August. filius Christi persequens patrem suum, sicut Absalon Dauidem. Et in illa Ecclesia in qua cæteri Apostoli.

a *Matt.* 3. *v.* 12.
b *Matth.* 13. *v.* 47.
c *Matth.* 22.
d v. 14. πολλοὶ γάρ εἰσι κλητοί, ὀλίγοι δὲ ἐκλεκτοί.
e *Matth.* 25,
f *Ibid.*
g 2. *Timoth.* 2.
h 3. *Epist.* 3.
i *serm.* 1. *de conu. S. Pauli.*
k *Actor.* 1.
l *in psal.* 3.

Quartò, si sola prædestinatio facit hominem de Ecclesia. Ergo Turcæ, Iudæi, Hæretici, si sint prædestinati sunt de Ecclesia, cuius contrarium probauimus: è contra iusti si non sint prædestinati extra Eccl. erunt: cuius contrarium docet Apostolus ad Galatas, m *Omnes filij Dei estis, per fidem in Christo Jesu, &c.* Nec enim verisimile est omnes Galatas, prædestinatos fuisse.

m 3 v 26. πάντες γὰρ υἱοὶ θεοῦ ἐστε διὰ τῆς πίστεως ἐν χριστῷ ἰησοῦ v. 27. Quicumque enim in Christo baptizati estis Christum induistis ὅσοι γὰρ εἰς χριστὸν ἐβαπτίσθητε, χριστὸν ἐνεδύσασθε.

Vltimò, sequeretur nullum cognoscere posse fratres suos, sub Ecclesia matre, pastores ignorare proprias oues: nescimus enim qui prędestinati sint. Nemo sciret quæ vera scriptura, Sacramenta, fides &c. hæc enim pēdent ex testimonio veræ Ecclesiæ, quæ ignoraretur.

Obiicitur primo, dici de Ecclesia Canticor. 4. *Hortus Conclusus, fons signatus, puteus aquæ viuentis.* quæ de solis electis. Aug. *n* intelligit.

n 5. *de Baptis.* 27

Resp. 1. hæc dici de Ecclesia per figuram intellectionis, qua aliquid attribuitur toti, quamuis tantum conueniat parti. 2. hæc à quibusdam de Ecclesia, ab aliis de B. Virgine, ab aliis etiam de anima perfecta intelligi. quod probabilius est, Nam Canticor. 6. legitur. *Sexaginta* o *sunt reginæ, & octoginta concubinæ & adolescentularum non est numerus. vna est columba mea perfecta mea, vna est matri suæ.* Nam si per sponsam intelligas Ecclesiam: quid per reginas & concubinas? Per matrem, ergo intelligetur Ecclesia, per sponsam, anima perfecta, per reginas & concubinas, imperfectiones animæ.

o v. 7. & 8.

Secundò, Arca Noe figura Ecclesiæ fuit. At in arca non fuerunt, nisi saluandi ex aquis.

p *ita August.* 5. *de Baptism. cap. vlt.*

Resp. non debere similiter in omnibus conuenire: Nam alioquin sequeretur saluandos bonos, & malos: cum in Arca fuerint animalia munda, & immunda. Cōparatio ergo in eo consistit, quod sicut extra Arcam nemo saluari poterat, ita neque extra Ecclesiam salus.

Tertiò, Christus non est caput nisi eius Ecclesiæ quā saluabit, exhibebitque gloriosam: ad quam soli prædestinati pertinent.

Resp. per Ecclesiam, vel intelligi partem eam, quam saluabit, & tunc negatur propositio. Nam est caput totius corporis sui, licet quædam membra defitura sint, esse membra. vel totam Ecclesiam simpliciter, & tunc

vera est propositio, sed non sequitur ad eam solos spectare prædestinatos [nec enim est necesse, vt eam dicatur saluare, saluet secundum omnes suas partes]

Quartò, corpus mysticum, est simile corpori vero. At corpus Christi verum, est gloriosum totum: Ergo & mysticum.

q nimirum similitudines nō conuenire in omnib.

Resp. 1. vt ad *q* 2. argum. 2. Corpus verum Christi esse quidem gloriosum quoad omnes partes formales corporis assumpti, non autem quoad materiales: quæ fluebant & mutabantur in Christo, vt in nobis fieri videmus. Ita corpus mysticum, saluandum, quoad omnes formales, id est, Apostol. Prophetas, pastores, Doctores & c. ex omni enim genere hominum aliqui saluantur: non tamen quoad omnes materiales, quæ sunt singulares homines.

r tractat. 45. in Joann.

Quintò, Ecclesia est vnum ouile. At oues non sunt nisi prædestinati, vt August. *r* docet.

Respond. 1. in ouili non esse solas oues, sed etiam hædos. 2. etiam per oues intelligi aliquando quotquot sunt in Ecclesia, siue boni, siue mali. Ioan. vlt. *Pasce oues meas.* Psal. 73. *Iratus est furor tuus super oues pascuæ tuæ.*

s Joan. 10. v. 16. & cap. 11. v. 52. t 1. Ioā. 2. v. 19. u de corrept. & grat. cap. 9.

Sextò, in scripturis dicuntur prædestinati *s* oues, & filij Dei, etiam cum in gentilitate versarentur, è contra reprobi non *t* esse de Ecclesia, nec verè filij Dei, etiam u *quando videbantur in professione, & nomine filiorum*. vt August. loquitur.

Resp. 1. dici posse membrum, vel ouem Christi, aliquem, vel secundum prædestinationem, vel secundum præsentem iustitiam: priori modo, non est esse actu in Ecclesia, sed tantum potentia, & hoc modo loquitur scriptura sup. de prædestinatis, posteriori est esse actu. 2. dici membrum &c. aut veritate essentiæ, quia scilicet charitatem habet (aut saltem communicat eidem professioni Catholicæ fidei) aut veritate finis: quia scilicet assequuturus est vitam æternam: hoc posteriori, non autem priori, scripturæ citatæ sunt intelligendæ, atque Augustinus.

Non perfectos, ideſt, qui aliqua leuia peccata habent, eſſe de Eccleſia.

CAP. VIII.

PRobatur, Nam excepto Chriſto, ac B. virgine., qui ſoli Eccleſiam non faciunt, nulli ſunt quamuis Sanctiſſimi qui aliqua non habeant venialia peccata *a* 3. Reg. 8. Prouerbior. *b* 24. Matth. 6. *c* quo iubentur omnes dicere, *Dimitte nobis debita noſtra* Iacob. 3. *d Jn multis offendimus omnes* 1. Ioan. 1. *e ſi dixerimus quoniam peccatum non habemus, nos ipſos ſeducimus.* Concil. Mileu. ca. 7. &, 8. *f* Cyprian. *Quiſquis ſe inculpatum dixerit, aut ſuperbus, aut ſtultus eſt.* Nazianz. *g* Chryſoſt. *h* Hieron. *i Juſtos eſſe concedo, ſine omni autem peccato eſſe, non aſſentior.* Aug. *k Multi baptizati fideles, ſunt ſine crimine, ſine peccato autem in hac vita neminem dixerim.* Gregor. 21. Moral. 9.

Obiicitur, Cantic. 4. *l Tota pulchra es amica mea.* Item *m* Epheſ. 5. *vt exhibeat ſibi glorioſam Eccleſiam, non habentem maculam.* quod de Eccleſia præſenti intelligit Concil. Toleta. 6. cap. 1.

R. ſi hæc intelligantur de Eccleſia militante, tribui per ſynecdochen toti Eccleſiæ, quod vni tantùm conuenit parti, nempe iuſtis: non quia careant omni veniali peccato, ſed quia omni mortali, & ſtudent venialia vitare. Qua ratione de homine etiam in ſtatu præſenti dixit Dauid, *n Et ero immaculatus cum eo.* o *Beati immaculati in via &c.* & Paulus *p Elegit nos, vt eſſemus ſancti & immaculati in charitate.* Quamuis primus locus de anima, ſecundus de Eccleſia triumphante intelligi poſſit. Concil. enim Tolet. nihil hac de re definiendo dixit.

a *V.* 46 Nō eſt homo qui nō peccet.
b *V.* 16. Septies in die cadit iuſtus,
c *V.* 12. ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν.
d *V.* 2. πολλὰ πταίομεν ἅπαντες.
e *V.* 8. ἐὰν εἴπωμεν ὅτι ἁμαρτίαν οὐκ ἔχομεν ἑαυτοὺς πλανῶμεν.
f *Serm. de eleemoſy.*
g 2. *in Iulianū.*
h *Jn pſal.* 39.
i 2. *contr. Pelag.*
k 1. *contra duas ep. Pelag.* 14.
l *V.* 7.
m *V.* 25. ἵνα παραστήσῃ αὐτὴν ἑαυτῷ ἔνδοξον τὴν ἐκκλησίαν, μὴ ἔχουσαν σπῖλον, ἢ ῥυτίδα.
p *Pſal.* 17. *v.* 26.
o *Pſ.* 118.
n *Epheſ.* 1. *v.* 4. ἐξελέξατο ἡμᾶς ἐν αὐτῷ πρὸ καταβολῆς κόσμου εἶναι ἡμᾶς ἁγίους, καὶ ἀμώμους κατενώπιον αὐτοῦ ἐν ἀγάπῃ.

Magnos peccatores esse de Ecclesia.

CAP. IX.



PRimo, ex parabolis, de quibus sup. *a* Secundo, Matth. 18. ostenditur, in Ecclesia Christi inueniri tales peccatores, vt neque per correptionem fraternam, neque adhibitis duobus testibus, neque monitione Ecclesiæ corriguntur.

Tertiò, Math. 23. Dominus præcipit obediri malis præpositis Ecclesię. verò ca. 10. 24. *b* describit præpositū malum, percutientem conseruos, bibentem cum ebriosis, & tandem reponendum à domino cum hypocritis.

Quartò, Scribens Paulus ad Ecclesiam Dei, *c significatum est mihi* (inquit) *quod contentiones sunt inter vos.* Item. *d Auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter gentes, &c.*

Quintò, Ioan. *e* scribens 7. Ecclesiis Asiæ reprehendit ferè singulas de peccatis non leuibus: & loquens de præposito Ecclesiæ Sardensis, *f Nomen habes* (inquit) *quod viuas, sed mortuus es, esto vigilans &c.*

Sextò, non defuerunt in populo Dei tempore veteris Testam. grauissima peccata, & tamen Moses Samuel, & alii iusti nusquam separauerunt se à reliquis pessimis, quantum ad templum, altare, sacrificia &c.

Septimò, ex PP. 306. in collatione cum 296. Donatist. Episcop. *Eandem g* (inquit Aug. eorum vnus) *ipsam vnam, & sanctam Ecclesiam dixerunt, nunc esse aliter, tunc aliter futurā, nunc habere malos mixtos, tunc non habiturā: sicut non ideò duo Christi sunt, quia aliquādo mortalis quod immortalis fuerit Christus.* Cypr. *h* 3. epist. 3. Nazianz. orat. 1. Apologet. qua comparat. Ecclesiam, ingenti belluæ, ex variis compositæ belluis, idest, feris, mitibus &c. Chrysostom. *i Nec ex perfectis quidem vniuersa constat* *illud* multiplicatæ sunt super capillos &c.

a *Cap. 7.*
b *Ad finem cap.*
c 1. *Cori. 1. v. 11.* ἐδηλώθη γάρ μοι περὶ ὑμῶν, ὅτι ἔριδες ἐν ὑμῖν εἰσι
d *v. 1.* ὅλως ἀκούεται ἐν ὑμῖν πορνεία, καὶ τοιαύτη πορνεία, ἥτις οὐδὲ ἐν τοῖς ἔθνεσι ὀνομάζεται.
Ita vt vxorem aliquis habeat patris. ὥστε γυναῖκά τινα τοῦ πατρὸς ἔχειν
e *Apoc. 2. & 3.*
f *Cap. 3. v. 1.* ὄνομα ἔχεις ὅτι ζῇς καὶ νεκρὸς εἶ
g *In collat. breuiculo.*
h Impediri nō debet aut fides, aut charitas nostra, vt quoniā Zizania esse in Ecclesia cernimus, ipsi de Ecclesia recedamus.
i *In Ps. 39. ad*

Ecclesia, sed habet eos etiam, qui otio, & socordia se dedunt, mollemque, & dissolutam vitam amplectuntur k &c. Hieronym. *l Arca Noe Ecclesiæ typus fuit, vt in illa omnium animalium genera, ita & in hac vniuersarum, & gentium, & mores hominum sunt, vt ibi pardus, hædi, lupus, & agni, ita & hic iusti & peccatores, idest, vasa aurea, & argentea cùm ligneis, & fictilibus commorantur.* Aug. *m Nos fatemur in Ecclesia Catholica & bonos, & malos esse, sed tanquam grana & paleas.* Fulgent. de fide *n* ad Petr. cap. 63. & Greg. hom. 11. & 38. in Euang.

Vltimò, si soli boni essent de Ecclesia, sequeretur, primò, frustra esse in Ecclesia Sacramentum pœnitentiæ. secundo, nemo sciret qui reuera essent de Ecclesia, incertum est enim, qui reuera boni, qui mali, 3. mox Prælati, atque peccassent mortaliter, desinerent esse de Ecclesia, & Prçlati, ac proinde eis non oporteret obedire: similiter subditi per simile peccatum, non essent amplius de grege, ac proindè liceret Prælatis, eorum curam non habere: inde mira confusio.

Obiicitur 1. Isaiæ *o* 52. *Nõ adiiciet vltra, vt pertranseat per te incircuncisus, & immundus.* Item. *Recedite*, p *recedite exite inde, pollutum nolite tangere, exite de medio eius.* Quem locum Apostol. Exponens. 2. *q* Corinth. 6. addit, *Et recipiam vos, dicit Dominus: & rationem præmittit. Quæ enim r participatio iustitiæ cum iniquitate? &c.*

Resp. cum *s* Cyrillo, ad literam ibi agi de temporali Iudæorum persecutione, vt sensus sit: cum à captiuitate redieris, non adiiciet vltra, idest, in longum tempus, infidelis aliquis persecutor, per terras tuas vastando eas, transire: secundum verò mysticum sensum, agi de Ecclesia, & prædicari forè vt portę inferi non præualeant aduersus eam. Incirconcisi enim, & immundi Ecclesiæ hostes, sunt dęmones præcipuè. Cum dicitur *Recedite &c.* hortatur ad literam Iudæos exire de Babylone, absoluto captiuitatis tempore, mysticè autem Christianos, qui debent post baptismum separari ab infidelium cætibus, templis, coniugiis, & cæteris quæ ad religionem pertinent. Atque hoc modo hunc locum intellexit Paulus, supra. non

k Et libenter seruiunt voluptatibus, & quoniam vnum corpus, tanquã ex vna persona hęc, & illa pronunt.

l *Dialog. contra Luciferia. vltra medium.*

m *Tract. 6. in Ioan.*

n Firmissimè tene, & nullatenus dubites aream Dei esse Cathol. Ecclesiam, & intra eam vsque in finem sæculi, frumento mixtas paleas cõtineri, idest bonis malos Sacramentorum communione misceri.

o *V.* 1.

p *V.* 11.

q *V.* 17. ἐξέλθετε ἐκ μέσου αὐτῶν, καὶ ἀφορίσθητε, λέγει κύριος, καὶ ἀκαθάρτου μὴ ἅπτεσθε· κἀγὼ εἰσδέξομαι ὑμᾶς.

r *V.* 14. τίς γὰρ μετοχὴ δικαιοσύνῃ, καὶ ἀνομίᾳ.

s *In hunc locum Isaiæ.*

enim de commercio cum quibuſcumque peccatoribus agit, ſed tantùm cum infidelibus. *t* Nolite (inquit) iugum ducere cum infidelibus, &c.

t *V.* 14. μὴ γίνεσθε ἑτεροζυγοῦντες ἀπίστοις.

Secundò, *u* Vnus panis, & vnum corpus multi ſumus. At panis non efficitur ex paleis & frumento, ſed ex frumento ſolo.

u 1. *Corinth.* 10. *v.* 17. εἷς ἄρτος, ἓν σῶμα οἱ πολλοί ἐσμεν, οἱ γὰρ πάντες ἐκ τοῦ ἑνὸς ἄρτου μετέχομεν.

Reſp. 1. cum Cyprian *x* & Iren. *y* in hoc tantùm conſiſtere ſimilitudinem, quod, ſicut ex multis granis per aquam, fit vnus panis: ita ex multis hominibus, per aquam baptiſmi, ac Spir.S. qui etiam dicitur *z* aqua, fit vnus populus Dei. 2. negatur minor. Nam aliquando admiſcentur etiam in vero pane grana lolij, vel negligentia, vel malitia hominum, ita & in corpore Chriſti ſunt mali admixti bonis: ſubiungit enim Apoſtolus. *Qui de vno participamus.* At de vno participant boni, & mali, alias non *a* arguerentur à Paulo, indignè communicantes.

x *Ep.* 6. *lib.* 1.
y 3. *cap.* 19.
z *Ezech.* 36. *v.* 25
a 1. *Cor.* 11.

Tertiò, *Qui b ſpiritum Chriſti non habet, hic non eſt eius.* Item. *In vno c ſpiritu omnes nos in vnum corpus baptizati ſumus.* Ergo qui non habet ſpiritum Chriſti, non eſt membrum eius, niſi fortaſſe mortuum. Sed membrum mortuum non eſt verè membrum, ſed æquiuocè tantùm: ergo peccator non eſt verè membrum.

b *Rom.* 8. *v.* 10.
c 1. *Cor.* 12. *v.* 13. ἐν ἑνὶ πνεύματι ἡμεῖς πάντες εἰς ἓν σῶμα ἐβαπτίσθημεν.

Admittitur prima conſeq. Ad ſubſumptionem dico, membra conſiderari dupliciter: primò ſecundum eſſentiam, ac ſubſtantiam ſuam. 2. vt ſunt inſtrumenta operatiua. Exempli gratia, oculus hominis, & oculus bouis, vt ſubſtantiæ quædam, differunt ſpecie, vt inſtrumenta operatiua ſunt eiuſdem ſpeciei, quia idem habent obiectum: priori modo peccatores, non eſſe membra corporis viui, Eccleſiæ: ſunt enim mortua: conſtituuntur autem membra viua, per Charitatem: poſteriori, eſſe. Nam etſi in corpore naturali nequeat membrum mortuum, eſſe verum inſtrumentum, quia anima nequit operari, niſi per bona inſtrumenta, & viua: tamen in myſtico poteſt: ſpiritusſanctus enim æque benè operatur quod vult per inſtrumenta mala quàm per bona.

Quartò, Eccleſia dicitur, *Sancta*, in Symbolo. Ergo

ex solis sanctis constat.

Resp. dici sanctam primo quia omnia quæ ad ipsam constituendam pertinent sunt sancta, nimirum baptisma, professio Christiana, & vnio membrorum inter se, & cum capite, saltem externa. 2. propter sanctos quos habet, neque tamen propter sceleratos, scelerata dicitur: tùm quod denominatio fit à meliori parte, tùm quia habere sanctos est proprium eius, habere malos proprium aliarum sectarum: nec enim in aliis cętibus sunt sancti, sed omnes mali. 3. quia tota est Deo consecrata, eiusque caput est sanctus sanctorum Christus.

Quintò, non habet Deum patrem qui Ecclesiam non habet matrem, iuxta *d* Cypria. & à commutata, Qui non habet Deum patrem, non habet Ecclesiam matrem, sed improbi non sunt filii Dei. Nam, e *qui spiritu Dei aguntur, hi sunt filij Dei &c.* Ergo neque filii Ecclesiæ. Igitur neque in Ecclesia sunt.

d lib. de vnitate Eccl.

e Rom. 8. v. 14. ὅσοι πνεύματι θεοῦ ἄγονται, οὗτοί εἰσιν υἱοὶ θεοῦ.

Resp. cum Aug. nomen filij tripliciter accipi. primò ratione productionis, siue per generationē, quomodo verbum, est filius Dei, siue per creationem, iuxta illud, *Nunquid f non ipse est pater tuus, qui fecit, & creauit te,* siue per regenerationem. 1. Ioan. 3. *In g hoc sunt manifesti filij Dei, & filij Diaboli, omnis qui non est iustus, non est ex Deo.* Secundò, ratione imitationis, quomodo Galatar quarto *h* vocantur filij Abrahæ, qui fidem imitantur Abrahæ.

f Deut. 32. v. 6.

g v. 10. ἐν τούτῳ φανερά ἐστι τὰ τέκνα τοῦ θεοῦ, καὶ τὰ τέκνα τοῦ διαβόλου. πᾶς ὁ μὴ ποιῶν δικαιοσύνην οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ θεοῦ.

Tertio, ratione doctrinæ acceptæ, iuxta illud, *filioli i mei quos iterum ego parturio, &c.* Hoc posteriori modo mali sunt filii Dei & Ecclesiæ, si teneant veram eius doctrinam, vnde Isaiæ *k.* 1. *filios enutriui* (inquit dominus) *& exaltaui, ipsi autem spreuerunt me.* Et Canticor. *l.* 2. *sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias,* idest, malas Christianas animas, quæ dicuntur *m* spinæ propter malignitatem morum, filiæ, propter communionem Sacramentorum. Ratione verò regenerationis aut imitationis, non sunt filii Dei, ac Ecclesiæ nisi iusti: sed negatur tunc solos filios esse in Ecclesia sunt etiam serui in Domo Dei, Iohannis octauo.

h v. 28. & Ro. 4. v. 12. & cap. 11. v. 7. & 8.

i Galat. 4. v. 19.

k V. 2.

l v. 2.

m Aug. 48.

v.35. & hoc ad mentem Cypr. nec enim vult, in Eccle. non esse nisi filios, sed non esse vllos filios extra Eccl. sicut non sunt vlli boni extra, licet sunt aliqui mali intus. Intēdit namque monere hæreticos, ac schismaticos ne putarent se posse esse bonos, ac filios extra Ecclesiam.

n 1. ep. 6. Sextò, *In Ecclesia Dei* (inquit Cyprian.) *non nisi concordes, atque vnanimes habitant, loquentes in psalmis spiritui sancto, & dicentes, Deus, qui inhabitare facit vnius moris in domo.*

Resp. loqui tantùm de cōcordia quę opponitur schismati: agit enim contra Nouatianos schismaticos. Nam & ipse Cypri. alias dissentiones in Ecclesia agnoscit, serm. de lapsis:

o in 2. Thm. 2. Septimò, Chrysost. *o* & Theophyl. dicunt illud in magna domo sunt vasa aurea, & arg. &c. non posse de Ecclesia intelligi, sed de mundo: quia in Ecclesia non sunt nisi vasa aurea, & argentea.

Resp. non negare, esse posse malos de Ecclesia, sed docere id minimè necessarium: sicut sunt necessaria in magna domo vasa etiam fictilia, & lignea.

Octauò, *Qui peccator est, aut aliqua sorde maculatus* *p* (inquit Hiero.) *de Ecclesia Christi non potest appellari, nec*

p in 5. ad Ephes. ad illud, Eccl. subiecta est Christo. *Christo subiectus dici.*

Resp. tantùm velle, non posse malos de ea parte Ecclesiæ appellari, quæ solos perfectos continet. Nam in 1. ad Galat. explicans quomodo inter se cohæreant verba Apostoli, qui nunc totas Ecclesias laudare videtur, nunc totas vituperare, ait Ecclesiam dupliciter accipi, id est, non duas esse, sed de vna diuersimode scripturam loqui: quod interdū tribuat toti Ecclesiæ, quod est perfectorum, interdum quod est imperfectorum.

Nonò, Pacianus ep. 3. ad Sympronianum dicit, peccatores donec pæniteant vitæ prioris, de Ecclesia non esse.

Resp. loqui tantùm, de iis qui in hæresim labuntur. Nam, antea dixerat Ecclesiam carere macula, & rugis, quia caret hæreticis.

q 2. contr Crescontum 21. Decimò, *In corpore Christi non sunt* (scilicet mali, inquit *q* Aug.) *quod est Ecclesia: quoniā non potest Christus ha-*

bere membra damnata.

Resp. loqui Aug. de membris r viuis, qua ratione re-uera mali non sunt in Ecclesia.

Vndecimo, ipsemet Aug. ſ docet solos sanctos esse il-lam Ecclesiam, quæ est supra petram fundata, & cui datæ sunt claues &c. Resp. Nihil aliud velle significa-re, quam omnia Ecclesiæ priuilegia, propter solos san-ctos concessa esse à Deo. Nam alioquin idem Aug. fre-quentissimè repetit, malos Christianos, vtiliter Sacra-menta administrare.

Duodecim, in scripturis duæ distinguntur Ecclesiæ, Matth. 5. per iustitiam discipulorum, & iustitiam Pha-risæorum. Matth. 6. per pios, & hypocritas, 7. per cæ-tum euntium per viam angustam, & cætum euntium per viam latam: item per domum fundatam super pe-tram, & aliam fundatam super arenam. At Ecclesia ma-lorum, non est vna, sancta, Christi Ecclesia. Ergo Chri-sti vera solos amplectitur bonos.

Resp. in nullo horum locorum duas Ecclesias distin-gui sed solùm diuersas qualitates eorum, qui in vna & eadem Ecclesia versantur, sicut. Math. 13. per pisces ma-los, & bonos, in eodem reti. vnde dominus Math. 7. sub-iunxit, *u Omnis ergo qui audit verba mea hæc, & facit ea as-similabitur viro sapienti qui ædificauit domum suam supra Petram*, Ex quibus constat per domum non intelligi ibi Ecclesiam, sed vniuscuiusque mores.

Decimo-tertiò, nequeunt esse mēbra corporis Christi quod est Ecclesia, in quibus nihil operatur Christus. Nihil autem operatur in malis.

Resp. 1. non esse necesse vt in omnibus suis operetur membris, sunt enim quædam arida mēbra, solùm adhæ-rentia, externa coniunctione. 2. operatur etiam per ea, vt per instrumenta, ad aliorum vtilitatem.

Vltimo, oportet distinguere omnino regnum Christi à regno Diaboli, impij autem omnes ad regnum Dia-boli pertinent.

Resp. posse eosdem homines ad vtrumque regnum pertinere, diuersa ratione, ad Christi regnum ratione communionis, eorundem Sacramentorum in Ecclesia, ad regnum diaboli ratione morum.

r *Nam lib. 7. contra Donatistas ait bonos ita esse de Eccl. vt sunt ipsa domus Dei constructa ex viuis lapidibus: malos sic esse in ea vt ipsi tamen non sint ipsa domus, siue Eccl. & lib. de vnit. Eccl. vl. cap. malos esse præcisos ab Ecclesia animo, nō corpore.*

ſ 3. de Bapt. 18.

t *Est Magd. Centur. 1. lib. 1. cap. 4 col. 171.*

u *V. 24.* πᾶς οὖν ὅστις ἀκούει μου τοὺς λόγους τούτους, ὁμοιώσω αὐτὸν ἀνδρὶ φρονίμῳ ὅστις ᾠκοδόμησε τὴν οἰκίαν αὐτοῦ ἐπὶ τὴν πέτραν.

Infideles occultos ad Ecclesiam Dei pertinere.

CAP. X.

a V. 18. καὶ νῦν ἀντίχριστοι πολλοὶ γεγόνασιν. & v. 19. ἐξ ἡμῶν ἐξῆλθον ἀλλ' οὐκ ἦσαν ἐξ ἡμῶν.
b *tract.* 3. *in ep. hanc Ioan*



Rimò, *Et nunc a* (inquit Ioan) *Antichristi multi facti sunt, ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis.* Quæ intelligi de infidelibus occultis in Ecclesia, qui aperti fiunt, dũ exeũt, docet *b* Aug. in hunc locũ, *Omnes* (inquit) *hæretici, omnes schismatici ex nobis exierunt, id est, ex Eccl. exeunt, sed non exirent, si ex nobis essent. Antequam exirent ergo, non erant ex nobis, si antequam exirent non erant ex nobis, multi intus, sunt, non exierunt, & tamen Antichristi sunt.*

c *Aug. in Enchi. cap.* 65. *Cypriar.* 1. *ep.* 6. *Optatus* 1. *contra Parmenianum Ambr.* 1 *de pœni.* 2. *Hie. dialog. contra Luciferan. Cælestinus ep. ad Clerum Constant.*
d *Sup.*
e *ep. ad Michaë*

Secundò, multi *c* PP. communi consensu docẽt eos qui sunt extra Ecclesiam, nullam iurisdictionem, ac anthoritatem in Ecclesiam habere: nam nequit hanc iurisdict. habere qui non sit membrum Ecclesiæ. At occultus hæreticus si fuerit Episcopus aut Papa, non amittit iurisdictionẽ: quidquid vnus, aut alter dixerit. *d* Quare Cælest. & *e* Nicolaus I. summ. Pontif. dixerunt Episcopum hæreticum, ex quo hæreses prædicare cœperit neminem potuisse soluere, vel ligare: quia nimirum, antea etiamsi corde concepisset errorem, ad huc soluere poterat, & ligare. alioquin redderentur incerti, omnes actus, qui ex Iurisdictione pendent: quod non parum vniuersam perturbaret Ecclesiam.

f *Homil.* 21. *in Ioan.*
g *lib.* 4. *cap.* 10. *de Baptis.*
h *Tract.* 61. *in Ioan ad illud ca.* 13. turbatus est spiritu & protestatus &c. v. 21.

Tertiò, ex PP. *f* Origine *etiã hîc in Hierusalẽ* (inquit) *id est, in Ecclesia, sunt quidam Iebusæi, qui & fide, & actibus peruersi sunt: neque enim* (subiungit) *de iis dicimus, qui manifestè & euidenter criminosi sunt, vt non de Ecclesia expellantur. g* August. *Si Zizania sola dicenda sunt, quæ vsque in finem, in maligno errore perdurant, & foris multa frumenta sunt, & intus multa Zizania.* Item *h Vtrumque verum est, ex nobis, & non ex nobis* (scilicet hæretici occulti) *secundum aliud ex nobis, secundum aliud non ex nobis: secundum communionem sacramentorum ex nobis,*

ſecundum ſuorum proprietatem criminum non ex nobis. Item. i *Quidam adhuc corde poſiti in parte donati, præſentiam nobis exhibent corporalem, carne intus, foris ſpiritu.* Greg. k magnus, *Etiam pacis ſuæ tempore, ſancta Eccleſia falſiloquium patitur, dum ſunt in ea multi, qui de æternitatis promiſſione diffidunt, & tamen ſe fideles eſſe mentiuntur, &c.*

i *lib. de geſtis cũ emerito cap.* 1.

k 13. *moral.* 4. *explicans illud Iob* Rugæ meę teſtim. dicunt contra me.

Quartò, Eccleſia eſt ſimilis corpori humano. At in huma. corpore quædam partes viuunt, & ſentiũt, quædam viuunt, nec ſentiunt, quædam nec viuunt nec ſentiunt vt notum eſt: ergo ſimiliter erunt in Eccleſia, qui fidem, & charitatem habeant, alij ſolam fidem: denique qui nec fidem, nec charitatem.

Quintò, etſi Lutherani, & Caluiniſtæ ſigna quædam viſibilia & externa Eccleſiæ conſtituant, nimirum prædicationem verbi Dei, ac Sacramentor. adminiſtrationem, & vbicumque conſpiciuntur hæc ſigna, velint ibi eſſe veram Eccleſiam: quia tamen ad eam ſolos iuſtos, id eſt, qui fidem habent, pertinere contendunt, qui autem ſint illi certò, neſcimus: propterea rectè concludimus eos Eccleſiam inuiſibilem conſtituere. At ſi hæretici occulti non ſunt de Eccleſia, ſequitur eos ſolos qui certò veram fidem habent, eſſe de Eccleſia. Et proinde nos hac in parte cum illis hæreticis ſentire, ac inuiſibilem facere Eccleſiam.

Sextò, debet certitudine infallibili conſtare qui cætus hominum ſit vera Chriſti Eccleſia. At ſi fides interna requiritur in quolibet membro, quis autem eam certo habeat ignoretur: Neq; certi erimus infallibiliter quæ ſit vera Eccleſia.

Reſpondent primò, ſufficere hanc fidem conſpici per effectus: ſicut hominem viuere dicimus, etſi animam non videamus.

Secundò, non eſſe neceſſe vt conſtet diſtinctè nobis, qui ſint Eccleſiam conſtituentes, ſed ſufficere aſſignari quemdam cætum hominum, intra quem certò credamus eſſe illos, qui ad Eccleſiam pertinent. Sicut dicitur is vidiſſe populum Romanum, qui eum vidit congregatum, etiamſi fuerint multi externi admiſſi, nec diſcernere potuerit ciuem ab externo.

Ad primam responden. hanc certitudinem non esse infallibilem nec refert, exemplum hominis. tum quia effectus vitæ sunt naturales & necessarij, fidei verò liberi, tum quòd hec etiam certi sumus infallibiliter, an sit homo quem videmus, fieri enim potest vt Angelus sit.

Ad 2.resp. primò, fieri potest vt hæreticorum occultorum numerus, longè superet fidelium numerum: tunc autem quomodo dici poterit, hic cætus est Ecclesia Dei? 2. cum tota Ecclesia absolutè nusquam iam, in vnum locum conueniat, & Romana nec quidem in vna Basilica Romæ, sed sparsa sit per varia loca, quocũque inerimus, semper erimus dubij, an cum vera communicemus Ecclesia. 3. quia fieri posset totum generale Concil esse extra Ecclesiam, quid enim magnum si inter tot millia profitentium fidem Christi, trecenti vel 400 homines in Concilio careant fide? 4. si nescimus qui distinctè Ecclesiam constituunt, non tam sciemus, quæ sit Ecclesia, quam vbi sit, seu potius vbi lateat: quod non satis est ad Ecclesiæ visibilitatem saluandam.

Obiicitur Primò, fundamentum, & quasi Ecclesiæ forma, est fides *l* 1. Corinth. 3. *m* Eph. 2. & 4. *n*

l v. 11.
m v. 20.
n v. 5.
o 19. cõtra Faustum. 11.

Resp. formam Ecclesiæ esse fidem externam, id est, fidei confessionem, teste *o* Aug. & experientia. Illi enim admittuntur ad Ecclesiam qui profitentur fidem. In locis verò allatis non dicitur fides forma, vel fundamentum Ecclesiæ, sed iustitiæ, vel doctrinæ, quæ est in Ecclesia: adde scripturas ponere charitatem, & dona spiritus sancti in Ecclesia, non minus quam fidem: nullus tamen dicet extra Ecclesiam esse, qui sola charitate priuantur.

p *Cap. firmit. de sum. Trin. & fid. Cathol.*
q *De consecrat. dist. 2. can. Eccl.*

Secundò, Concil. *p* Lateran. & Nicolaus Papa *q* Ecclesiam ex fidelibus siue catholicis constantem definiunt.

Resp. 1. eos non dare perfectam definitionem: Conc. enim Later. solùm asserere voluit, Ecclesiam esse vnam: ac si dixisset, Ecclesia vna est non multæ. 2. nomen fidelis, & catholici, accipi pro publicè fidem profitente. Et certè Nicolaus, qui prohibet ibi fieri catholicorum collectiones, sine nutu Papæ, ita necessario intelligi debet

debet. Non enim fiunt hæ collectiones aliter, quam in vnum conuocando locum, profitentes publicè fidem catholicam.

Tertiò, r PP. grauissimos docere hæreticos non esse verè Christianos. At Ecclesia non nisi christianor. esse potest.

r *Tertull. lib. de pudicitia Cypr. 4. ep. 2. Atha. ser. 2. contra Arianos. Aug. lib. de gratia Christi cap. 11.*

Sed hi PP. loquuntur de manifestis hæreticis: Christiani enim dicuntur qui Christi fidem publicè profitentur: quia Christianus, est professionis nomen.

Quartò, ante Christum ad Synagogam pertinebāt etiam gentiles, qui vnum Deum sincerè colebant, ex quo sequi videtur, fidem esse vinculum Ecclesiæ.

Resp. omnibus sæculis eos solùm Ecclesiam Dei constituisse, qui simul colligati erant; confessione, & protestatione externa vnius fidei in Deum verum.

Quintò, si quæ ratio esset, quare hæretici occulti sint de Ecclesia, certè quia constare debet infallibiliter quæ sit Ecclesia. Sed nonobstante hoc, id nequit cognosci 1. quia non sunt Ecclesiæ membra nisi baptizati, at nullus scit certò, quis scit verè baptizatus. character enim inuisibilis est, & pauci adsunt cum quis baptizatur. 2. Ecclesia non potest esse sine veris Episcopis, & presbyteris, teste f Hiero. at quis nouit qui sint veri, cum id pēdeat ex intentione ordināis, & inuisibili charactere? 3. excommunicati non sunt de Ecclesia, at multi sunt occulti vnde cogimur dubitare cum aliquem videmus, sit ne de illa Ecclesia, an non. 4. Accidere potest vt alicubi hæretici manifesti, Iudæi, Turcæ, Pagani, alibi simulent se Christianos, qui si de Ecclesia dicantur, hæc constabit ex Paganis &c. si non, ergo dubij semper erimus, quæ sit vera Ecclesia.

f *Contra Luciferianos.*

Ad primam probationem minoris resp. 1. non requiri characterē, sed externū Baptisma; non quidem vt quis sit de Ecclesia, sed vt admittatur. Si quis enim petat admitti ad Ecclesiam, id non fiet sine Baptismo, si dicat se baptizatum, & non constet contrarium, admittetur ad Ecclesiā: cuius rei signum est, quòd si postea constet baptizatum non fuisse sua culpa, expelletur, nec ante pœnitentiam recipietur: si absque sua culpa, perficietur in eo quod deerat, nec iudicabitur non fuisse de Ecclesia,

ſed aliũde quam per ordinariam portam intraſſe.2.non baptizatos eſſe de Eccleſia tantùm putatiuè, & ſecundum apparentiam externam,non tamen verè: nec inde ſequitur Eccleſiam fore inuiſibilem: nam multi probare poſſunt certò ſe baptizatos, & baptiſmus natura ſua viſibilis eſt:non autem fides.

Ad 2.in Epiſcopis conſiderari duo, vnum quod locum Chriſti teneant, illis debeamus obedientiam & quòd nequeant, ſimul omnes cum Ro. Pontifice, nos decipere. Aliud quòd habeant poteſtatem ordinis, & iuriſdictionis.Priori,certi ſumus infallibiliter,quos videmus eſſe epiſcopos veros,ad hoc enim ſufficit, vt habeantur pro talibus ab Eccleſia. Poſteriori non habemus de iis, niſi moralem certitudinem:ſed nec alia requiritur: quamuis certum ſit infallibiliter, aliquos eſſe veros hoc poſteriori modo : alioquin Deus deſeruiſſet Eccleſiam ſuam.

Ad 3. excommunicatos occultos eſſe de Eccleſia numero non merito, de facto,non de iure. [Ex his,& aliis ſupra t mihi videtur,Bella. ſolùm velle excludere ab Eccleſia, excommunicatos manifeſtos. Nam de occultis idem dici poteſt,ac de hæreticis occultis,qui ſimul ſunt omnes etiam excommunicati, niſi ſint purè mentales hæretici.]

t Cap. 6.

Ad 4. reſp. 1. difficile eſſe huiuſ. non facilè detegi, quandiu tamen non manifeſtantur, eos Eccleſia non numerat inter ſuos, niſi ratione profeſſionis externæ, quæ ſanctiſſima eſt. cumque illi reſpectu aliorum de Eccleſia, ſint pauci : propterea non ſequetur Eccleſiam ex Paganis &c. conſtare.2.illos non eſſe de Eccleſia niſi apparenter,nec tamen dubij erimus quæ ſit vera.Nam de multis certò demonſtratur eſſe baptizatos, pro veris Epiſcopis agnoſci, & nuſquam hæreſim aut Paganiſmum ſaltem publicè profeſſos fuiſſe.

PRIMA PROPOSITIO.

De visibilitate, & certitudine Ecclesiæ.

CAP. XI. ET XII.

EXplicatum est quid sit Ecclesia, nunc dicendum qualis sit. Hæretici, *a* qui duas distingunt Ecclesias, dicunt, primò, veram esse inuisibilem, secundò, *b* visibilem interdum ita errare in fide, & moribus, vt deficiat penitus. Tertiò *c* inuisibilem id est, veram, non posse quidem deficere, nec errare in iis quæ ad salutem spectant: in aliis posse.

Prima propositio. Vera Ecclesia est visibilis. Probatur primò, vbicunque inuenitur nomen Ecclesiæ in scripturis vt Numer. *d* 20. *Cur eduxistis Ecclesiam Domini in solitudinem*. 3. Reg. 8. *e Conuertitque Rex faciem suam, & benedixit omni Ecclesiæ Israel*. Matth. 16. *f super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam*. 18. *Dic Ecclesiæ* &c. semper significatur cõgregatio visibilis nec vnum saltem locum proferre potuit Caluinus, quo tribueretur inuisibili cœtui.

Secundò, vbi non nominatur quidem Eccles. sed tamen describitur, visibilis etiam designatur, Psal 18. *g In sole posuit tabernaculum suum*, id est, iuxta August. *h In manifesto posuit Ecclesiam suam*. Ita vt, sicut nequit sol omnino latere, ita nec Ecclesia, Isayæ 2. *i* Mich. 4. *k* comparatur Ecclesia monti magno, & conspicuo; secundum Hieron. *l* & August. *m* Matth. 5. *n* ciuitati supra montem positæ iuxta *o* August.

Tertiò, ex ipso ortu, & progressu Ecclesiæ. In veteri testamento adeò visibilis erat; vt in ipsa carne, Iudæi portarent visibile Circoncisionis signum, In nouo fuit principio tota in Christo & discipulis eius, qui adeo visibiles erant, vt super eos visibiliter descẽderit Spir. S.

CAP. XI.

a *Luther libro de abrogãda missa priuata parte.* 1. Quis Ecclesiã nobis mõstrabit cum sit occulta in spiritu, & solùm credatur? sicut dicitur Credo Ecclesiam sanctam.

Caluin. 4. *Inst.* 1. § 7. Nobis inuisibilẽ solius Dei oculis cõspicuam credere Eccl. necesse est.

b *Calui. præfat. instit.*

c 4. *cap.* 8. *Instit.* CAP. 12. § 13. *Cal.*

d *v.* 4.

e *v* 14. *&* 55.

f *v.* 18.

g *v.* 5.

h *tract.* 1. *in ep. Ioan.*

i *v.* 2.

k *v.* 1.

l *In ea loca.*

m *sup.*

n *v.* 14.

o *libro de vnitate Eccl.* 14.

p *Actor.2.v.41.* deinde p additi sunt illis, vna die, ad tria millia per fidei confessionem, & baptismum, ac deinceps semper illi omnes, & soli habiti sunt de Ecclesia Christi, qui ad illos primos se adiunxerunt per Bapti. & fid. confess. & inde non exierũt per hæreses, aut schismata, vel excom.

Quartò, Ecclesia est societas hominum: sociari autem homines nequeunt, nisi se agnoscant, & copulentur externis, & visibilibus signis, vt ait q Aug.

q 19. *Cõtra Faustum.11.*

Quintò, volunt aduersarij Ecclesiam tempore Christi, solùm fuisse in Zacharia, Anna, Maria, & paucis aliis piis, at hi communicabant cum Pontificibus, in templo, sacrificiis &c. vel igitur malè faciebant communicando, in religione cum iis qui extra Eccl. erãt, vel malè faciunt Lutherani non communicando nobiscum, nec obediendo Papæ.

Sextò, tenemur sub periculo damnationis, nos adiungere Ecclesiæ veræ, capiti obedire, & cæteris communicare membris. vt patet r ex Cypr. ſ Hiero. & t Aug. at hoc fieri nequit si Ecclesia est inuisibilis.

Septimò, ex PP. *Ecclesia* (inquit Orig.) *plena est fulgore ab Oriẽte vsque ad Occidentem.* x Cypri. *Ecclesia Domini luce perfusa, radios suos per orbem terrarum spargit.* y Chrys. *Facilius solem extingui, quam Ecclesiam obscurari,* z Aug. *numquid digito ostendimus Ecclesiam fratres mei? nonne aperta est?*

r *De simplicitate Prælatorum.*
ſ *ep.1 ad Damas. de nomine Hypo.*
t *4. de baptis. 1.*
u *Homil. 30. in Matth.*
x *li. de vni. Eccl.*
y *Homil. 4. in 6. Isaiæ.*
z *tract. 1. in epist. Joan.*

SECVNDA PROPOSITIO.

Ecclesia visibilis deficere non potest.

CAP. XIII.

PRimò Ecclesia in scripturis dicitur columna veritatis, aduersus quam non præualeãt inferi portæ probatum est a autem nomine Eccl. in scriptura solùm visibilem intelligi. Secundò, ad Apostolos & discipulos, qui certè visibiles erant, dictum est a Christo, b *vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi.* cumque illi non

a *c. superiori in 1. argu.*
b *Matth. cap. & v. vlti.* ἐγὼ μεθ᾽ ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας, ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος.

essent hic perpetuò mansuri, sine dubio ad eorum successores ista extenduntur.

Tertiò, Apostolus *c* docet mãsura in Eccl. ministeria pastorum, & doctorum, donec occurramus in vnitatem fidei, & agnitionis filij Dei in virum perfectum, & mensuram ætatis plenitudinis Christi, id est, iuxta omnes, in nouissimis diebus, quando complebitur numerus electorum. At ista ministeria non possunt perpetuò exerceri, nisi se visibilibus signis pastores & oues permanenter agnoscant.

Quartò, Psal. 47. dicitur de Ecclesia visibili. *d Deus fundauit eam in æternum*, iuxta *e* Aug. & Isaiæ. 61. *f fœdus perpetuum feriam eis: g & scietur in gentibus semen eorum, & germen eorum in medio populorum: omnes qui viderint eos, cognoscent illos, quia isti sunt semen, cui benedixit Dominus.*

Quartò, *h* Area, ager, conuiuium, ouile, significant in Euangelio *i* Ecclesiam visibilem. At eædem parabolæ docent eam permansuram vsq; ad diem iudicij Math. 3. k *Ipse permundabit aream suam, & triticum congregabit in horreum suum, paleas autẽ cõburet igni inextinguibili*, quod non fiet ante diem iudicij. Item. *l Sinite vtraque crescere vsque ad messem*, m *messis autem consummatio sæculi est.* Et, *n sic erit in consummatione sæculi, exibunt Angeli, &c.*

Quintò, Regnum Christi est vera Ecclesia: non dicitur autem regnum, aliquot homines occulti, & separati ab inuicem, qui se non nouerũt, sed multitudo hominum congregatorum, qui se inuicem agnoscant: At regni Christi non erit finis, Lucæ 1. *o* Daniel. 2. *p* & Psal. 88. *q*

Sextò, ex *r* Origen. & Chrysost. *s* Aug. verò ita introducit Ecclesiam loquentem: *Quandiu ero in hoc sæculo? annuncia mihi propter illos qui dicũt, fuit, & iam non est &c. & annuntiauit, nec vacua fuit vox ista: quis annunciauit mihi nisi ipsa via? Quando annunciauit? Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi.* Nec dicas loqui de Ecclesia inuisibili, nam Donatistæ (quos hic Aug. impugnat) illam nusquam periisse admittebant. *t* Bern. *Nec* periit: hoc dicũt, qui in illa non sunt. O Impudentem vocem, illa, nõ est qa tu in illa nõ es. Vide ne tu idcò nõ sis, nã illa erit, etsi tu nõ sis.

c *Ephes. 4. v.* 11. 12. 13.
d *v.* 7.
e *in eund. psalm.*
f *v* 8. *quod caput. ipse Christus Lucæ. 4. intellexit de Eccl. noui Testam.*
g *v.* 9.
h *vide sup. ca.* 7.
i *Nam inuisibilis iuxta aduersarios non nisi bonos habet.*
k *v.* 12. διακαθαριεῖ τὴν ἅλωνα αὐτοῦ, καὶ συνάξει τὸν σῖτον αὐτοῦ εἰς τὴν ἀποθήκην. τὸ δὲ ἄχυρον κατακαύσει πυρὶ ἀσβέστῳ.
l *Matt.* 13. *v.* 30. ἄφετε συναυξάνεσθαι ἀμφότερα μέχρι τοῦ θερισμοῦ.
m *v* 39. ὁ θερισμὸς, συντέλεια τοῦ αἰῶνός ἐστι.
n *v.* 49.
o *v.* 33.
p *v.* 44.
q *v.* 36.
r *sup.*
s *In Psal.* 101. *conc.* 2. *Item ibid.* Sed illa Ecclesia quæ fuit omnium gẽtium, iam non est,
t *Sermon.* 79. *in Cantica.*

verbositate Philosophorum, nec cauillationibus Hæreticorum, nec gladiis persecutorum potuit ista, aut poterit aliquando separari a Charitate Dei. Ecclesia autẽ inuisibilis non impugnatur a cauillatione philosophor. &c. ergo de visibili loquitur.

Septimò, non possunt homines saluari, nisi veram ingrediãtur Ecclesiam. At si visibilis deficere potest, & sola maneat inuisibilis, quomodo in inuisibilem, quam ignorant, ingredi poterunt?

Octauò, de ratione veræ Ecclesiæ est, vt sit visibilis, sicut probauimus. *u* ergo si hęc perit nulla remanet Eccl.

u cap. 12.

Nonò, homines qui constituunt Ecclesiam inuisibilem vel profitentur exterius fidẽ suam, vel non. si prius, iam non erit Ecclesia inuisibilis. si posterius, cum non nisi mali sint, id est, nulli boni (non enim est bonus, qui fidem in corde quidem retinet, exterius autem impium profitetur cultum,) iam nulla erit Ecclesia.

TERTIA PROPOSITIO.

Ecclesia non potest errare.

CAP. XIIII.



IN duobus errare nõ posse fatetur Caluinus. primò si nõ proponat dogmata extra *a* Scripturam: quam tunc fideliter proponit, cum agitur de rebus necessarijs ad salutem. 2. si intelligatur de Ecclesiâ vniuersali, non autem repræsentatiuâ, idest episcopis solis.

a idest si reiiciat traditiones non scriptas.

At nostræ propositionis sensus est, id quod tenent omnes fideles tãquam de fide, siue habeatur ex scripturis, siue non similiter quod docent omnes episcopi ad fidem pertinẽs, necessario esse verum, & de fide, quæ posterior pars a nobis probata *b* est lib. 2. de Conciliis. *c.* Prior, probatur primo, 1. Tim. 3. *Eccl. Dei est columna, & firmamentum veritatis.* Quod autem respondet Caluin. ideò hoc dici, quia Eccl. est custos fidissima verbi Dei scripti, alibi est solutũ & facilè soluitur, tũ quia Paulus non meminit scripturarũ, tum quia vera Eccl. fuit columna verit. antequam essent scripturæ.

b c. 2. & 1.

c nempe de fidelibus omnibus.

Secundò. Ecclesia gubernatur à Christo, vt à sponso; & Spir.S. vt ab anima. Ergo si erraret Eccl. in dog. fidei, & morum, error Christo, & Spiritui sancto tribui deberet. Etsi *d* enim sponsus non teneatur remouere à sponsa omnem ignorantiam, tenetur tamen, si potest, omnem errorem, ex quo malum oriatur magnum. At magnum est malum, Ecclesiam falsa fide colere Deum.

Tertiò, Ecclesia est sancta. ista autem sanctitas in professione dogmatum consistit. Et proinde nihil Ecclesia poterit docere, nisi verum.

Quartò, si vera esset sententia Caluini, maxima pars dogmatum fidei reuocaretur in dubium: multa enim sunt minimè necessaria absolutè ad salutem, vt credere historias veteris Testamenti esse Canonicas, imò esse aliquas diuinas scripturas, *e* sine his enim sal⁹ esse potest.

d *hinc soluitur responsio Caluini quod non teneatur Christus remouere omnem næuum, sicut nõ tenetur omnem remouere ignorantiam.*

e *vide supr. lib. 4. de verbo Dei. cap. 4.*

Soluuntur argumenta pro inuisibilitate Ecclesiæ.

CAP. XV.



PRimò, Hier. 13. *Dabo legem meã in cordibus eorum, & ero eis in Deum*, &c. Item. *Venit hora, & nunc est quando veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu.* Quibus locis ita distinguitur status Testamenti veteris, à noui, vt hic in solo spiritu *a* sicut ille in sola litera consistat. Vide resp. supr. *b*

Secundò. c *Regnum Dei non veniet cum obseruatione, neque dicent, Ecce hic, aut ecce illic. Ecce enim regnum Dei intra vos est.*

Respon. Intelligi per regnum Dei vel ipsam gratiam iuxta Theophyl. vel vtrumque Christi aduentum. Interrogauerant enim Pharisæi. *Quando veniet regnum Dei, id est, Messiæ?* Respondit Dominus Messiam venisse: *Ecce enim* (inquit) *regnum Dei intra vos est*: & venturum: *Dicent vobis* (inquit) *Ecce hic, ecce illic, nolite exire: sicut enim fulgur, &c.*

a *& proinde totus inuisibilis.*

b *cap. 3. lib. 1. de verbo Dei, Certè si Dominus voluisset prohibere adorationẽ externo ritu & visibilem non adorassent post ascẽsionem, Apostoli eius Ioan. & Petrus in templo Hierosol. Actor. 3 vult ergo solum dicere, nõ adorabitis amplius aut ritu Samaritano aut Iudaico, sed Christiano.*

c Luc. 17. v. 20. οὐκ ἔρχεται ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ μετὰ παρατηρήσεως. v. 21. οὐδὲ ἐροῦσιν ἰδοὺ ὧδε ἢ ἰδοὺ ἐκεῖ. ἰδοὺ γὰρ ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ ἐντὸς ὑμῶν ἐστιν.

d v. 18 οὐ προσεληλύθατε ψηλαφωμένῳ ὄρει καὶ κεκαυμένῳ πυρί.

e v. 22. ἀλλὰ προσεληλύθατε σιὼν ὄρει καὶ πόλει θεοῦ ζῶντος, ἱερουσαλὴμ ἐπουρανίῳ καὶ μυριάσιν ἀγγέλων πανηγύρει.

Tertiò, Hæbr. 12. *Non* d *accessistis ad tractabilem montem, & accessibilem ignem, sed* e *ad Sion montem, & ciuitatem Dei viuentis, videlicet non tractabilem, alioquin nulla esset Antithesis.*

Respond. Per montem Sion, intelligi Ecclesiam triũphantem. Vult enim dicere homines Testam. veter. accessisse ad montem Syna corporeum, vt per corporeas quasdam imagines Deum viderent. At nos spe ad spiritualem, & supernam Hierus. vnde subiungit: *Et multorum millium Angelorum frequentiam.*

f v. 5. καὶ αὐτοὶ ὡς λίθοι ζῶντες οἰκοδομεῖσθε οἶκος πνευματικός.

g v. 12. πνευματικὰ τῆς πονηρίας ἐν τοῖς ἐπουρανίοις.

h v. 44.

Quartò, 1. Petri 2. f *Ipsi tanquam lapides viui superædificamini domus spiritualis.* &c. At hæc Domus est Ecclesia.

Resp. dici aliquid spirituale, primò secundum substãtiam. quomodo Ephes. 6. dicuntur g spirituales nequitiæ in cælestibus. 2. in ordine ad spiritum, quomodo 1. Corinth. h 15. dicitur corpus spirituale. Non priori autem, sed posteriori loquitur Petrus. Vult enim dicere, Eccl. non constare ex lignis, &c. sed hominibus Deo consecratis.

Quintò, Ecclesiam esse, est articulus fidei. Ergo creditur non videtur.

Resp. nos videre in Ecclesia cœtum illum hominum profitentium hanc religionem & fidem: Credere verò, hanc religionem & fidem, esse verè Christi: hoc est articulus fidei, illud, non.

Soluuntur argumenta, quibus probant Ecclesiam deficere posse.

CAP. XVI.



a 32. *Exodi.*

PRimò, initio mundi tota Ecclesia in Adam & Eua consistebat. At vterque apostatauit à fide.

Secundò, Aaron Pontifex summus a proposuit adorandum vitulum, & omnis populus clamauit: *Hi sunt Dij tui Israel.*

b 3. *Reg.* 19. *v.* 14. *&* 18.

Tertiò, *Relictus* b *sum* (inquit Elias) *ego solus, & Dominus ad eum, reliqui mihi septem millia virorum*, &c. qui certè occulti erant, alioquin eos cognouisset Helias, Ergo tota Ecclesia visibilis defecerat.

Quartò, ex locis *c* quibus Proph. conqueruntur omnes defecisse.

c Isaiæ 1. *v.* 3. *Hier.* 2. *v.* 26. 27

Quintò, *Transibunt dies multi in Israel sine Deo vero, sine sacerdote, & doctore, sine lege.* 2. Par. 15. v. 3.

Sextò, *Deficiet* d *hostia & sacrificium.* vtique in Ecclesia nostra. Item: *Filius* e *hominis cùm venerit, putas inueniet fidem in terra:* Et, *Nisi* f *venerit discessio primum &c.* Quare iuxta Hieremiam. *Nolite* g *confidere in verbis mendacij dicentes, Templum Domini, &c.*

d *Dan.* 9. *v.* 27.
e Luc 18. v. 8. ὁ υἱὸς ἀνθρώπου ἐλθὼν, ἆρα εὑρήσει τὴν πίστιν ἐπὶ τῆς γῆς
f 2. *Thess.* 2. *v.* 3.
g 7. *v.* 4.

Septimò, Concil. Basileense generale deposuit Eugē. IV. & elegit Fœlicem, soluto concilio, iterum irrepsit Eugenius in sedem, sine vlla electione canonica: eique omnes postea successerunt Papæ, quibus adhæsit Ecclesia tota. Ergo ab hinc tota defecit.

Oct. ex PP. *Male* (inquit *h* Hil.) *vos parietū amor cœpit, male Ecclesiam Dei in tectis, ædificiisque venerabimini, malè sub his pacis nomen ingeritis: montes mihi, & lacus, & carceres, & voragines sunt tutiores.* quibus significat, adeo fuisse suo tempore, obscuratam veram Ecclesiam, vt solum in tenebris. & cauernis inueniretur. Hieron. *Ingemuit* i (inquit) *totus orbus, & se Arianum esse admiratus est.* Basilius, *k* verò, & *l* Bernard. ita sui temporis Prælatorum vitia deplorauit, vt satis ostendant omnes in viam suam declinasse. Chrysost. *m* docet interdum nullum esse visibile signum, quo vera cognoscatur Ecclesia, & ideò tunc ad solas recurrendum scripturas.

h *libro contra Auxentium.*
i *Dialogo contra Luciferianos.*
k ep. 69. *&* 70.
l *serm.* 33. *in Cāt.*
m *homil.* 49. *in Matth.*

Ad primum res. 1. plus probare quam debeat, nimirū Eccl. omnem, id est inuisibilem quoque, defecisse. 2. tunc non fuisse Ecclesiam simpliciter (nec enim duo cōstituunt Eccl.) sed tantùm initium Ecclesiæ materiale, quia Adam primus omnium fuit de Ecclesia, & formale, quia fuit caput, Doctor, & Rector (dum vixit) populi Dei. Et quamuis errauerit malè viuendo, & sentiendo, non tamen alios docendo.

Ad 2. tunc Aaronem non fuisse S. Pont. creatus est enim postea Exodi 40. Sed caput Ecclesiæ erat Moses, nec Leuitæ adorauerunt vitulum. Et proinde neque tunc defecit caput. aut corpus Ecclesiæ totum.

Ad 3. negatur consequens. 1. quia loquitur Helias tantùm de populo Israel (vt patet *n* ex textu, id est, sub-

n *Nam in Isr. contendebat pro religione Elias, vnde non dixit* 3. *Regum* 19. *v.* 18. Reliqui mihi 7. millia, &c. *In Iuda, aut simpliciter: sed* Reliqui mihi in Israel.

iecto Regi Samariæ idololatræ. Et constat eodem tempore regnasse in Hierusalem Asa, ac post eum Iosaphat optimos reges,& sub ipsis fuisse in Hierusalem populũ, & Sacerd.manifestissimè in vera religione persistẽtes.2. quia etsi omnes Iudæi defecissent,non tamẽ omnis Eccl. visibilis defecisset: extra enim populum Iudaicũ, inueniebantur multi fideles, vt Cornelius Centurio, Eunuchus Candacis Reginæ. &c.

Ad 4. resp.sup. *o* Ad 5. resp. 1. hæc dici de regno Israel, non Iuda. 2. fortasse intelligenda esse de tempore inter Iudæos, post Messiæ aduentum. Nunc enim sunt sine Deo, sine sacerdote, &c.

Ad 6.testimonium 1. resp. etsi *p* Hilar. Hyppol. *q* & Apollin. illud intellexerint de tempore Antichristi: tamen sine dubio intelligendum esse, de euersione Hier. & cessatione sacrificij Iudæor.tùm quia ita exponunt *r* Tertull. *s* Clem. Alex. *t* Euseb. Chrysost. *u* Theoph. *x* Hieron.Aug. & comunis Hebr. opinio.tum quod euidenter ex Euang. colligitur. Matth.21. *y* *Cum videritis abominationem desolationis, quæ dicta est à Daniele Propheta stantem in loco sancto*,id est,vt habet Luc. z *Cum videritis circundari ab exercitu Hierusalem, tunc scitote quia appropinquauit desolatio eius: tunc qui in Iudæa sunt, fugiant ad mõtes*

Ad 2. vel loqui Dominum *a* de eximia quadam fide, quæ in paucis nunc,in paucissimis tunc reperietur: vel tantum *b* velle dicere,paucos futuros fideles tempore Antichristi,non tamen nullos,aut adeo paucos vt Ecclesiam non constituant. Ad 3. præter ea quæ alibi *c* dicta sunt, illud intelligi etiam posse de discessione quidẽ ab Ecclesia, non tamen omnium,sed multorum: vel si omnium, occultorum tantum hæreticorum. Porro nos non gloriamur in templis,& successione Episcoporum, ac sede Apostolica secundum se, sed propter Christi promissionem, qualem nusquam habuerunt Iudæi.

Ad 7. Eugen.nusquam fuisse depositum à Pontif.nec enim Basil.Conc.(de quo *d* sup.)talẽ potestatẽ habebat.

Ad 8. loqui Hilarium de Ecclesia Mediolanensi tantùm,velleque dicere non esse credendum Auxentio, etiamsi Episcopus videretur, ac in templo concionaretur: vel Ecclesiam quidem interdum obscurari multitu-

o 2. de Concil. c. 6. ad 1. arg.
p can. 25. in Matthæum.
q apud Hieron. in 9. Dan.
r libro contra Iudeos c. 5. alias 8.
s 1. Stromat.
t 8 Euangel. demonstr. 2. 1
u in 24. Matth.
x epist. 80
y v. 15. ὅταν ἴδητε τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως τὸ ῥηθὲν διὰ Δανιὴλ τοῦ προφήτου ἑστὼς ἐν τόπῳ ἁγίῳ.
z 21 v. 20. ὅταν ἴδητε κυκλουμένην ὑπὸ στρατοπέδων τὴν Ἱερουσαλὴμ τότε γνῶτε ὅτι ἤγγικεν ἡ ἐρήμωσις αὐτῆς. v. 21. τότε οἱ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ φευγέτωσαν εἰς τὰ ὄρη
a ita exponit Hieron. Dial. contr. Lucifer. & Aug. de vnit. Eccl. capit. 13.
b ita Theophyl.
c lib. 3. de summ. Pont. cap. 2. ad 2. arg.
d lib. 2. de concil. c. 19. ad finem.

dine ſcandalorum, ſed ita tamen vt in ſuis conſtantiſſimis emineat membris, ſicut illo tempore Hilarij in Iulio, Athan. Euſebio Vercellenſi, Damaſo, Ambroſio, & c. Hieron. verò vocauit orbem, Conc. Ariminenſe per figuram intellectionis, Arianumque vocat abuſiuè, eò quod in eo Concilio quamplurimi Epiſcopi decreuerint tollendum eſſe nomen ὁμοούσιος, quia tamen id fecerunt per ignorantiam, neſcientes quid propriè ſignificaret, decepti ab Arianis. non fuerunt hi Epiſ. hæretici niſi materialiter. Baſilius aduerſus Epiſcopos Arianos loquitur, ob quorum infeſtationem deplorat miſeriam Eccleſiæ. Bernard. non reprehendit vitia doctrinæ, ſed morum. Et ipſe ſerm. 66. in cantica refellit ex inſtituto Apoſtolicos hæreticos aſſerentes malos Epiſcopos non eſſe Epiſcopos. Quæ ex Chryſ. producuntur ſunt ex opere imperfecto in Matthæum, quod vel deprauatum fuit ab Arianis, vel ab authore Ariano editum.

Soluuntur Argumenta hæreticorum, quo probant Eccleſiam errare poſſe.

CAP. XVII.



Rgum. in paſſione Chriſti non ſolum Sacerdotes omnes damnauerunt *a* eum, ſed etiam omnis populus clamauit, *b* Crucifige eum. Et Apoſtoli omnes fidem amiſerunt, quod probatur 1. Ex Matth. 26. *c* *Omnes vos ſcandalum patiemini in me.* & Marci *d* vlt. *Exprobrauit incredulitatem eorum.* 2. Ex Alexandro *e* Alenſi, & Ioan. *f* Turrecr. qui in ſola virgine Maria fidem remanſiſſe contendunt: vt ſignificatur illa vna candela, quæ ſola accenſa conſeruatur ante Paſcha in officio nocturno.

Sed quantum ſpectat ad huiuſ. ſacerdotes, ſup. *g* reſponſum eſt. Populus autem ille non cõprehendebat omnes Iudæos. Nam in Hieruſ. erant Nicod. Ioſeph ab Arim. & multi alii quibus hoc diſplicebat, quãplurimi etiam per orbem diſperſi, qui nihil audierant de Chriſti

a *Mar.* 14. *v.* 64.
b *v.* 13. & 14. *Mar. cap.* 15.
c v. 31. πάντες ὑμεῖς σκανδαλισθήσεσθε ἐν ἐμοὶ ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ.
d v. 14. ὠνείδισε τὴν ἀπιστίαν αὐτῶν.
e 3. *p. q. vlt. ar.* 2.
f *de Eccl.* 30. & *lib.* 3. *cap.* 61.
g 2. *de Concil.* 8. *ad* 2. *arg.*

accusatione, & proinde in vera fide manebant. Ad illud de Apostolis, dico. 1. tunc non fuisse, nisi Episcopos designatos, & proinde solùm materiales Ecclesiæ partes quæ errare possunt. 2. neque tunc constituisse solos Ecclesiæ corpus. Nam status Ecclesiæ Christianæ cum obligatione ingrediendi in eam cæpit tantùm in die Pentecostes. 3. non esse probabile Apostolos tunc amisisse fidem. Nam non leguntur reprehensi nisi de fide resurrectionis, quam amittere non potuerunt, cum illam non habuerint antea, nec enim intelligebant quæ de ipsa dicebantur illis à Christo, vt constat ex Luc. 18.
h V. 34. *h* & Ioan. 20. *i* Deinde rogauerat *k* Christus antea pro
i V. 9. firmitate fidei Petri, quomodo ergo probabile est eadē
K Luc. 22. v. 32. nocte Petrum fidem amisisse? Denique charitas non est
l Ioan. 19. & 20 sine fide. At illo triduo Magdalena *l* flagrabat ardentiss. charitate. Ergo non in sola Virgine remanserat fides. Ad. 1. probationem resp. locum Math. intelligendum esse de peccato, quod Apostoli commiserunt fugiendo, & nimis timendò ac [fortè] vacillando in fide, citra absolutum iudicium, siue deliberationem. Marcus verò non significat amisisse fidem, sed tardos fuisse ad credendum, quod nondum crediderant, scilicet resurrectionem.

Ad. 2. deceptos fuisse huius. authores maximè Turrecrem. qui asserit esse contra fidem vniuersalis Ecclesiæ, ob illam vnam candelam, contrarium asserere. 1. quia *m*
m 5. Diuinor. officior. 26. Rupertus testatur tempore suo consueuisse extingui *n*
n Cap. 28. ac per cætera lumina, quæ paulatim extinguebantur, significari Prophetas, quos diuersis sæculis Iudæi occiderunt, & occidentes, sibi tenebras faciebant, per vltimam candel. Christum. Deinde nouum ignem accendi solitum, significans nouum lumen Christianor. ex lapide Christo à Iudæis percusso ortum in mentibus nostris. 2. dici potest ideò illa significari candela B. Virginem, quod in ea sola fuerit explicita Resurrectionis fides. Et certè intelligi nequit quomodo tot dispersi per mundum, qui nihil de Christo audierant, & ante eius passionem, fidem habebant, ilicò in passione illam sine sua culpa amiserint. Quod tamen necesse est asserere si in sola Virgine fides remansit.



LIBER QVARTVS, QVI EST DE notis Ecclesiæ.

Refellitur sententia hæreticorum.

CAP. I. ET II.



Ractationem de notis Ecclesiæ vtilissimam esse hinc constat, quod per eas vera dignoscatur Ecclesia, in *a* qua sola est salus. CAP. I.

CAP. 2.

Lutherus *b* septem notas proponit. Primò veram, & incorruptam Euangelij prædicationem. 2. legitimam baptismi administrationem. 3. legitimum Eucharistiæ vsum. 4. legitimum vsum clauium. 5. legitimam ministrorum electionem, qui doceant, & Sacramenta ministrent. 6. orationem publicam, & psalmodiam, ac Catechismum lingua vernacula. 7. Mysterium crucis

a *Cyprian. de simplicit. prælat.* Cum Deo manere non possunt, qui esse in Ecclesia Dei vnanimes noluerunt: ardeant licet flammis, & ignibus traditi, vel obiecti bestiis animas suas ponant, non erit illa fidei corona, sed pœna perfidiæ: occidi talis potest: coronari non potest.

b *Lib. de Conc. & Eccles.*

idest tribulationes intus nimirum mæstitiam, pusillanimitatem, terrores, & extus, videlicet paupertatem, contemptum, pro hæreticis haberi, &c.

Confessio *c* Augustana & Caluinus *d* duas tantum proponunt, scilicet prædicationem sinceram verbi Dei & sincerum vsum sacramentorum. quæ reuocari possunt ad quinque primas Lutheri.

Centuriastæ *e* duas addunt nimirum constantiam in fidei confessione, Et obedientiam erga ministros verbi quatenus verbum administrant, sed comprehenduntur hæ duæ in 5. & 7. Lutheri.

Refellitur Prima Lutheri, primò, quia notæ, quibus aliquid facilè dignoscatur, debent illi esse propriæ & secundum rem, & secundum communem opinionẽ. *f* vt patet. Sed nulla est secta, quæ se non asserat habere puram Euangelii prædicationem. Quomodo ergo per huiusmodi prædicationem poterit cognosci quæ sit inter omnes sectas vera Ecclesia? 2. notę debent esse notiores re cuius sunt notæ. At notior est Ecclesia prædicatione verbi. Non enim aliunde scimus, quæ sit vera prædicatio verbi, quam per Ecclesiam vt docent *g* Iren. & *h* Tertull. Deinde ita volunt aduersarii prædicationem verbi esse notam, Eccles. vt simul velint requiri eius receptionem, idest credatur. At nobis ignoti sunt qui verè Euangelio credunt.

Obiicitur primò *i* *oues meæ vocem meam audiunt.* Ergo ibi Ecclesia, vbi auditur verbum Dei.

Secundò, Ecclesia mundatur verbo Ephes. 5. v. 26. Item. *Vos* k *mundi estis propter sermonem quem loquutus sum vobis.* & Euangelium, *virtus Dei est in salutem omni credenti.* Rom. 1. v. 16.

Tertiò, l *vbi sunt duo vel tres congregati &c.* Quartò, *illos dixit Deos, ad quos sermo Dei factus est.* Ioan. 10. v. 35.

Quintò, *Qui ergo* (inquit *m* Chrysostom.) *vult cognoscere quæ sit vera Ecclesia Christi, vnde cognoscat nisi tantum per scripturas?* Aug. n *In scripturis* (inquit) *didicimus christum, in scripturis didicimus Ecclesiam.* similia

c *Artic.* 6.
d *Instit.* 4. *cap.* 1. §. 10. *&* 11.
e *Centur.* 1. *lib.* 1. *cap.* 4. *col.* 157. *&* 164.
f *Nec enim per ea quæ non sunt alicui propria, sed cum aliis cõmunia poterit ab illis discerni, & cognosci.*
g 3. *cap.* 2.
h *De præscript.* Quid prędicauerint Apost. et quid illis Christus reuelauerit, & hîc præscribã non aliter probari debere, nisi per easd. Ecclesias quas ipsi Apostoli condiderunt. *Ratio est quod non nisi ab Ecclesia habeatur quis verus sit sensus script. vide supr. l.* 3. *de Verbo Dei.*
i *Ioan.* 10. *v.* 27.
k *Ioan.* 15. *v.* 3. l *Math.* 18. *v.* 20. m *Homil.* 49. *in Math.* n *Epistol.* 166.

habet etiam lib. de vnitate Ecclesiæ cap. 2. & *o* tertio Sextò, verbum Dei est efficax, ergo vbicumque prædicatur, ibi est aliqua vera Ecclesia.

Ad primum resp. *p* ibi agi de electis: cumque nesciamus, qui sint, siue qui audiunt perseueranter verbum Dei: neque id poterit esse nota Ecclesię.

Ad. 2. his locis tantùm haberi quid boni inuisibiliter Deus suæ contulerit Ecclesiæ: inuisibile autem non est Ecclesiæ nota.

Ad. 3. non demonstrare vbi sit Ecclesia, sed vbi Christus. vbi enim est vera Ecclesia, ibi est Christus.

Ad. 4. resp. 1. per Deos, intelligi solos principes, *q* quibus Deus aliquid commisit. 2. non sufficere prædicari verbum, sed debere (iuxta aduersarios) credi, fides autem est inuisibilis.

Ad. 5. etsi Ecclesia absolutè sit notior scriptura, tamen interdum posse fieri, (nimirum quando scriptura est clara & recepta, & quæstio oritur de Ecclesia hac vel illa) vt Ecclesia per scripturam probetur, non tanquam per notam, sed quia docet scriptura quæ sint Ecclesiæ notæ. Et hoc solùm velle testimonia allata.

Ad. 6. resp. 1. solùm probare ad summum, vbi prædicatur verbum, esse aliquos bonos: verùm non nouimus illos. 2. verbum semper fructificare, quando legitimè prædicatur. hoc autem nequit cognosci nisi per Ecclesiā verā: & proinde quæ iam præsupponitur manifesta.

Secunda 3. 4. 5. nota iisdem refellitur arg. quibus prima. Deinde Ecclesia Corinthiorum tempore Pauli, & Africana tempore Cypriani vera *r* erat Ecclesia: & tamen illi: *ſ* circa vsum Eucharist. hi verò Baptismi non mediocriter errabant.

Sexta, si loquatur de interna inuocatione: cum hæc sit inuisibilis, non erit nota: sed neque si de externa, cū sit communissima. nam omnes sectæ huius temporis dicunt orationem dominicam, & canunt psalmos lingua vernacula.

Septima refellitur, quia internæ tribulationes sunt inuisibiles: adde pusillanimitatem esse vitium: & regnū Dei esse *t* gaudiū, in Spir. S. externæ non sunt perpetuæ: nam in principio, & fine Ecclesia tribulationes

o Nolo hominis documentis, sed diuinis oraculis sanctam Ecclesiā demonstrari.

p *Vt exponit Aug.*

q *Hoc est enim ad eos fieri sermonem.*

r *Vt docent Aug. 6. cap. 7. de Baptis. & Hiero. contra Luciferianos.*

ſ *1. Corinth. 11.*

t *Ephesior. 5. v. 19. Coloss. v. 16. Philipp. 4. v. 4.*

patitur, at in medio florentissima extat.

u *Apud Euseb.* 5. *cap.* 18. *histor.* x *Apud Epiph. hæres.* 80. y *Apud Aug. ep.* 168, viuebant (*inquit*) vt latrones, honorabantur vt martyres. z *Serm.* 66. *in Cant.*

Prima Centuriat. impugnatur primò, quia non nisi ex Ecclesia vera, constat quæ sit vera fidei confessio. 2. multæ sunt sectæ, quæ de suis martyribus gloriantur, vt Montanistar. *u* Massilianor. *x* Donatistarum *y* Anabaptistar. tempore Bernardi *z* & nostro. Ecclesia etiã catholica innumerabiles habet martyres. Lutherana verò suæ confessionis paucissimos. quomodo ergo per id dignoscetur Ecclesia vera?

Prima vera nota Ecclesiæ ipsum nomen, Catholicum.

CAP. III. ET IIII.

CAP. III.



OBseruandum est Primò, aliud esse euidenter verum, aliud euidenter credibile. Illud est, quod in se, vel in suis principiis videtur: hoc, quod neutro videtur modo: habet tamen tot, & tam grauia testimonia vt quilibet vir sapiens id meritò credere debeat.

a *Psal.* 92. *v.* 7.

Secundò, nos non velle Ecclesiæ notas (quas afferimus) facere simpliciter, ac omnibus euidentiam veritatis: alioquin nulli inuenirentur illas negantes: facere tamen euidentiam credibilitatis, iuxta illud: *Testimonia* a *tua credibilia facta sunt nimis.*

Tertiò, recipientibus scripturas diuinas, historias, & PP. facere euidentiam veritatis, hoc enim est euidenter verum, quod euidenter deducitur ex principiis certis.

CAP. IIII.

Etsi autem veræ notæ Ecclesiæ variæ à variis numerentur. 15. nos producemus, quæ facilè ad illa quatuor Symboli vnam, sanctam Catholicam, & Apostolicam reuocari poterunt.

Prima est ipsum nomen Catholicæ Ecclesiæ, & Christiano-

ſtianorum. [Hoc enim eſt notiſſimum, vt patet] item, & propriiſſimum veræ Eccleſiæ, ſicut docent PP. Auguſt. lib. contra epiſtolam fundamenti c. 4. Cyrill. catech. 18. *Si iueris in aliquam vrbem, non petas vbi ſit Eccleſia, vel domus Dei, nam etiam hæretici dicunt ſe habere domum Dei & Eccleſiam: ſed petas, vbi ſit catholica Eccleſia. Id enim nomen proprium eſt huius ſanctæ Eccleſiæ, matris omnium noſtrum.* b Pacianus: *Certè* (inquit) *non eſt ab homine mutuatum, quod per ſæcula tanta non cecidit. Catholicum iſtud, nec Marcionem nec Appellem, nec Montanum ſonat: nec hæreticos ſumit Authores.* Iuſtinus c docet ſectas prauas denominari ab hęreſiarchis. At d vt (inquit Athanaſ.) *numquam populus* (Scilicet Dei) *ab Epiſcopis ſuis, ſed à Domino in quem creditum fuit, nomen accepit. certè à Beatis Apoſtolis præceptoribus noſtris appellationes adepti non ſumus, ſed à Chriſto Chriſtiani ſumus, & nuncupamus: illi verò qui aliunde originem ſuæ fidei deducunt, meritò authorum ſuorum cognomenta præ ſe ferunt &c.* e Chryſoſtom. f illi habent (inquit) quoſdam à quibus appellantur, prout enim hæreſiarchæ nomen, ita & ſecta vocatur, nobis autem nullus vir nomen dedit, ſed ipſa fides. Hieron. contra Luciferianos in fine: ſicubi audietis eos qui dicuntur Chriſtiani, non à Domino Ieſu Chriſto, ſed à quocumque alio nuncupari, vt Marcionitas, Valentinianos: ſcito Eccleſiam non Chriſti, ſed Antichriſti eſſe ſynagogam.

Obiiciunt, nos vocari Papiſtas, & Romanenſes. Sed hæc quamuis ſint honorabilia nomina, à quibuſnam taliter vocamur, niſi â ſolis Lutheranis, & Caluiniſtis? non enim ita in Aſia Africa Indiis Gręcia, Italia, Hiſpania &c:


b *Epiſt. ad ſympronianum.*
c *In Triphone.*
d *Serm. 2. contra Arianos pag. 1.*
e Illi verò, qui aliunde originem ſuæ fidei deducunt: meritò authorum ſuorũ cognomenta, vt ad quos pertineant, præ ſe ferunt.

οὐδέποτε γὰρ λαὸς ἀπὸ τῶν ἐπισκόπων ἔσχε τὴν ἐπωνυμίαν, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ κυρίου εἰς ὃν καὶ τὴν πίστιν ἔχομεν. τῶν γὰρ μακαρίων ἀποστόλων, διδασκάλων ἡμῶν γενομένων, καὶ διακονησάντων τοῦ κυρίου εὐαγγέλιον, οὐκ ἐξ ἐκείνων ἐκλήθημεν, ἀλλὰ ἀπὸ τοῦ χριστοῦ χριστιανοὶ, καὶ ἐσμὲν καὶ ὀνομαζόμεθα· οἱ δὲ παρ' ἑτέρων ἔχοντες τὴν ἀρχὴν ἧς νομίζουσι πίστεως, εἰκότως ἔχουσι καὶ τὴν ἐπωνυμίαν, ὡς αὐτῶν γενόμενοι κτῆμα.

NOTA SECVNDA,

Antiquitas.

CAP. V.



Anc esse Ecclesiæ notam patet, Quod sine dubio: Ecclesia antiquior manifestè est vera: sicut enim dicitur catholica, quia omni tempore fuit, ita & Apostolica quia ab Apostolis fundata: & proinde antiquissima. Nostram autem esse *b* antiquiorem omnibus hæreticorum sectis facilè probatur. Nam est illa ipsa quam instituit Christus. Siquidem in omni mutatione insigni religionis semper ista sex demonstrari possunt. Primò *c* author eius. Secundò dogma aliquod nouum. Tertiò tempus quo cæperit. Quartò locus vbi cœpit. Quintò, quis eam oppugnauerit. Sexto exiguus aliquis cætus, vnde paulatim aliis accedentibus creuerit. At nihil horum aduersarij vnquam de nostra Ecclesia, post Apostolica tempora demonstrare potuerunt. Nusquam enim nobis obiecerunt authorem nostræ sectæ, aut ab aliquo particulari homine nos appellauerunt, non solum nusquam ostenderunt originem, post Christum, dogmatis nostri, sed Centuriatores in singulis *d* Centuriis annotant, qui authores defenderint nostra dogmata, nec originem inueniunt nisi Apostolorum tempore. Nam Iustinum & Irenæum inter eos numerant, quos constat vicinos Apostolorum temporibus. nusquam ostendere potuerunt tempus certum nostræ defectionis ab Ecclesia & quo loco cæperit. Nam post 500. annos, quo dubitanter dicunt incepisse, floruit Gregorius magnus cum quo totus orbis Christianus *e* communicauit. Quis eam oppugnauerit non habent,

a *Vnde Math 13. legimus prius bonum seminatum semen quã zizania.*

b *Esse antiquiorem omnium cõuenticulis paganorum, imò nostram scripturã esse ipsis gentiliũ diis antiquiorẽ demõstr at Tert. in Apologetico c. 19. & 20. Aug. 18. Ciuit. 37. & 38.*

c *Hæc omnia in mutatione status Ecclesiæ eiusdem à Christo inueniuntur. author, Christus dogma, de Trinitate, & incarnatione, tempus, 15. Tyberij an: locus, Iudæa oppugnatores Pharisæi ac gentiles, & certum est initio fuisse pauciores Christianos quam deinceps.*

d *cap. 4. cap. autem 5. enumerant cuiuslibet hæreses sæculi, nec vllam annotarunt excogitatam à Romanis Pontificib. sed potius condenatas ab eis*

e *Vt epist. eius ad omnes missas prouincias intelligi potest.*

proferunt quidem, Concil. Constantinopolit. sub Copronymo: sed illud illegitimũ, & impium fuisse, *f* supra probatum est. Deinde non damnauit nouum dogma sed antiquum de imaginibus honorãdis. Multò autem plures adhæsisse Romano Pontifici semper quam quibuscunque sectis, satis constat ex epist. summorum Põtificum, ad diuersas orbis partes, & ex historicis. Hoc argumento ab antiquitate vsi sunt Tertull. de præscrip. *Quis estis vos* (inquit) *unde, & quando venistis? vbi tandiu latuistis?* Optatus. 2. contra Parmen. *vestræ cathedræ originem ostendite, qui vultis vobis sanctã Ecclesiam vendicare.* Hilarius. 6. de Trinit. ante medium Hier. ep. ad *Pammachiũ, & Occeanum. Quisquis es assertor nouorum dogmatum, quæso te vt parcas Romanis auribus, parcas fidei, quæ Apostolico ore laudata est. Cur post quadringentos annos docere nos niteris, quod ante nesciuimus? vsque in hanc diẽ sine vestra ista doctrina Christianus mundus factus est.* Aug. contra epist. fundamen. 4. ponit antiquitatem inter Ecclesiæ notas.

f 2. *De Conciliis cap.* 8.

Obiiciunt *g* primò, Ismael fuit senior Isaac, & tamen dictum est eiice Ancillam, & filium eius. Ergo inuictũ nequit ab antiquitate duci argumentum.

g *Calu.* 4. *Institi.* 2. § 3.

Respondeo Ismael non fuisse figuram falsæ religionis *h* sed solum Testamenti veteris, boni quidem in se. Sed quia seruorum erat, qui timore ducuntur, debuit & succedere testamentum nouum.

h *Galat.* 4. *v.* 24

2. non posse ideò ostendi authorem tempus &c. quo cœperit nostra mutatio, non quod nõ sit noua: sed quia paulatim irrepserunt errores dormientibus pastoribus.

Resp. etiã mutationes alias non factas fuisse simul, vt patet de Luthero: qui initio nõ nisi indulgẽtias negabat. Neq; dicuntur in *i* Euãg. zizania nata dormiẽtibus hominib⁹, sed seminata: Et tamen scimus quo authore, quo tẽpore, &c. hæreses cæperint, & mox vt nata apparuerũt zizania, fuere cognita. Quomodo ergò per mille annos detecti non fuerunt errores, si qui sint in nobis?

i *Math.* 13. *v.* 25.
k *Ita Magdeburg. Centur.* 7. *cap.* 1.
l 2. *De Roman. Pont. à cap.* 12. *& deinceps (ac specialiter dumtaxat.* 17.) *quibus probatur primatus Papæ*

3. *k* Insignem mutationẽ factam fuisse quando R. Põt. obtinuit à Phoca, dici caput Episc. aperuitque Pantheon, templum videlicet omnium Deorum.

Sed præter id quod hac de re *l* alibi dictum est. Concil. 6. generale, quod aduersarii vt SS. recipiunt, post tẽ-

m *Vt etiã prolixe describunt Centur. Centuria.7.cap.9*
n *Vide infra. lib.1.de Ecclesia triumphante* 19
o *Caluinus præfat. instituti.*
p 3. *de Bapt.* 2.
q *Vide supr. lib.* 3.*de Eccl. milit. cap.*13.

pora Phocæ celebratum est: huius autẽ præcipuæ partes fuerũt *m* Agath. P. Porrò Pantheon non fuit apertũ omnibus diis, sed dedicatum Deo in memoriam sanctorum: quodquidem non erat nouum. Cùm antea Romæ haberentur templa S. Petri, Pauli, Laurentii, Sebastiani & inuocatio Sanctorum longè *n* præcesserit.


Quod autem *o* dicunt suam Ecclesiam non esse nouam, sed illam ipsam quam fundauit Christus, quæ per multa sæcula non apparuit, sed nunc repentè visa est, conuellitur. Primò, Argumento Diui *p* Augustini. Nam aut ista Ecclesia quæ nunc apparuit ante perierat, & nunc resurrexit, aut solùm latuerat, & nunc extulit caput. non prius, quia quomodo potuisset renasci, si mater eius perierat? Deinde *q* promissiones Christi pro Ecclesia sua contrarium docent. Si posterius, vel ipsa Ecclesia latens, suam profitebatur fidem, vel non. Si prius: ergo non latebat. Si posterius: ergo non erat vera Ecclesia: quia iuxta aduersarios est nota Ecclesiæ, fidei confessio. 2. fuisset Ecclesia Christi miserabilior omni secta impia. nam, nulla fuit hæretica, quæ non sua habuerit templa, & ritus apparentes. Iudæi etiam post Christum, semper aliquas habuerunt Synagogas, nec vsquam coacti generaliter Deos alienos adorare. At Ecclesia per mille annos, nec quidem angulum terræ habuisset quo suam exerceret religionem, & coacta seruisset diis alienis.

NOTA TERTIA.

Duratio diuturna nusquam interrupta.

CAP. VI.

a *Dan.* 2. *v.* 44.
b 2. *Timo.* 3. *v.* 9. ἐπὶ πλεῖον προκόψουσιν. *non Proficient ad plurimum.*
c 4. *Ep.* 2.



Am Ecclesia dicitur, a *Regnum quod in æternum non dissipabitur.* At hæretici, b *vltra non proficient* (inquit Paulus) & schismatici semper initio feruent teste *c* Cyprian. sed incrementa habere non possunt. Ecclesia autem nostra durauit ab initio mundi, vel si de statu noui Te-

stamenti loquamur à Christo vsque huc, oppugnantibus Iudæis, paganis, hæreticis. ex quorum *d* persecutionibus creuit, & eleuata est, regna vero temporalia fuêre destructa. sicut aquæ diluuij obruebant facilè regum palatia, arcam verò Noe magis, ac magis attollebant. Nam si nostra Ecclesia, non est illa Christi antiqua: ergo periit omninò aliquandò vera Ecclesia. Siquidem ante Lutherum erant solùm in mundo hæ sectæ Paganismus, Iudaismus, Mahumetismus, Græcismus, Nestorianismus, Hussitarum hæresis, & Romana Ecclesia. fatentur aduersarii nullam harum (præter Romanam) fuisse veram Ecclesiam. Ergo Romana erat vera Ecclesia. At Lutherani vix nati arescere cæperunt. Cæpit enim regnum Lutheri an 1517. Surrexit autem Zuinglius. 1525. post duos alios annos Anabaptistæ, qui maiorem Lutheranorum partem ad se traxerunt. Qui verò Lutherani manserunt, adeò mutarunt doctrinam Lutheri vt vix iam inueniantur puri Lutherani. Zuinglius non diu regnauit. Nam ann. 1538. Surrexit Caluinus, qui ita breui inualuit, vt vix pauca quædam oppida Heluetiorum Zuinglianis reliquerit. Ipsi quoque Caluinistæ per libertinos in Gallia, Puritanos in Anglia, Trinitarios in Polonia, & Samosatenos in Transyluania quotidiè magis minuuntur.

Ergone, *Dubitabimus* f (inquit August) *nos illius Ecclesiæ concedere gremio, quæ ab Apostolica sede per successiones Episcoporum frustra hæreticis circumlatrantibus culmen authoritatis obtinuit.* g *Breuem, apertámque animi mei sententiam proferam, in illa Ecclesia permanendum quæ ab Apostolis fundata, vsque ad diem hanc durat ait Hieronym.*

d Non minuitur persecutionibus Ecclesia (*inquit Leo. 1. ferm. 1. de ss. Petro & Paulo*) sed augetur & semper Dominicus ager segete ditiore vestitur, dum grana, quę singula cadunt multiplicata nascuntur.

c *Ante Lutherũ numerantur 200. hæreticorum diuersissimæ familiæ quarum nihil superest nisi reliquiæ Nestorianorum. Et Eutychianorum in Oriente Hussitarũ in Bohemia.*

f *De vtilitate credendi. ca. 17.*

g *Hieron. in extremo dialogo aduersus Luciferianos.*

NOTA QVARTA

Amplitudo, siue multitudo, & varietas credentium.

CAP. VII.



IN qua hæc consideranda sunt. 1. debere *a* amplecti omnia loca, & hominum genera. 2. *b* non requiri vt sit Ecclesia Catholica in omnibus hominibus totius mundi, sed tantùm vt innotescat omnibus prouinciis, ac in omnibus fructificet. 3. *c* non requiri vt hoc fiat simul, sed sufficere fieri successiuè. 4. nihilominus debere Ecclesiam nunc fuisse, vel esse in maiori orbis parte. Ecclesia enim, omnium consensu, iam senuit. Si ergo in Adolescentia sua non creuit, quomodo in senectute crescet?

Iam verò nostram Ecclesiam hanc habere amplitudinem, probatur. Tempore Apostolorum fructificare cæpit in toto mundo teste Paulo Coloss. 1. *d* tempore Irenæi *e* erat per vniuersas prouincias tunc cognitas sparsa. idem testantur de suo tempore *f* Tertull. *g* Cyprian. Athanas. *h* Chrysost. *i* August, *k* Gregor. *l* Bernard. *m* Denique nostro tempore habet Ecclesia Romana Catholicos suos in Hispania, Italia, Gallia Germania, Anglia, Polonia, Bohemia, Hungaria, Græcia, Syria, Æthiopia, Ægypto: & ad Orientem, sine adiunctione hæreticorum, in Indiis: ad Occidentem in America, ad meridiem in Brasilia, ad Septentrionem in Iaponia. At secta Mahumeti cum hæresibus Nestorii, & Eutychetis, quæ adhuc in Oriente vigent, nunquam transierunt ad Occidentem. Lutheranorum verò, nusquam Asiam, Africam, Ægyptum aut Græciam viderunt. Itaque Pulchrè *n* Augustin. ait Ecclesiam esse vbique, hæresim vbique. Sed Ecclesiam vbique eandem, hæresim verò diuersissimam: ita vt raro inueniatur ciuitas, quæ ab vna aliqua

a *Ita explicat quid sit esse catholicum Vincentius Lyrinēsis in suo commonitorio.*
b *Ita Aug. ep.* 80.
c *ita Driedo.* 4. *cap.* 2. *par.* 2. *de Eccl. dogmat.*
d *v.* 6.
e 1. *cap.* 3.
f *Lib. contra Iudæos cap.* 3.
g *De vnit. Eccl.*
h *lib. de humanitate verbi.*
i *Et Hier. in* 24. *Mathæi.*
k *Ep.* 78. & 80.
l *In Epistol. ad diuersos diuersarum nationū Episc. apud authorē vitæ eius*
m *lib.* 2. *cap.* 7.
n *lib. de pastor. cap.* 8.

secta possideatur tota. Sunt enim hæreses, velut sarmenta præcisa, quæ manent, vbi cadunt cùm præciduntur: Ecclesia verò sicut vitis viua, quæ palmites suos vbique extendit. Nec sperare debent hæretici sectam suam aliquãdo orbem totum occupaturã: non enim nunc Eccl. debet accrescionem incipere, cum iam senuerit.

a *Irenæ.3. ca.3. Tertull. de præscript.* Cedant hæretici origines Eccl. suarum, euoluant ordinem Episc. suorũ, ita per successionem ab initio decurrentem, vt 1. ille Episc. aliquem ex Apostolis, vel Apostolicis viris habuerit authorem, & successorẽ. Hoc enim modo Rom. Ecclesia Clementem a Petro ordinatum refert.

NOTA QVINTA.

Successio Episcoporum in Romana Ecclesia ab Apostolis deducta vsque ad nos.

CAP. VIII.



Rimò, quia hac ratione dicitur Apostolica. Secundò, quia hoc signo vt euidentissi. vsi sunt omnes *a* veteres ad veram Ecclesiam ostendendam. Tertiò, quia, *Ecclesia non est* (inquit *b* Hieron.) *quæ non habet sacerdotes*: cum doceat *c* Apostolus futuros pastores in Ecclesia, vsque ad iudicij diem. Illi autem soli semper habiti sunt episcopi veri, qui legitimè ab Apostolis descendisse demonstrantur, nimirum per successionem, & ordinationẽ. Dominus enim solùm duodecim Apostolos elegit Episcopos, & sacerdotes, eisque commisit omnem authoritatem pascendi, & regendi Ecclesiam. Non ergo erunt veri episcopi, nisi qui authoritatem ab Apostolis acceperint. Ad successionem verò requiritur, vt is qui verus Episc. haberi cupit alicui *d* succedat Apostolo, vel alicui *e* facto Episcopo, ab aliquo Apostolo. Nec enim nouorum Episcoporum institutio pertinere potest ad vllum, qui definitam habeat regionem, quales sunt Episcopi particulares, sed *f* cui propriè incumbit cura Ecclesiam propagandi. Ad ordinationem verò, vt *g* ordinetur Episcopus a tribus Episcopis, qui & ipsi sint ab aliis ordinati, & illi ab aliis, donec ad Apostolos veniatur. Quia

Epiph. hæres.27. Optat.2. contra Parmen. Aug. ep.165.
b *lib. contra Luciferianos.*
c *Ephesior.4.*
d *vt Clemens Petro.*
e *Ignatius Euodio, & Anianus Marco.* f *Quales fuerunt Apostoli non tamen negatur quin id possint, ex permissione Papæ.* g *can.1. Apostolo. Anaclet. ep. 2. Loquens de ordinatione Iacobi & Nicæn.1. cap.4.*

tamen veteres hæretici *h* consueuerant vt plurimum Ecclesiam imitari in Episcoporum ordinatione, ideo PP. non reprehenderunt in eis, nisi defectum successionis. Nos ergo ostendimus, in sede Apostolica id est Romana continuam a B. Petro successionem, & si defecerint aliæ sedes Patriarchales, & tot graues in Romanā Ecclesiam ingruerint persecutiones. Nullum habemus Episcopum in quo non legitima ordinatio inueniatur. At Lutherani omninò Episcopis carent. Nam quicumque inter eos, pro Episcopis se venditant, non fuerunt ordinati a tribus, aut ex dispensatione ab vno, assistentibus Abbatibus. Neque successerunt Episcopis antiquis, tùm quod in vrbibus omnibus, in quibus se fecerunt Episcopos, erant, & sunt nunc in plerisque, catholici Episcopi: non *i* succeditur autem nisi Episcopis defunctis, aut legitimè depositis: tùm quia fatentur se primos earum vrbium Episcopos.

k Respondent se fuisse a populo, & magistratu vocatos. Sed nos non disputamus de electione Episcopi, quam scimus variè variis temporibus celebratam, sed de successione, & ordinatione.

Obiiciunt Primò, Episcopi Papistæ deseruerunt veram fidem, ergo non sunt amplius Episcopi. Igitur pij ministri possunt eorum occupare loca.

Negatur antecedens: nec possunt priuari sua sede Episcopi catholici, nisi legitimè damnati, ac priuati. Et quamuis damnati essent, negatur tamen secunda consequentia. nam nemo huius impios ministros constituit legitimè Episcopos.

Secundò, Caiphas legitimè succedebat antiquis Pontificibus. Et tamen illo inuito, & aliis principibus sacerdotum, Iudæorum Apostoli facti sunt Episcopi, & Pontifices, sine vlla successione. Ergo etiam nunc, cum ordinarij ministri imitentur Caipham, licebit sine illorum successione, & ordinatione Episcopatum gerere.

Negatur conseq. primò, quia nostri non imitantur Caipham. 2. quia non est par ratio Aaronici, & nostri sacerdotij. Illud enim erat temporale vsque ad inchoationem noui Testamēti, quo tempore cessare debebat, nostrum verò duraturum vsque ad finem mundi cuius

h *teste. Cyprian. 1. ep. 3. & Aug. ep. 165.*

i *Cypria. 1. ep. 6.* Pastor haberi quomodo potest, qui manente vero pastore, & in Ecclesia Dei, ordinatione succedanea, præsidente, nemini succedens, & a seipso incipiēs alienus fit, & profanus.

k Ita Brentius.

cum fuerint Apostoli primitiæ, non debuerunt succedere Caiphæ.

l Tertiò, quare non enumeramus etiam successiones Episc. Africæ, Ægypti &c. quia (inquit Caluinus) periit ibi sacrosancta illa successio. Sed quia ibi periit vel vult concludere non esse Ecclesiam, vel esse. si prius: cùm ergo hîc sit successio, hîc quoque Ecclesia erit. si posterius: non posse quidem veros ibi catholicos ostendere continuam Episcoporum suorum particulariũ successionem, posse tamen vniuersalium, nimirum Rom. Episcoporum, quibus illi se subiecti fatentur. *l Caluin. 4. Inst. c. 2. §. 2. & 3.*

Quartò, in Ecclesia Græca adhuc seruatur successio non interrupta. At iuxta nos non est vera Ecclesia.

Negatur propositio maior. tum quia fatetur Caluin. in Asia, & Ægypto, ac proinde Antiochiæ, Hierosol. & Alexandriæ fuisse interruptam: Constatin. verò sedes Apostolica nusquam fuit vocata a PP. & Concilium *m* Constantinop. 1. vocat eam, Ecclesiã nouellam. tum quia omnes illæ Ecclesiæ patriarchales habuerunt per longa tempora manifestos hæreticos. *m ep. ad Damasum Papam.*

Quintò: ideò PP. ex successione probarunt veram Ecclesiam, quòd suis temporibus constaret, non mutatam fidem in Ecclesia Rom. At nunc contrarium constat.

Ad maiorem, vel constitisse catholicis tantùm, vel catholicis & hæreticis simul, si prius: constare etiam nunc apud catholicos non esse Romæ fidem mutatam. si posterius, falsum assumit. Nulli enim hæretici fuissent, si semper putassent in Romana Ecclesia esse veram fidem.

NOTA SEXTA.

Conspiratio in doctrina cũ Ecclesia antiqua.

CAP. VIII.

NAm vt ait *a* Tertull. non solùm propter successionem ab Apostolis, sed etiam propter doctrinæ consanguinitatem, quia videlicet Ecclesia retinet doctrinam quam Apostoli tradiderunt, dicitur sancta. certum est autem Eccl., primis 500. annis, hanc doctrinam retinuisse, & proinde veram Eccl. fuisse. *a de præscript.*

Hanc notam conuenire nostræ Ecclesiæ probatur, primò ex singulis his controuersiis, quibus ostenditur, PP. eadem sentire in fide nobiscum. 2. ex confessione aduersariorum, Caluinus in sua institut. cum nostra oppugnat *b* passim fatetur se toti antiquitati repugnare. Centuriatores annotant, in singulis centuriis ad finem cap. 4. omnes ferè Doctores huius sæculi docuisse dogmata, quæ nos nunc tuemur.

Eandem notam non conuenire hæreticis hinc probatur. quòd dogmata aduersariorum fuerint habita pro exploratis erroribus ab Ecclesia antiqua vt passim in iis controuersiis habetur, & breuiter ostenditur ex catalogo hæreseon. nec enim PP. hæreticos aliquos appellassent nondum pro talibus iudicatos ab Ecclesia.

c Simoniani docebant saluari homines secundum gratiam Simonis Dei.

Eunomiani, *d* non posse homini vlla peccata nocere, si fidem habeat. At hæc est sententia sectariorum omnium. Non alia via (inquit *e* Lutherus) potest homo cum Deo cõuenire, aut agere, quam per fidem: opera ille nihil curet. Et si autẽ Caluinus & alij velint opera requiri, vt effectus fidei: tamen volunt ea non mereri vitam æternam ac si quis, omnia post scelera patrata, habeat fidei actum, nullum ei peccatum imputari: quæ est ipsissima Lutheri sententia.

f Florinus asserebat, Deum esse peccatorum causam. At Calui. *g* *Non solùm* (inquit) *permissu, sed etiam voluntate Dei homines peccant, ita vt nihil ipsi deliberando agitent, nisi quod Deus ipse decreuerit, & arcana directione constituit.* Idem Lutherus lib. de seruo arbitrio.

h Origenis hæresis fuit, perdidisse Adamum imaginem Dei, ad quam creatus fuerat. Caluin. *i* *per peccatum primi hominis obliterata est cælestis imago.*

k Peputiani, mulieres sacerdotio donare nõ verebantur. Lutherus *l* ait in sacram. Pœnitentiæ æquè absoluere posse mulierem, vel puerum, atque Epis. vel Papã.

m Proclus hæreticus, & postea *n* Messaliani, docebãt concupiscentiam verè esse peccatum, nec tolli per Baptismum, sed sopiri per fidem. Ita Luther. ar. 2. & 31. Phi-

b *vt l. 2. c. 2 §. 4.* semper (*inquit*) apud latinos nomen liberi arbit. existit, apud Grę verò αὐτεξούσιος vocabulũ multò arrogãtius. §. *verò.* §. Ego neq; ipse huiusmodi vocẽ vsurpare velim. & *ca.* 14. §. 3. Excusari nõ pót veterũ error qui dum ad Mediatoris personam nõ attendunt, totius ferè doctrinæ, quæ in Euang. Io. legitur ieiunũ obseruant sensũ.

c *Irene.* 1. c. 20.

d *Aug. de hæris. ca.* 54.

e *li. de capt. Babyl. c. de Euch.*

f *teste Ireneo apud Euseb.* 5. *ca.* 20. *hist.*

g 1. *Inst.* 18. §. 2.

h *Epiph. hæ.* 64.

i 2. *Inst.* 1. §. 5.

k *apud Aug. lib. de hære.* 17. *cap.*

l *Ar.* 13. *dãnatorũ a Leone.* 10.

m *apud Epiph. hæres.* 64. *n* *Theodor.* 4. *de hæret. fabulis.*

lippus in *o* locis, Caluin.4.Inst.15.§.10.

p Nouatiani, non esse in Eccl. potestatem recōcilian- di homines nisi per baptismum.ita *q* Calui.4. Inst.19.§. 17. Item non debere baptisatos chrismate ab Episco. inungi.idem Luther.lib.de capt,Babyl.ca.de Eucharist.

r Sabellius docuit, vnam esse tantum personam in Deo,ita Michael Seruetus lib.1.de Trinitate.

Manichæorum erat, *ſ hominum damnare naturam, & liberum auferre arbitrium.* Idem Luther. art. 36.& lib. de seruo arbitri. Calui.2.Inst.c.2.3.& 4.

t Donatistæ Eccl.ex solis iustis faciebant,& hinc vi- sibilem deducebant in sola remansisse Africa: catholi- cos trucidabant: oderant præcipuè Episcop, & eximiè Papam,ac monachos:frangebant altaria,Eccl.spoliabāt, vendebant sacros calices:Euchar.canibus porrigebant, & proiiciebant Chrisma, teste optato lib.2.& 6, contra Parmenianum.

u Caluin.similem Eccl.fingit,& Confessio Augusta- na:vult Eccl. visibilem in solo Septentrione remansisse, i.apud suos,& egregiè illa Donatist.facinora imitati sūt Caluinist.vt experientia clamat maximè in Gallia.

x Ariani docebant,filium esse minorem patre:nec tra- ditiones *y* recipiebant non scriptas.Primum nunc do- cent Tritheitæ, quod ex libris Lutheri & Caluin. hau- serunt. Secundum omnes huius temporis hæretici.

z Aeriani, non esse orandum, vel offerendum obla- tionem pro mortuis: statutis diebus non esse solēniter ieiunandū. Vnde consueuerant feria. 6.ac in Quadrag. & præcipuè hebdomada sancta carnibus vesci: ac pres- byterum ab Episc.non debere discerni.Calui.3. *aa* Inst. 5,disputat. cōtra oration.pro defunctis.lib.4. *bb* ca.12. contra Quadrag.cap.3. *cc Episcoporum* (inquit) *ac Pres- byterorum pastorum, ac ministrorum eadem functio, & pro- uincia est. dd* Centuriatoribus verò hi tres errores pro veritatibus habentur.

ee Iouinianus, non posse hominem peccare post ba- ptismum verè susceptum, id est si reuera fidem, & gra- tiam baptizatus susceperit.Idem *ff* Calui.2.Institit.Item ciborum delectum, & ieiunia non esse meritoria.idem quoque Calu.4. *gg* Inst.& *hh* Confess. August.

o *ca.de peccato originis.*
p *Theodoret. 3. sup.*
q Quod verò Hier.ait:Penitētiā esse secūdam tabulam post naufragiū.planè impiū est,&excusari nō potest. *Hactenus Calu.*
r *Epiph.hær.*27.
ſ *Hieron. præf. dialogo.contra Pelagianos.*
t *Aug. li. de vn. Eccl. cap.* 12.
u 4.*Inst.*2.§.2.
x *Epiph.hæ.* 69.
y *Ita Maximus Arianus apud Aug.li.1.c.2. & vltimo contra eund. Maximi.*
z *teste Epiph. hæres.*75.
aa §.6.7.*& seq.*
bb §.20.
cc §.8.
dd *Centuria.* 4. *c.* 5. *colum.*401.
ee *apud Hier.*1. *&* 2.*cōtra Iou. & apud Aug. cap.*82. *de hære.*
ff *ca.*2.§. 11. *&* 12.
gg 12.§.13.
hh *arg.*21.

Item coniugium virginitati meritò æquari. *ii* Luther. verò non solum æquat, sed anteponit. Item præmia beatorum esse æqualia. Ita Luth. serm. de natali B. Mariæ. Denique B. Virginem in partu virginitatem carnis amisisse. Idem *kk* Bucerus, ac Molinæus.

Vigilantius, *ll* Sāctorum reliquias venerandas non esse, orationes mortuorum pro aliis non exaudiri (ex quo sequitur frustra sanctos inuocari) Ecclesiasticos debere vxoratos esse. Non expedire relinquere omnia, & pauperibus dare, & ad religionem relicto sæculo properare. Lutherus dicit *mm* reliquias sanctorum seductionem esse, stultam *nn* Sanct. inuocationem, matrimonium *oo* esse de iure diuino præceptum Ecclesiasticis, ex professo dehortatur à religione, solumque permittit fœminis 50. viris 80. annorum in monasterio permanere, similia, *pp* Caluinus docet.

Pelagiani volebant in *qq* hominibus peccatum originale non esse, & præcipuè in filiis fidelium. Item *rr* per peccatum omnem perdi iustitiam, & proinde peccatum omne esse mortale. Primum horum defendit *ss* zuinglius, simpliciter Bucerus *tt* verò, & Caluinus *uu* illud tantum agnoscunt in filiis fidelium. secundum docent omnes *xx* sectarij Nestoriani *yy* duas in Christo constituebant personas. Idem Beza, qui se in Christo ait ponere duas vniones hypostaticas, vnam animæ cum carne, alteram Deitatis cum humanitate. Item omnes veteres contemnebant *zz* quod egregie sectarii præstant. Eodem tempore *aaa* fuerunt docentes non manere Christi corpus in Euchar. si seruetur in alterum diem: quod rursum excogitauit *bbb* Bucerus. *ccc* Eutychiani vnam in Christo naturam ponebant. Idem *ddd* Gaspar Suuencfeldius.

Xenaias Persa primus palam asseruit, Christi, & SS. imagines venerandas non esse, hoc acriter defendit Caluin. vide inf. lib. 2. de rel. Sanctorum, cap. 6.

Lampetiani docuerunt monasteria debere libera esse, id est sine perpetuis votis, vt refert Damascen. libro de centum hæresibus circa finem. Idem hoc tempore do-

ii *in epithalam.*
kk *in ter. vnion. Euang. parte.*
ll *Hier. lib. cōtra Vigilantium.*
mm *serm. de S. Cruce.*
nn *lib. de Euch. ad Valdenses.*
oo *in Epithal.*
pp *contra reLagit 4. Inst. 13. § 7. cōt. inuocat. 3. cap. 20. § 21. cōt. cœlibatū Cleric. & Monach. 4. c. 12. & 13.*
qq *Aug. 6. in Iulian. c. 2. & 3.*
rr *Hie. 2. cō. Pel.*
ss *lib. de baptis.*
tt *in 3. Matth.*
uu *4. Instit. 15. § 20.*
xx *Luthe. assert. ar. 32. Calu. 2. instit. 8. § 85.*
yy *apud Theod. 4. de hær. fabul.*
zz *teste Vincent. Lyrinen.*
aaa *apud Cyrill. epist. ad Colosirium Episc.*
bbb *apud Cochl. tract. 8. libro 3. Miscellan.*
ccc *vide supr. l. 3 de Christo. c. 2.*
ddd *Libro de diuina Maiestate humanitatis Christi.*

cuit Lutherus libro de votis monasticis.

In septima *eee* synodo referuntur quidam asserentes figuram tantum seu imaginem corporis Christi in Eucharistia esse. Hoc docent *fff* Zuingl. & *ggg* Caluin. quæ omnes hæreses fuere damnatæ ab Ecclesia primis 700. annis.

eee *act.6.tom.3.*
fff *Libro de verbis cœnæ Domini*
ggg *4. Instit.17 § 12.*

NOTA SEPTIMA.

Vnio membrorum inter se, & cum capite, [a] *Romano Pontifice.*

CAP. X.



NAm Ecclesia dicitur vnum *b* corpus, *c* ouile, vna *d* columba. Præcipua autem vnitas corporis consistit in coniunctione membrorum cum capite, & inter se. [quæ certè per se facile cognoscitur, estque soli veræ Ecclesiæ propria] Nam vnione membrorum cũ capite PP. solent dignoscere qui de vera Ecclesia, qui non. Rogauit (inquit *e* Ambr.) si cum Episcopis Catholicis id est, si cum Ecclesia Romana communicaret. Hieron. hic (*f* inquit) in tres partes scissa Ecclesia, me ad se rapere festinat: ego interim clamito, si quis cathedræ Petri iungitur, meus est. Optatus *g* inde probat Donatistas non pertinere ad Eccl. veram, quòd non essent coniuncti cum Syricio Papa. His consonat Aug. epist. *h* 162. & Leo epist. 87. *vt exortem* (inquit) *se mysterij intelligeret esse diuini, qui ausus fuisset à Petri soliditate recedere.*

Vnionẽ verò membrorum solius esse Ecclesiæ probatur: primò, quia Ecclesia hæreticorum, est diaboli regnum, discordiarum authoris: Ecclesia vera regnum Dei, quod promisit duraturum vsque ad finem sæculi, & proinde non per varios dissipandum sectas. *i Omne enim regnum diuisum in seipsum, desolabitur.*

a *vide supra in libru de summo Pont.*
b *Rom.12.v.5.*
c *Ioan.10.*
d *Cant.6.v.8. & in concil. Const. dicitur vna.*
e *oratione de obitu Satyri.*
f *Epist. ad Dam. de hypostas. nomine.*
g *2. contra Parmenionẽ à principio.*
h Qui posset non curare cõspirãtem multitudinem inimicorum, cum se videret Romanę Ecclesiæ, in qua semper Apostolicæ cathedræ viguit Principatus, per communicatorias literas esse coniũctũ. *loquitur de Ceciliano Episc.*
i *Mat.12. v.25.* πᾶσα βασιλεία μερισθεῖσα καθ' ἑαυτῆς ἐρημοῦται.

Nostram Ecclesiam esse illam veram, demonstratur primò, quia omnes in ea scriptores & Concilia licet diuersorum temporum, & locorum, mirificè conueniunt inter se, de rebus fidei. Cuius rei argumētum est, quòd aduersarii diligenter euoluerint omnia: & nihil inuenerint momenti quod reprehendere possent: & nunc omnes catholici idem in fide omnino sentiunt. 2. quia nulla fuit aliqua secta, in qua talis consensio fuerit. *k* Pagani suos etiam Deos faciunt inter se belligerantes. Philosophos *l* constat in varias sectas, de rebus grauissimis, & ad salutem necessariis dissipatos. Hæresis Simonis mox diuisa *m* est in Menandrianos, Basilidianos, Saturnianos. Valentiniani cùm essent plurimi vix duo, aut tres inter se conueniebant; teste *n* Irenæo. Donatistas *o* Aug. testatur in multa minutissima frusta, suo tempore fuisse concisos. Ex Marcionistis *p* statim prodierunt Lucianistæ, Appelliani, & Seueriani. Montanistæ *q* pepererunt Pepuzianos, Artotyritas, Phrygastas, &c. De Manichæorum diuisione, vide August. 1. de hæres. 46. *r* Messaliani partiti sunt in Martyrianos, Sathanianos, Enthusiastas. *s* Ariani singulis fere annis fidem mutabant teste Hilario. Eutychiani adeo diuisi sunt, vt *t* omnes fermè sectæ, quæ pòstea in Oriente extiterunt, ex illis traxerint originem.

Nostris temporibus Lutherani vixdum nati, diuidi cœperunt in Anabapt. Confessionistas, Sacramentarios & rursus quæque secta in alias vsque ad 34. & hoc quidem tempore *u* Staphyli, nunc autem numerantur ferè 100. diuersissimæ, ab vno prodeuntes Luthero. Sed nec ipsi authores hæretici inter se consentiunt, quæ est (etiam testimonio Lutheri *x*) nota certissima falsæ doctrinæ. Lutheri contradictiones innumeras collegit Cochlæus *y*: obseruatque *z* eiusdem hæretici 36. varias sententias, de communione sub vtraque specie. Confessio Augustana ita *aa* immutata est variis editionibus, vt nesciant ipsi quæ sit verè germana.

Resp. Caluinus *bb* 1. non esse mirum, si ex religione sua, mox oriantur diuisiones. cum id acciderit Ecclesiæ Apostol. ex qua Simoniani, Nicolaitæ, &c.

Secundò, *cc* etiam inter nos esse diuisiones. 1. quot

k vide Aug. ser. 11. de verb. Dom.
l vide Theodor. lib. de fide.
m *teste Irenæo.* 1. *cap.* 21.
n *Irenæ.* 1. *cap.* 5.
o 1. *de baptis.* 6.
p *Epiph. lib.* 1. *tō.* 3. *contra hæreses.*
q *Epiph.* 2. *tō.* 1.
r *Theodor. de hæret. fabulis.*
s *vtroque lib. ad Constantium.*
t *teste Euagrio* 3. *cap.* 4. *historiæ.*
u *in libel. de cōcordia discipulorum Lutheri.*
x *libro de votis monasticis.* mendacia certius dignoscere nō potes nisi qu ā do sibimetipsis cōtraria sunt.
y *in Septicipite.*
z *ad finem.*
aa *vide Andr. Fabritium Leodium in Harm.*
bb *in præfat. institut.*
cc 4. *Instit. cap.* 13. § 14.

monaſteria, tot ſunt ſchiſmaticorum conuenticula, olim namque omnes monachi percipiebant Sacramenta, in communi Eccleſia, cum reliqua plebe: nunc autem minimè. 2. tot Scotiſtæ, Thomiſtæ &c.

Ad primum, Eccleſiam veram non gignere per ſe niſi vnitatem, tum quia doctrina eius per ſe vna, & firma eſt: tum quia ſi quæ oriatur quæſtio, adſit ſummus iudex, qui ſententiam ferat, cui omnes pareant. Quod ſi aliqui abutantur doctrina Eccleſiæ, & hæretici fiant, ex ſolo capite atque Diabolo occaſionem trahunt, ſtatimque eiiciuntur ex vera Eccleſia. At Eccleſia hæreticorũ, per ſe diuiſionem parit. Nec enim doctrina eius ſibi ſatis conſtat, nec vllus eſt abſolutus iudex, qui cõtrouerſias componat: ſed vnuſquiſque ſe præponit aliis. Cùm ergo videamus inter Lutheranos, & Caluiniſtas hoc contingere: nec finem eſſe diuiſionum eorum, ad veram Eccleſiam pertinere nequeunt.

Ad 2. negatur propoſitio, ad 1. probationem antiquitus etiam monachos ſolitos in propriis monaſteriis ſacramenta ſumere, vt conſtat ex *dd* Epiph. *ee* Caſſiano, *ff* Auguſtino. Nec hoc diuerſum altare formaliter facit. alioquin & facerent omnes Epiſcopi & Parochi; ſed tantum materialiter, quod veram vnitatem non tollit: cum omnes in eadem doctrina conueniant, & obediãt Papæ. Nec moueant diuerſa nomina religionum, puta Franciſcanor. Dominicanor. &c. non enim deſumpta ſunt ab authore doctrinæ: ſed inſtitutore ſeuerioris vitæ. Ad 2. Thomiſtas, Scotiſtas &c. non diſſentire in rebus fidei, & quidquid dicunt ſummi Pontificis ſemper iudicio ſubmittunt. At hæretici *gg* diſſentiunt de rebus fidei inter ſe, vnus enim alium pro hæretico habet, & quamuis eundem Lutherum patrẽm agnoſcant, tamen ſoli ſe proprio ſubmittunt iudicio.

dd *Epiſt. ad Joan. Hieroſolym.*
ee *collatione* 18. *cap.* 15.
ff 1. *de moribus Eccl.* 31. *&* 33.
gg *vide Hoſium* 1. *contra Brentium. VVigand. hæret. lib. de erroribus Georgij Maioris.* Non ſunt lana neq. linum de quibus hic diſceptatur, ſed de grauiſſimis doctrinę Chriſt. capitib. quæ à Maiore, & aliis fœdè deprauãtur.

NOTA OCTAVA.

Sanctitas Doctrinæ.

CAP. XI.



D est nihil continere falsum, quoad fidem doctrinæ: nihil iniustum, quoad fidem morum, ideo enim dicitur Ecclesia sancta. Ex hac nota euidenter probatur non esse veram Ecclesiã nisi nostram. Nam,

Pagani vniuersaliter Deorum multitudinem, & simulachra colebant. [Philosophi quam male de vltimo fine scripserunt?] Legislatores quàm impiè. Lycurgus *a* adulteria permittit. Persæ incestas nuptias cum matribus, filiabus, sororibus. Massagetæ morituros, & senes à propinquis deuorari. Tibareni deiici ex turribus senes. Hircani proiici hominum cadauera canibus. Scythæ, cùm mortuis sepelire viuos magis à defunctis dilectos. Plato, communionem mulierum, nefandam libidinem, extinctionem conceptuum

a Theodor. libro de legibus.

Mahumetani docent, *b* omnes saluari in suis legibus. *c* beatitudinem esse in cibo, & potu.

b Alcoran cap. 2.
c cap. 3. 28. 47.

Iudæi post Christum orti, fuisse dicunt *d* congressum Adamum cum omnibus bestiis, nec libidinem explere potuisse, nisi in congressu Euæ. *e* Offerendum esse holocaustum pro peccato Dei cùm diminuit lumen Lunę. plura vide in Sixto Senensi.

d R. Salomon in 2. Genes.
e Idem Rabbi in 28. Numer.

Hæretici *f* Gnostici docebant scortationes, & omnem luxuriam exercendam sed vitandum conceptum: si casu contingeret, extrahebant de vtero prægnantis, & contusum in mortario, ac melle & pipere conditum deuorabant, atque hoc modo dicebant se celebrare Pascha magnum. *g* Carpocratiani, teneri vnumquemque hominum omnia genera scelerum perpetrare. Montanistæ conficiebant sacrificium ex sanguine infantis vnius anni, quem exprimebant minutis vulneribus, æreis aci-

f Epiph. hær. 26
g hæres. 27.

aciculis. *b* Manichæi, æquale esse peccatum, folium præ scindere ex arbore, quam hominem occidere. Item partes diuinæ essentiæ teneri captiuas, à principibus tenebrarum: & ex his aliquas liberari, alias in æternum damnari. *i* Donatistæ vt se martyres facerent, seipsos occidebant. Sectarij volunt quemcumque iustificari, ex eo quod se credit iustum propter Christum. Lutherus, infantes actu credere dum baptizantur. Anabaptistæ caninas exercent nuptias. Caluinus facit Deum authorem peccati. At Ecclesia nostra nullum errorem, nullam turpitudinem, nihil contra rationem docet: vt contra Paganos, & Hæreticos probat D. *k* Thom. libris contra gentes.

h *Aug. hær. 46.*

i *Aug. ep. 50. & Theodore. 4. hæretic. fabul.*

k *ante eum Tert. in Apol. c. 36. & seq. Aug. 2. Ciu. 28.* Nihil in Christ. Eccles. turpe, & flagitiosum spectandum, imitãdumq. proponitur.

NOTA NONA.

Efficacia doctrinæ, id est, conuertentis animas iuxta Psal. 18. v. 8.

CAP. XII.



Philosophi antiqui numquam vel vicina oppida ad suas leges trahere potuerunt vt docet *a* Athanas. & *b* Theodoret. Mahumetani traxerunt quidem multos, sed vi *c* armorum, non doctrinæ. Hæretici nusquam leguntur conuertisse Iudæos, aut Ethnicos aliquos: sed solùm peruertisse Christianos, vt etiã Tertullian. *d* annotauit. Obiiciẽs, fuisse *e* totam Gothorum gentem ab Arianis conuersam, tempore Valentis Imperatoris.

Resp. non fuisse conuersam, sed miserè deceptam. Cum enim peteret ab Imperatore Episcopos parata fidem Catholicam suscipere, Arianus Imperator, pro Catholicis Episcopis Arianos dedit: à quibus Gothi facti sunt Ariani, non miraculis, aut aliqua virtute, sed quia cum verã fidem se suscipere putarẽt, hæresim hauriebãt.

At Ecclesia nostra primò per homines contemptibiles externa specie, sine armis, sine pompa verborum, ad res

a *libr. de humanitate verbi.*

b *lib. de legibus.*

c *c. 18. & 19. Alcorani docet Mahumetanus bello cogẽdos homines ad relig.*

d *lib. de præscr.*

e *Freculphus in Chron. tom. 2. li. 4. cap. 20. vide etiam Socrat. 4. cap. 27. Sozom. 6 cap. 37. & Theodoret. 4. cap. vlt. historiæ.*

credendas supra rationem humanam, ad crucem, & præmia tantum futura traxit magnos, paruos, doctos, indoctos, iuuenes, senes, fœminas, viros infideles in tot partibus mundi. Postea verò opera Gregorij magni conuersi *f* sunt Angli, per sanctum Augustinum. Opera *g* Cononis Papæ Francones, à sancto Kiliano. Magna *h* pars Germaniæ per sanctum Bonif. papistam, tempore Gregorii 2. & 3. ac Zachariæ Pontificum. Monachi Corbeienses subiecti Papæ, conuerterunt VVandalos, vt fatentur *i* Centuriastæ. Eodem sæculo *k* Dani, Moraui, Sclaui, Bulgari, Poloni conuersi subiiciebantur Papæ: vnde constat fuisse à Papistis conuersos. Opera *l* Henrici 1. Imperatoris, & Adalberti Boemorum, ac Methodii, Morauorum Archipræsulum, fuere plures reges, & populi ad fidem conuersi. Item *m* Hungari, magna ex parte, datis Episcopis à Papa confirmatis. Adrianus *n* IIII. ante Pontificatum missus ab Eugenio 3. Noruegiã conuertit. Sanctus *o* Vincentius ordinis Prædicatorum vna die 25. millia partim Iudæorum, partim Saracenorum ad fidem attraxit. Denique hoc nostro sæculo multa millia Gentilium, Papistæ cõuerterunt in orbe nouo.

f testibus etiam Centuriast. Cent. 6. cap. 2. col. 37.
g *Cent. 7. cap. 2. col. 31.*
h *Cent. 8. cap. 2. col. 20.*
i *Cent. 9. cap. 2. col. 15.*
k Colum. 18 ead. cent. & cap.
l *Cent. 10. cap. 2. col. 18. & 19.*
m *cent. 11. cap. 2 col. 27.*
n *in Platina.*
o *Apud Antonin. 3. p. histor. tit. 23 cap. 8. § 4. qui floruit eadem ætate.*

NOTA DECIMA.

Sanctitas [a] *vitæ authorum, siue primorum PP. nostræ religionis.*

CAP. XIII.

a *Hac enim ratione dicitur etiã Eccl. sancta.*



Ethnici Doctores vel fuerunt poetæ leues, & Philosophi superbi, vtrique infames *b* impudicis actibus.

Mahumeto, nihil incontinentius, qui *c* se à Deo priuilegium habuisse dicebat sibi coniungendi quascumque fœminas, etiam consanguineas.

Hæresiarchis inter plurima vitia communis omnibus superbia fuit. Theobutem narrat Egesip. *d* ob repulsam ab Episcop. primum perturbasse Ecclesiã. Simon magus

b *Rom. 1. Theodoret. lib. de leg. Athenæus 13. c. 27.*
c *Cap. 43. Alcor.*
d *apud Euseb. 4. histor. 22.*

postea pecuniis *e* voluit Episcopatum emere. *f* Valentinus, quia Episcopatu frustratus, hæresim excogitauit. *g* Similiter Marcion Montanus, *ambitione, & primum locum obtinendi cupiditate motus, seipsum Paracletum vocauit*, inquit *h* Theodor. Idem de *i* Nouatiano habet Cornelius Sabellius, *ad maiorem fastum, ac dementiam elatus* (inquit *k* Epiph. *seipsum dixit esse Mosem, & fratrem suum Aaronem*. Arius inuidens cathedram Alexandrinam, cũ aduersus Alexandr. Episcopum suum, *l Pugnæ committende materiam quæreret, occasionem inuenit dogmatum impietatem*. Semiarini *ad m contentionem deuenerunt cum sodalibus suis, propter odia quędam, & æmulationem humanam, rixantes inter se, & de Principatu litigantes*. *n Cumuenisset Eustathius ad Episcopatum, AErius magis concupiscebat, sed non peruenit ad ipsum: hinc oritur æmulatio*. Nestorium refert *o* Theodoretus magnam ætatis partem egisse, aucupando fauorem populi, fusca veste, simulato pallore, compositis verbis, donec tandem ad Episcopatum peruenerit. Sabbatium flagrasse desiderio Episcopatus refert *p* Socrates. Ioannem VViclef hæresiarchã factum, quia Episcopus esse non potuit, scribit Thomas *q* VValdensis. Lutherum verò, quia ægrè ferebat, munus promulgandi indulgentias, ab Augustinianis ad Dominicanos translatum, testatur *r* Cochlæus: quamuis superbia Lutheri satis in aliis *s* appareat. Quare in disputatione Lipsiæ cum Eckio: *Hæc causa (inquit) nec propter Deum cœpta est, nec propter Deum finietur.*

At primi nostri authores Apostoli, sanctissimi fuerũt: sancti, etiam confessione *t* Lutheri, Bernardus, Franciscus, Dominicus. Etsi enim in Ecclesia Catholica sint plurimi mali, sunt tamen quam eminentissimi sancti. Inter hæreticos verò nullus est bonus. Quare Lutherus ipse: *Mundus* u *(inquit) in dies fit deterior, sunt nunc homines magis vindictæ cupidi, magis auari, magis ab omni misericordia remoti, magis immodesti & indisciplinati, multò deteriores quam fuerint in Papatu.*

e Actor. 8.
f apud Tertull. lib. contra Valentin. nõ procul ab initio.
g Epiph. hær. 42.
h 3. *de hære. fab.*
i apud Theodor. 6. *histor.* 35.
k hæres. 57.
l Theodor. 4. *de hæret. fabul.*
m Epiph. hær. 73
n idem hær. 75.
o supra.
p 5. *hist. ca.* 20.
q doct. fid. ca. 60
r in Actis Luth. anni 1517.
s lib. contra regẽ Angliæ, dicit Principes non esse dignos soluere corrigiã suorũ calceamẽtorum & se non magni facere mille Cyprianos, & Augustinos.
t de captiuit. Babylon. ca. 2.
u in postilla super Euang. Dominica 1. *Aduẽt.*

NOTA VNDECIMA.

Gloria Miraculorum.

CAP. XIV.



Miracula namque sunt necessaria ad nouam fidem, vel extraordinariam missionem persuadendam & sufficientia, ac efficacia ad eandem probandam: ita vt vbi miracula vera inueniuntur, ibi proculdubio sit vera fides.

Esse necessaria probatur Primò, quia cū diceret Moyses ad populum mittendus, *Non* a *credent mihi, neque audient vocem meam.* non respondit Deus, debent credere, sed dedit illi potestatem faciendi miracula, & ait; b *Vt credant quod apparuerit tibi Dominus*, &c. Similem potestatem dedit c Christus discipulis suis cùm vellet mittere illos. Et D. Ioan. 15. *Si opera* d (inquit) *non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent.*

Secundò, qui mittitur debet testimonio mittentis ostendere suam authoritatem; alioquin nemo tenetur eum recipere. Mittitur autem vel per ordinarios prælatos, vel extraordinariè à Deo. Si prius, debet ostendere literas sigillo mittentis munitas: si posterius ostendere sigillum Dei, scilicet miraculum, iuxta illud, e *prædicauerunt vbique Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis.*

Ecce sufficientia, &c. probatur. Quia vera miracula non nisi à Deo fieri possunt: Deus autem nequit esse testis mendacij. Quod si miracula fiant ad gloriam alicuius sancti demonstrandam, simul etiam veram fidem probant: ostendunt enim illum hominem verè sanctum in terra fuisse, & proinde veram habuisse fidem.

At Pagani nulla huiusmodi miracula vsquam fecerunt. Nam quæ leguntur f apud prophan. authores facile fieri possunt Dæmonis arte, vt ostendunt g Tert. & h Aug.

a *Exodi* 4. *v.* 1.
b *v.* 5.
c *Matth.* 10. *v.* 7. & 8.
d v. 24 εἰ τὰ ἔργα μὴ ἐποίησα ἐν αὐτοῖς ἃ οὐδεὶς ἄλλος πεποίηκεν ἁμαρτίαν οὐκ εἶχον.
e Marci vlt. v. 20. ἐκήρυξαν πανταχοῦ τοῦ κυρίου συνεργοῦντος καὶ τὸν λόγον βεβαιοῦντος διὰ τῶν ἐπακολουθούντων σημείων.
f *apud Valeriū max. lib.* 8. & *Cicer. lib.* 1. *de diuinatione.*
g *in Apolog. ca.* 22. & 23.
h 10. *Ciuit.* 16.

Iudæos non habuisse post Christum vera miracula notum est. Nam & illud de piscina, etiam periit.

Mahumetus fatetur Christo miracula, sibi gladiũ datum: nec vlla iactant Mahumetani nisi ridicula.

Falsi *i* Prophetæ, iuxta conuentionem cum Helia, nusquam impetrare valuerunt ignem de cælo. *k* Simon magus tentauit quidem suscitare mortuum, & per aera volare. *l* Manichæus sanare filium Regis Persarum. *m* Polychronius Monothelita, *n* Lutherus, *o* Caluinus, mortuum excitare: sed ij omnes omninò decepti sunt.

Respond. *p* Primò suam doctrinam esse Apostolicam & proinde Apostolorum miraculis probatam.

Secundò, Ioannem Baptistam extraordinariè missum & tamen *q* nullum edidisse miraculum.

Ad prim. resp. 1. eorum doctrinam repugnare Apostolis, vt sup. *r* probatum. 2. missionem eorum non esse, ab ordinariis pastoribus, sed aliunde. Ergo illam debent miraculis probare.

Ad 2 resp 1. facta fuisse *s* miracula in natiuitate Ioan. 2. nihil docuisse contra communem doctrinam: & quãuis odio haberetur à Pharisæis, quia prædicabat Christum, non tamen ausi sunt illius improbare baptisma. [3. confirmabatur missio eius miraculis Christi, cuius *t* erat præcursor, & à quo *u* tam excellens testimonium habuerat: nihil autẽ simile hæretici producere possũt.]

Singulis vero ætatibus Ecclesia nostra miraculis claruit. Prima ætate habemus Apostolorum miracula. Secunda *x* militum Christi in exercitu M. Ant. Aurelii. *y* Tertia Gregorii Thaumaturgi. Quarta Antonii, Hilarionis, Martini, Nicolai. *z* Quinta, plurima descripta ab August. 22. Ciuit. 8. Sexta, Ioannis & Agapeti R. Pontif. cæteraque narrata à Gregorio 3. cap. 2. & 3. dialog. Septima. *a* S. Augustini & sociorum in Anglia. Octaua, *b* S. Cuthberti, & Ioannis in Anglia. Nona Tharasij, scripta ab Ignatio Nicæno: & alia *c* patrata in translatione

i 3. *Reg.* 18.
k *Egesip.* 3. *de excidio Hierosc. c.* 2.
l *Epiph. hær.* 66.
m *apud sextam synod. act.* 15.
n *Staphyl in absoluta responsione.*
o *apud Hierony. Bolsecum in vita Calu. cum enim Caluin. vellet aliquem suscitare qui se mortuum ex composito finxerat verè mortuum reliquit.*
p *Caluin. præfat. instit.*
q *Ioa.* 10. *v.* 41.
r *cap.* 6.
s *quod natus de sterili pater eius, vocis amiserit vsum, postea sit lingua soluta, quod in vtero exultauerit Ioã. Luc.* 1. *Deinde erat filius Sacerdot. & proinde ordinarius minister.*

t *Matth.* 11. *v.* 10. *& Luc.* 1. *v.* 76. u *v.* 11. x *apud Tertull. in Apolog. cap.* 5. *& in ep. ipsius Imperatoris apud Iustinum.* y *apud Bas. lib. de Spir. S. ca.* 29. a *Beda* 1. *hist.* 13. b *Beda* 4. *&* 5. *hist.* c *an. Dom.* 826. *vide Annal. Franc.*

d apud Surium.
e apud D. Bern.
f apud Gotfridũ contemporaneũ 4. vitæ Bern. 4.
g apud Antonin. 3. p. histor. tit. 23. & 24.
h apud Petrum Cardinal. Camera censem in vita Cælest. v.
i Antoninus sup.
k in bul. canonis.
l vt constat ex literis Iudicis.
m Caluin. præf. Inst. & Magd. in singulis ferè centuriis.
n tract. 13. in Io.
o apud Socrat. 7. histor. 17.
p cap. 4. & 5.

tione reliquiarum S. Sebastiani. Decima S. *d* Romualdi & VVenceslai regis Bohemorum. Item Vldar. & Dunstani. Vndecima S. Eduardi regis Angliæ, Anselmi, & Gregorii sept. Duodecima S. *e* Malachiæ, & Benardi, *f* qui vna die illuminauit cæcos XI. curauit mancos X. claudos XVIII. Decimatertia B. Francisci, & Dominici, qui tres suscitauit mortuos, *g* Petri mart. D. Thom. Aquinat. Bonauent. *h* Cælestini quinti. Decimaquarta, *i* Bernardini Catharinæ Senensis, Nicolai Tolentinati. Decimaquinta S. Vincentii, qui 38. mortuos excitauit. Decimasexta *k* B. Francisci de Paula, *l* Xauerij Societatis Iesu presbyteri.

Resp. *m* Primò, hæc fuisse vel ficta ab historicis, vel præstigias dæmonum cùm Euangelium euertant.

Secundò, *n* Aug. docet non esse Donatistis credendum, & si miracula facerent. Et libro de vnitate Ecclesiæ *Quæcumque* (inquit) *talia in Catholica fiunt, ideo sunt approbanda: quia in Catholica fiunt: non ideo ipsa manifestatur Ecclesia, quia hęc in ea fiunt.*

Tertiò, quia olim fiebant miracula ad sepulchrum Hierem. & tamen opera dæmonum. Nam fiebant in vtilitatem adorantium Hierem. pro Deo.

Quartò, *o* Vespasianum sanasse claudum & cæcum teste Suetonio, Paulus Episcopus Nouatianus edidit etiam miraculum, nec propterea dicemus illos veram coluisse religionem.

Quintò, patranda fore ab Antichristo miracula.

Ad 1. id sine ratione dici, nec huius. miracula aliud Euangelium quàm hæreticor. euertunt.

Ad 2. loqui Augustinum de occultis quibusdam Donatistarum reuelationibus. Libro verò contra *p* Epistol. fundamenti, aliter loquitur quàm lib. de vnit. Eccl. supr. illic enim vult Eccl. esse demonstrandam ex miraculis. Cuius diuersitatis ratio est, quod cùm Manich. negarẽt scripturas, & admitterent miracula, propterea in lib. cõt. epist. fund. dixit Ecclesiam, & scripturã esse demonstrãdam ex miraculis. Cùm autẽ Donat. reciperẽt scripturas, & suas iactarent visiones, ac Ecc. contemnerẽt miracula contrario modo loquutus est. vterq. tamen stare potest. Nam & Eccl. probatur miraculis euidẽtia credibilitatis

ita vt minimè acquiescere, non sit sapientis. Miracula verò ab Ecclesia probantur, absoluta certitudine rei. Quando enim Ecclesia declarat miraculum verum, certi sumus certitudine absoluta ita esse.

Ad. 3. patrata quidem hæc miracula, teste *q* Isidor. & Epiph. At opera dæmonis, aut pro Deo Heremiam cultum, nullus author habet, nisi Caluinus.

q *In vita Hier.*

Ad. 4. horum duorum morbos curabiles fuisse medicos interrogatos respondisse, *r* teste Cornelio Tacito: & proinde non mirum si opera Diaboli curati fuerint. Miraculum Nouatiano tributum non fuit in confirmationem fidei eius, sed Catholici Baptismi. Cùm enim ad Paulum Episcopum Nouatianum venisset quidam impostor Iudæus, vt ab eo baptizaretur, & irrideret baptisma, continuò tota sacri fontis aqua euanuit. Postea verò innotuit hunc Iudæum antea fuisse baptizatum ritu catholico ab Attico Episcopo Constantin. Quia noluit ergo Deus primum irrideri baptismum, non permisit Iudæum ab Episcopo hæretico iterum baptizari. Ad vltimum hæc miracula fore falsa de quibus *s* supra.

r 4. *Historiæ.*

s *lib.3.de summo Pont.cap.22.15.*

NOTA DVODECIMA,

Lumen Propheticum.

CAP. XV.

a *V.* 8.
b *V.*18.
c *Isa* 41.*v.*23.
d *Deut.* 18.*quo ponitur tanquã falsæ nota doctrinæ, si nõ eueniat quod prædixerit Propheta. v.* 22.
e *Vide Athan. in Antonio & Aug.de diuinat. dæmonum.*



Icut enim Christus suæ promisit Ecclesiæ. Donum miraculor. Marci vltim. ita & Prophetiæ Ioel 2. *a* exponente Petro Actor. *b* 2. Certum est autem *c* à solo Deo haberi posse notionem futurorum contingentium: nec illam dari nisi in confirmationem veræ fidei, & doctrinæ.

Quare Ethnici nulla vaticinia habuerunt nisi falsa, exceptis Sybillinis, & *d* Balaam in confirmationem fidei nostræ. Nam *e* Diabolus vel per ambages respondebat,

vel quod facturus esset, aut quod iam inceptum fuerat, vel à causis naturalibus necessariis pendebat, prædicebat.

Hæretici quotiescumque aliquid prædicere voluerunt, decepti sunt.

Montanus cum Priscilla & Maximilla prædixerat, nescio quæ bella, & seditiones, sed contrarium euenit teste Apollinari apud Eusebium. 5. hist. 15.

Lutherus *f* ann. 1525. prædixerat fore, vt euanescerent Papa, Cardinales, Episcopi Monachi &c. si adhuc per duos annos prædicaret suam doctrinam. At prædicauit. 21. ann. postea: obiit enim ann. 1546. & tamen nihil horum accidit *g* Thomas Muncer, qui in Principes Germaniæ armauerat rusticos suis, prædixerat certam victoriam, qui tamen ipsi, & ipse cæsi sunt. *h* Tam constanter asseruerant Lutherani futurum ann. 1533. Iudicium vltimum, vt multi nec arare, nec serere voluerint. Sed experientia mendaces monstrauit.

At præter Prophetas veteris Testamenti, ac eos, *i* qui primis 500. annis à natiuitate Christi floruerunt: sanctum Benedictum futura prædixisse narrat Gregor. *k* magnus. B. Bernardus, *l* cùm quidam peteret ab eo, vt oraret pro conuersione sui patris, *Ne timeas* (respondit) *ego illum probatum monachum in hac Claraualle sepeliam.* quod ita factum est *m* sanctus Franciscus prædixerat Christiano exercitui, pugnaturo certa quadam die contra Saracenos, fore victoriam hostibus. quod cùm duces contempsissent, cæsi, fusique sunt Christiani strage inaudita. Denique ferè nulli coluntur in Ecclesia sancti, qui Propheticæ dono non claruerint etiam.

f Apud Cochlæu in Actis Lutheri anni 1525.

g Colchæus sup.

h Cochlæ. sup. an. 1533.

i Vt Agabus Act. 11. *v.* 28. *Taumaturgus apud Basil. de spir. sancto* 29. *cap. Antonius apud Athanas.*

k 2. *Dialog.* 15.

l 4. *Vitæ cap.* 5.

m Apud Bonau. in vita Francis.

NOTA DECIMATERTIA,

Confeßio aduerſariorum.

CAP. XVI.



ON *a* enim eſt Deus noſter ſicut Deus eorum, & inimici noſtri ſunt iudices At nuſquam inuenti ſunt catholici laudaſſe contrarias ſectas, ſed omnes eas conſtanter improbant. a *Deut.32.v.31.*

Plinius *b* ſecundus ſcripſit Chriſtianos omnia deteſtari vitia, ſanctiſſimè viuere, & ſolùm poſſe reprehendi, quòd nimis facile pro Deo ſuo vitam profundant, horiſque antelucanis ſurgant ad orandum. Tertullianus *c* teſtatur Paganos noluiſſe diſcuti cauſam Chriſtianorum,ſed damnari: illicò,quòd ſcirent in illis nihil ſe reperturos mali. Imperatores gentiles probiores fauiſſe Chriſtianis, peiores ſolùm perſecutos fuiſſe fideles. Sanctum Antonium,Hilarionem Martinum à Paganis reuerenter habitos ſcribunt Athan. Hieron. Sulpitius in eorum vitis.

b *Ep.ad Traianum lib.*10. *epi.*

c *In Apologet. cap.* 1. & 2.

Ioſephus *d* Iudæus affirmat Chriſtum pluſquam hominem, & verè Meſſiam. Philo ſcripſit (teſte *e* Hiero. *f* Epiph. *g* Sozom. *h* Beda librum de laudibus Chriſtianor. ſub Marco Euangeliſta in Ægypto.

Mahumetus *i* docet, Chriſtum eſſe Prophetarum maximum, & ipſam Dei animam habere. Sultanum Ægypti Saladin veneratum fuiſſe S. Franciſcum tradit B. Bonauentura in vita Franciſci.

d 18. *Antiquit. cap.* 6.
e *In Philone.*
f *Hæreſ.*29.
g 1.*cap.*12.
h *Præfat. in Marcum.*
i *Cap.*2.*Alcoran.*

Totila *k* Arianus ſingulari affecit honore S. Benedictum. Et *l* Lutherus ipſe: *Nos* (inquit) *fatemur ſub Papatu plurimum eſſe boni Chriſtiani, imò omne bonum Chriſtianum, atque etiam illinc ad nos deueniſſe. Quippe fatemur in Papatu veram eſſe ſcripturam ſacram, verum Baptiſmum,*

k *Greg.*2. *Dial.* 15.
l *libro contra Anabaptiſtas.*

verum sacramentum altaris, veras claues ad remissionem peccatorum verum prædicandi officium, verum catechismum, vt sunt oratio Dominica, decem præcepta, articuli fidei. Dico insuper, sub Papatu veram Christianitatem, imò verum nucleum Christianitatis esse.

m *In Apologia. ar. 5. & 27.*
n *Cochleus in Actis Lutheri ann. 1531.*

At si nos nucleum habemus, quid sibi reseruant nisi corticem, & putamina? *m* Philippus Bernardum, Dominicum, Francisc. appellat sanctos. *n* Et cùm inter catholicos, & hæreticos Heluetios post multa prælia pax componeretur, in primò articul. Concordiæ, hæretici scribebant se velle deinceps dimittere confœderatos quietos, circa veram, indubitatam, & catholicam fidem suam. Catholici verò se velle dimittere confœderatos quietos circa fidem eorum, nihil de vera & indubitata fide addentes.

NOTA DECIMAQVARTA,

Infœlix oppugnantium Ecclesiam exitus.

CAP. XVII.

a *Deut. 32. v. 43.*
b *14. exodi.*
c *Numeror. 16.*
d *Machabæor. 2. cap. 9.*
e *Euseb. 2. hist. 7.*
f *Ioseph. de bello Iudaico.*
g *Joseph. 17. Antiq. 9.*
h *Josep. sup. lib. 18. cap. 14.*



ETsi enim Deus suos interdum flagellat, tandem tamen proiicit virgam in ignem, iuxta illud: *a* laudate gentes populum eius, quia sanguinem seruorum suorum vlciscetur, & vindictam retribuet in hostes eorum.

Pharao *b* submersus interiit. Dathan, *c* & Abiron primi schismatici descenderunt in infernum viuentes. *d* Antiochus vermibus & fœtore periit. *e* Pilatus seipsum interfecit. Omnes sciunt miseram *f* Hierosolymor. cladem. *g* Herodes Ascalonita scatens vermibus obiit, cum prius, seipsum voluisset occidere,

Tetrarcha miserè in exilio moritur. Agrippa *i* percussus ab Angelo consumptus vermibus periit. Nero, *k* & Domitianus ab aliis crudeliter cæsi. Traianus horrenda paralysi, & hydropisi. Maximianus & Maximinus tam horrendis doloribus correpti, vt etiam Medici dicerent esse plagam diuinam.

Simon *l* Magus, cùm volare tentasset cecidit, sibi fregit tibias, & paulò post cum summa ignominia obiit. *m* Manicheus excoriatur viuus à Rege Persarum, quod filium Regis curaturus, occidisset. *n* Montanus, cum suis Prophetissis laqueo vitam finiuit.

Donatistæ *o* quidam cùm canibus Eucharistiam proiecissent, ab ipsis lacerati fuerunt. *p* Arius cum excrementis, omnia intestina, & animam, in publicis latrinis effudit. Iulianus *q* Apostata diuinitus percussus, à terra sponte aperta absorbtus fuit. Valens *r* Arianus, viuus à Gothis Arianis crematur. *ſ* Nestorius lingua à vermibus corrosa miserè periit. *t* Hunnericus Vvandalor. Rex Arianus, & Ecclesiæ persecutor vt Agrippa consumptus est. *u* Anastasius Imperator. Eutychianor. fautor, fulmine interiit. Tempore *x* Leonis iconomachi, pestilentia consecuta combustionem imaginum, in foro Constantinopol. 300. millia hominum Constantinopoli sustulit. Lutherus, *y* & Oecolampadius morte repentina perierunt. Zuinglius in bello contra Catholicos trucidatus est, *z* Andræas Carolstadius à dæmone interficitur. Ioan. *a* Caluinus vt Hunnericus obiit, dæmonibus inuocatis.

i *Actor. 12.*
k *Vide Euseb. in Chronico.*
l *Egesippus. cap. 2. Excid. Hierosl.*
m *Heres. 66.*
n *Euseb. 5. c. 15.*
o *Optatus. 2. cōtra Parmenian.*
p *Athan. orat. 1. contra Arian.*
q *Nazia. orat. in Athan. circa finem.*
r *Ruff. 11. hist. 13.*
ſ *Euagr. 1. hist. 7.*
t *Victor. li. 3. extremo.*
u *Cedren. Zonaras & Paulus Diaconus in Anastasio.*
x *Paulus Diaconus.*
y *Cochleus in Actis Lutheri.*

z *Ministri Basileenses in Epistola de morte Carolstadij.* a *Hieronym. Bolsecus in vita Lutheri.*

NOTA DECIMA QVINTA.

Fœlicitas diuinitus collata propugnatoribus Ecclesiæ.

CAP. XVIII.



Vmquam enim Catholici principes ex animo, Deo adhæserunt, quin facilè de hostibus triompharint.

Notæ sunt in Testam. veteri victoriæ Abrahæ, Mosis, Gedeonis Samuelis, Dauidis, Ezechiæ, Iosiæ Machabeorum.

Constantinus *a* fœliciter Maxentium vicit, *b* bello, paceque gloriosus. *c* Theodosius senior, adeò fuit Deo gratus, vt hostium tela in illos retorquerentur. *d* Honorius vno prælio prosternauit plusquam centum millia Gothorum, ex *e* Romanis ne vno quidē vulnerato, nedum extincto. Theodosius iunior dum vacaret precibus in vrbe, circiter. 100. millia Saracenor. ab Angelis acta in Eufratem perierunt. Iustinianus senior, *f* donec catholicus fuit, Italiam, Africam, aliasque multas prouincias Romano restituit imperio: *g* hæreticus factus, cum edictum proponeret vellet de sua hæresi, repentina morte sublatus est. *i* Heraclius catholicus præclariss. victoriam reportauit de Persis, & crucem domini recepit: factus Monothelita, omnia illi infœliciter successerunt, & inaudito morbi genere extinctus est. Græci Imperatores, a tempore sui schismatis ab Ecclesia Romana semper in deterius se habuerunt. Latini magis, vel minus floruerunt vt magis, vel minus Ecclesiæ Romanæ adhæserunt. Tempore *k* Vrbani 2. cùm Christianus exercitus versaretur Antiochiæ, in summa desperatione, & omnium pe-

a *Euseb. 1. de vita Constantini. cap. 32.*
b *Euseb. in vita Const. & Aug. 5. ciuit. 25.*
c *Aug. sup. c. 26.*
d *Aug. sup. c. 23.*
e *Socrat. 7. hist. 18.*
f *Euagrius. 4. histor. 16. & seq.*
g *Euagr. sup ca. vltimo.*
i *Apud Zonarā.*
k *ad ann. 1098. vide Paulum Aemilium. li. 4. & Guillel. Tyrium lib. 6. prope finem.*

nuria, reuelauit Deus, vbi lancea sacra latebat, eaque prælata in bello, occisi sunt 100. millia Turcarum. *l* Tempore Innocen. 3. cæsi sunt 100. millia Albigensium ab octo milibus catholicorum. Anno. 1531. quinque prælia commiserunt, pro fide, catholici Heluetij cum hæreticis Heluetiis, & semper catholici numero, & armis inferiores, vicerunt. Carolus V. miraculo profligauit in Germania Lutheranos. Denique vix vnquam hæretici superiores euaserunt, quando iusto dimicatum est bello.

l *Aemilius l. 6.*



TOMI
SECVNDI
SECVNDA
CONTROVERSIA
GENERALIS,

DE MEMBRIS ECCLE-
siæ Militantis,

Tribus libris explicata.



INDEX LIBRORVM ET CAPITVM SEcundæ Controuersiæ.

LIBER PRIMVS, De Clericis.

22. Soluitur

LIBER SECVNDVS
Qui est
DE MONACHIS.

Ex Præfatione.

LIBER TERTIVS.
De Laicis.



LIBER PRIMVS,

DE CLERICIS.

De nomine Clerici & Laici.

Cap. I.



AICI dicti sunt quasi plebeij, ac populares, (λαὸς enim populus est) quibus nulla pars functionis Ecclesiasticæ demandata. *a* Clerici verò, quasi domini sors & hæreditas (κλῆρος namque sors est) qui diuino cultui consecrati, procurãdæ religionis, rerumque sacrarum curam suscepe-runt, Deo ipso iubente.

Quamuis autem cum *b* Caluino *c* Lutherus velit, errore vel praua traditione nomen cleri ita vsurpari a nobis: eo tamen in hac significatione vtuntur *d* Tertullian. passim Concilia, nominatim Nicænum *e* prim. canones *f* Apostolorum: ac ante illos *g* Hierem. dixit: *Cleri eorũ non proderunt eis:* quod de clericis nostris intellexerunt *h* Origen. *i* Epiph. atque *k* Hierony. apprimè linguam callentes Hebræam.

Obiicitur Primò, populus Christianus simplex esse debet. Galat. 3. *l Non est Iudæus, neque Græcus, non est seruus, neque liber, non est masculus neque fœmina;* m *omnes enim vos vnum estis in Christo Iesu.*

a *Hieron. ep. ad Nepotianum.*
b 4. *Inst.* 4. §. 9.
c *li. de abrogan. Missa priuata par. 1. tract. illud Petri: Non dominantes in Cleris.*
d *lib. de monogamia.*
e *can.* 1. 2. 3. 8. *&c.*
f *can.* 12. *si quis cumdãnato clerico orauerit dãnetur. item can.* 13. *&* 15.
g *cap.* 20.
h *hom.* 7. *in Hie.*
i *initio. ep. ad Ioan. Hieroso.*
k *supr. & in comment. illius cap. Hierem.*
l *v.* 28.
m *v.* 29.

Resp. hanc simplicit. & vnitatem sitam esse, in vnitate eiusdem fidei, & sensus. *n* Ephes. 4. & *o* 1. Corinth. cum qua non magis pugnat distinctio cleri, & laici, quam distinctio membrorum, cum vnitate corporis. Neque Paulus vult tollere sexuum, conditionum, nationum diuersitatem, in Ecclesia, sed tantùm monere, non ista sed fidem, filios Dei facere. n *v*.5.

Secundò, B. Petrum vocasse vniuersam Ecclesiam clerum. *p* 1. Petri 5. p *v*.3.

Resp. primò probabile esse loqui tantùm de iis, qui propriè clerici dicuntur: vt interpretatur *q* Hieron. Alludit enim ad leuitas veteris Testamenti, qui *r* dicuntur de sorte domini, & quibus nostri respõdent clerici, non populus 2. posse huius. nomen sub diuersa ratione, tum vniuersæ Ecclesiæ, tum solis aptari ministris. Nam sicut Ecclesia vniuersa, sors Christi est, quia eam suo acquisiuit sanguine: sic magis propriè ea portio Ecclesiæ debet eius sors dici, quæ illi peculiariter dicatur: non secus atque Synagoga Iudæor. vniuersa passim a prophetis hæreditas domini vocatur, quod eam vniuersam Deus ex Aegypto liberasset. Et tamen solam leuiticam tribum, quam sacris præfecerat rebus, speciali quadã ratione sortẽ, & hereditatẽ suã appellat.

q *ep. ad Nepot. & Ecumenius commentar. in 1. Petri.*
r *Deute. 18. v. 2.*

DE INSTITVTIONE MInistrorum,

PRIMA PROPOSITIO.

Non pertinet ad populum ius ordinandi pastores, siue ministros Ecclesiæ, sed ad Episcopos.

CAP. II. ET III.

APpellatione *a* creationis Episcoporum tria continentur 1. Electio (id est designatio certæ personæ ad Ecclesiasticam præfecturam) 2. Ordinatio (scilicet ritus inungendi, ac consecrandi) 3. missio, seu vocatio, a CAP. 2.

quæ iurisdictionem tribuit, ac præsulem facit reipsâ. b Vviclef ad solum Deum electionem spectare contendit c Lutherus & sectarij cæteri, electionem, ac vocationem, ad vniuersam Ecclesiam. Ordinationem verò ad pastores nomine totius Ecclesiæ. d Probatur tamen nostra propositio catholica. Primò Moses e sacerdos & Pontifex ordinauit solus Aaronem & filios eius Leuitici 8.

Secundò, f vbicumque in nouo Testam. fit mentio impositionis manuũ (quo ritu, etiam apud aduersarios, celebratur ordinatio) ea semper Apostolis, cæterisque Episcopis tribuitur, nusquam plebi.

Tertiò, ex can g I. Apostol. quo sancitur debere Episcopum a tribus ordinari Episcopis.

Quartò, ex h PP. qui constanter docent solius Episcopi esse initiare sacris, siue presbyteros, siue diaconos, siue Episcopos: neque id vllo modo presbyteris licere, multo minus plebi.

Quintò, ex antiqua, & perpetua Ecclesiæ consuetudine. A sæculo enim non est auditum, vt Episcopum non Episcopus ordinaret. Imo apud Lutheranos, & Caluinist. ij solùm manus imponunt, & pastores ac ministros faciunt, qui Episcopi haberi volunt.

Respon. clerum, ac populum non imponere quidem manus, non quia desit authoritas, sed commoditas: nec enim fieri potest, vt tot manus super vnius hominis caput imponantur. Itaque authoritas ordinãdi ministros, totius est multitudinis, executio verò pastorum.

b & Ioan Huss. apud Vualdens. 2. doctr. fid. cap. 39. & 40.
c lib. de potest. Papæ. Calui. 4. Inst. 3. §. 15.
d Cap. 3.
e Psal. 98. v. 6. Philo. 3. lib. de vita Mosis Hier. 1. in Jouin.
f vt Actor. 6. v. 6. 2. Timot. 1. v. 6.
g est 4. Concil. Nicæni. duodec. conc. Carthag. 2. trigesimusnonus Carth. 3. &c.
h Epip. hær. 75. Chrysost. in 1. ad Timoth. 3. & 4. cap. Hier. ep. ad Euangel. Aug. in breuiculo, col lat. 3. cap. 5.

Sed nomine populi ordinari pastores a pastoribus, tripliciter intelligi potest. Primò, quia quod tribuitur parti, tribuitur toti: vt nomine totius corporis, lingua dicitur loqui, ita quod tribuitur Episco. tribuatur toti Eccl. & inde populo: verùm hac ratione non magis erit potestas ordinãdi in populo, quam in manu loqui: nec enim quod est vni proprium parti, alteri tribui potest.

Secundò, vt in ipso populo sit verè ordinandi potestas: sicut in principe ius dicendi (si velit) in prætorio. Et hoc quidem falsum, alioquin posset populus, quibuscumq; placeret, demandare ordinandi officiũ quod aduersatur decretis, ac cõsuetudini Eccl. & aduersariis.

Nam ita in eorum cœtibus non quiuis è populo, sed soli pastores manus imponunt, vt si secus fiat irrita censeatur ordinatio. Et certè cum potestas ordinandi ministros per ordinationem accipiatur, nequit intelligi populum ordinare, & ordinationem non accepisse.

Tertiò, etsi populus, ordinis potestatem non habeat, habeat tamen iurisdictionis, & proinde ius imperandi pastoribus, vt certis hominibus, à se designatis manus imponant. Sed quia de hac iurisdictione proximè dicturi sumus, nunc colligere sufficiat. Si non sunt veri pastores, qui non sunt per manus impositionem à veris pastoribus ordinati. (vt ex Apostolor. perpetua consuetudine colligit etiam *i* Caluinus) nullos esse veros pastores apud hæreticos, & consequenter nec Ecclesiam. Pastores namque quos habuerunt primos, neque fuerunt à nostris ordinati Episcopi, vt patet, neque à suis. Non enim antecessores habuerunt, si primi non fuerunt veri pastores, neque etiam secundi, tertii, &c.

i 4. *Institut.* 3. § 16.

Respondet Caluin. cum primum constituitur Ecclesia, vel restituitur, solere Deum extraordinario modo excitare Apostolos, & Euangelist. Sed nequit restitui Ecclesia, nisi ante deficiat. Probatum est autem lib. 3. de Eccles. 13. eam deficere non posse.

SECVNDA PROPOSITIO.

Non est populi, sed Episcoporum, & potissimum Papæ, vocare ministros.

CAP. IV.

PRimò probatur, omnibus argumentis quibus *a* monstratum est Ecclesiasticam iurisdictionem non esse in ipso fidelium cœtu, sed in summo Pont. & ab eo in Episcopos deriuari.

a *lib.* 1. *&* 2. *de Rom. Pont.*

Secundò, ex Apostolica consuetudine. Nam Actor. *b* 14. Paulus, & Barnabas constituebant per ciuitates,

b *v.* 22. *Item ad Titum* 1. *v.* 5.

c Cent. 1. lib. 2. cap. 2. presbyteros. Et ipsi *c* Centuriator. fatentur primos, post Apostolos, Episcopos, ab Apostolis constitutos.

d infra cap. 7. Tertiò, *d* probaturi sumus electionem ministrorum populo non conuenire, multo minus ergo vocatio conueniet.

TERTIA PROPOSITIO.

Electio Ministrorum non fit à solo Deo.

CAP. V.

a articulo 8. damnatorū à concil. Constantien. sess. 8. Si Pap. sit Præscitus, & malus, & per consequēs mēbrum Diaboli non habet potestatem super fideles, nisi fortè à Cæsare. *Item Ioan. Huss. art. 22. damnatorum ibi sess. 15.*

b Ioan. 6. v. 70. οὐκ ἐγὼ ὑμᾶς τοὺς δώδεκα ἐξελεξάμην, καὶ ἐξ ὑμῶν εἷς διάβολός ἐστι.

c Actor. 6. v. 5.

d Homil. postre. in ep. ad Hebr.

e 2. cap. 4. contra ep. Parmeniani.

PRimò probatur, Ideo VVicleff *a* voluit fieri à Deo elect. hanc, quod soli debeāt eligi prædestinati. At non semper eligi ad Eccl. præfecturam, patet ex Iuda. *Nōne* b (inquit Christus) *ego vos duodecim elegi, & vnus ex vobis Diabolus est.* Item ex *c* Nicolao Diacono inter septem primos. Idque docent Orig. hō. 4. in librum Iudicum, *d* Chrysost. *e* Aug. & Bernard. serm. 66 in Cantica. Secundò, si solus Deus dumtaxat eligeret, aut id faceret sine visibili, aut cum visibili signo. Si prius, quid nobis huiusmodi electio prodesset? numquā enim sciremus quis esset Ecclesiæ pastor. Si posterius, vel signum erit præter ordinem naturæ, vt prodigio sum vel erunt sortes vsurpandæ. Constat huiusmodi signum non haberi à nobis: sortes verò iacere cum humano cōsilio res transigi potest [& fortasse continget eligi peiorem] nullo modo licet. Nam vel existimātur sortes gubernari à casu, aut à cælo, aut Diabolo, aut Deo. si primum stultum, & maximè temerarium est, committere fortunæ, quod potest definiri consilio. si secundum, est superstitio, neque enim liberæ actiones, quales sunt iacere, vel educere sortes, gubernantur à cœlo. si 3. impiū est, rerum sacrarum authorem, Diabolum facere. si 4 est tentare Deum, cum neque promiserit directurum sortes, neque desit consilium humanum ad eligendum.

f v. 33. Obiicitur primò, Salom. Prouerb. 16. f *Sortes mittuntur in sinum, à Domino autem temperantur.*

g Act. 1. ad finē. Secundò, S. g Mathiam fuisse sorte electum.

Ad prim. nolle Salomonem dicere, sortes dirigi à Deo in electionem potioris, sed id quod respectu nostri accidit casu, [vel quod ex se contingenter accidit] siue melior, siue peior eligatur, omnia tamen à diuina gubernari prouidentia [quæ ita secundis causis cooperatur, vt de actibus contingentibus, aliquid semper statuat certi: quamuis si non adesset simul determinatio causæ secundæ liberæ, & ipse solus immediatè rem determinaret Deus, aliter nonnumquam faceret. Aliud est autem à Deo dirigi immediatè, & specialiter sortes: tunc enim semper melior eligeretur, aliud supposito casu & contingentia. Propterea non dixit Salomon gubernari sed temperari à Deo sortes.]

Ad 2. respondeo 1. non fuisse fortasse veram sortem, sed signum aliquod cœleste, vt sentire *b* Dionys. Areopag. videtur. 2. Id priuilegium fuisse. 3. sortibus tunc licere vti, *i* cum duo sunt æquè perfecti quoad iudiciũ humanum, nec apparet quis eligi possit. tunc enim, nec periculum est eligere peiorem quantum constet, & via multis præcluditur probabilibus querimoniis.

h *cap. 5. cælest. Hierarch. p. 3.*
i *Aug. 1. doct. Chr. 18 & epist. 180. ad Honor.*

QVARTA PROPOSITIO.
Non decuit Christianos Sacerdotes, carnali successione propagari.
CAP. VI.



Rimò, huius rei figuram gessit Melchisedech in lege naturæ, ideo enim *a* describitur sine patre, & matre, genealogia vt intelligeremus Sacerdotes Christianos non debere nasci, sed fieri.

a *Hebr. 7. v. 3.*

Secundò probatur ex Isaiæ 66. b *Assumam* (inquit Dominus) *ex eis sacerdotes & leuitas.* Quare dixit assumam, nisi quia vt obseruat *c* Hieron. in Testamento nouo, de quo ibi agitur, non erant sacerdotes nasciturí ex vna familia, sed assumendi ex omnibus gentibus.

b *v. 21.*
c *in hunc locum.*

Tertiò, vt in veteri Testamento populus Dei propa-

gabatur carnali generatione, ex Iacob, in nouo spirituali regeneratione, ex Christo: ita par erat, vt in Testamẽto veteri sacerdotes carnali successione propagarentur, in nouo spirituali electione assumerentur. Item sicut sacerdotium Aaronicum carnale fuit, quippe quod totum in bobus, ouibus, &c. Christianum, spirituale, quippe in hostia spirituali: sic æquum erat sacerdotum propagationem in veteri carnalem, in nouo Testamento spiritualem esse.

Quartò, Christianæ reipubl. conuenire debet perfectissima ratio instituendi ministros. At melior est ratio per electionem, quam generationem. Nam si electio valeat, nec interueniat vitium eligentium, semper eligentur optimi & capaciores.

Quintò, etsi vitio eligentium fieri possit, vt aliquando peiores eligantur: tamen id emendari potest. At si per generationem introducantur, nullum remedium erit.

QVINTA PROPOSITIO.

Ius eligendi summum Pontificem cæterosque Ecclesiæ ministros ac Pastores non conuenit populo iure diuino. Quare,

Si quid aliquando in hac re populus potuit, id totum habuit ex conniuentia, vel concessione Pontificum.

CAP. VII.



PRobatur primò. Nemo debet sibi assumere honorem, nisi vocetur à Deo tanquam Aaron. *a* Hebr. 5. Atqui Aaron à solo Mose, sine consensu, aut consilio populi, fuit electus. Secundò, voluit Christus ea potestate, eaque ratione, Apostolos gubernare Eccl. qua ipse eã gubernauerat, visibili sua præsentia. Ioan 20. *b* At primùm Apostolos 12. deinde 70. elegit discipulos, sine suffragio, aut consilio multitudinis.

3. Iure diuino *c* scripto, Episc. sunt constituti pastores

a v. 4.
b v. 21. καθὼς ἀπέσταλκέ με ὁ πατὴρ κἀγὼ πέμπω ὑμᾶς. Sicut misit me Pater, & ego mitto vos.
c *Ioan. vlt. v. 16 Actor. 20. v. 28.*

populi. Ergo non iure humano, id est populi electione.

Quartò, Apostoli eligebant Episc. sine suffragio populi. Nam electos mittebant ad infideles populos absentes, qui proinde minimè eligere poterant missos.

Resp. *d* Kemnitius, fuisse electos à populo Ecclesiæ, vbi ordinabantur. Sed primò, qui volunt iure diuino pertinere ad populum hanc electionem, ideo id dicunt, ne populus accipiat pastorem ignotum.

d *in Exam. con Trident. disput. de Sacr. Ordinis*

At hoc non obstante, Apostoli eligebant Episcopos. Ergo sine consensu populi, tunc enim hæc ratio cessat. 2. quo iure vnius populus eliget Episcopum alterius populi? 3. quis dixit Kemnitio Episc. ab Apostol. missos, fuisse à populo huius. electos? [4. longè melius nouerāt Apostoli quid expediret populis infidelibus, quā plebs Christiana, ad quid ergo elegisset Episcopos mittendos populus Christianus?]

Quintò probatur propos. ex conc. Laodicę. c *Non est permittendum turbis electionem eorum facere, qui sunt ad sacerdotium promouendi.* Resp. Caluin. solùm prohiberi ne solæ eligant turbæ, sed debere semper interesse seniores. At si ita esset, cùm semper interfuerint seniores, quid opus erat statuto? Concil, *d* sub Martino Papa. *Non licet populo electionem facere eorum, qui ad sacerdotium promouentur: sed in iudicio Episcoporum sit.* Nicæn. 2. e *Omnem electionem quæ fit à Magistratibus Episcopi vel presbyteri, vel Diaconi irritam manere. Oportet enim eum qui est promouendus ad Episcopatum ab Episcopis eligi.* Concil. *f* 4. Constāt. *Sancta & vniuersalis synodus definit neminem laicorum Principum vel Potentum semet inferre electioni,* g *&c.*

c *can.* 13.
d *apud Martin. Bracarensem ca.* 2. *decretorum.*
e *can.* 3.
f *quod est octau. generale can.* 22.
g vel promotioni Patriarchę vel Metropol. aut cuiuslibet Episc. præsertim cum nullā in talibus potestatem, quē libet potentiū vel cæterorum laicorū habere conueniat.

Sextò, exemplis, seu testimoniis veterum post Apost. *h* Ruffinus, scribit Frumentium à S. Athanasio creatum Episcop. Indorum, Indis nihil dumtaxat scientibus. *i* Epiphan. Paulinianum, fratrem Hieron. presbyterū ordinauit, & ad monasterium misit, vt sacerdotali fungeretur officio: quamuis de hac re, ad illum nihil scripsissent fratres eiusd. monasterii. *k* Augustinum Anglor. Episc. designauit Gregor. mag. iussitque ordinari ab Arelatensi Episcopo, si Angli fidem reciperent, quorum nō expectauit assensum. Gregor. 2. ignorantibus Germanis S. Bonif. eis ordinauit Episc. vt ex vita Bonif. cōstat.

h 10. *hist. cap.* 9.
i *epist. ad Ioannē Hierosolym.*
k *Beda* 1. *histor. gentis suæ.*

Septimò, si populus eligat, hæc sequentur incommoda. 1. sæpius minus idoneos eligi: populares enim imperiti sunt, nec valent, etiamsi velint, iudicare de idoneitate duntaxat. 2 iniquiores, nimirum quos cupient perditi præfici, nam maior pars vincet semper: sunt autem plures mali quam boni, stulti quam sapientes. 3. frequentes, & graues tumultus. Refert *l* Augustin. turbulentissimum accidisse tumultum popularem, in electione Piniani. Alium *m* Ruffinus, populi Mediolanens. *n* grauissimum Ammianus *o* Marcellinus in electione Damasi, ita vt in templo quodam cæsi fuerint 137. homines.

l Ep. 110. & 225.
m 11. *Hist.* 11.
n *In Ep. de sign.*
o *Lib.* 27.

Obiicitur Primò, tot incommoda reuera parit electio à populo facta: & tamen eam patiebantur veteres. Signum ergo est, eam fuisse de iure diuino.

Resp. paulatim irrepsisse in Ecclesiam & proinde paulatim, suauiterque tollendam. Initio namque Apostoli, insciente populo, eligebant Pastores. Deinde cæpit populus adhiberi *p* in testimonium dandum de vita, & moribus eligendi. Hinc vt populi magis suos diligerent pastores cæpti sunt tantum ordinari postulati à plebe. Tandem consuetudo in quibusdam locis, vt ius suffragij sibi vsurparet populus. Sed postquam hoc aliquandiu toleratum est, & apparuit rei confusio & indignitas, paulatim sublata est à populo electio, & postulatio: solúmque relictum vitæ testimonium, ac morum.

p *Tert. in Apolog.* 39. Præsunt probati quique seniores, honorem istū nō precio sed testimonio adepti. *Vide Leonem ep.* 87. *vel.* 89.

Secundò, toti Ecclesiæ datæ sunt claues Matth. 16. *Tibi dabo claues.* hoc enim dicitur Petro, vt gerenti Ecclesiæ personam. Item 18. *Quæcumque alligaueritis &c.* ad eos enim refertur, de quibus dicitur: *Si peccauerit in te frater &c.* idest toti multitudini.

Sed de primo testimonio, *q* supra diximus. Ad. 2. referri ad eam cui deferendum esse ait Christus peccātem monitū, idest Ecclesiam. Quid autem ibi nomine Eccles. intelligatur, alibi *r* dictum est.

q 1. *De Rom. P.* 12. 13 & 14.
r *Lib. 2. de Eccl.* 15.

Tertiò, imperat *s* Dominus non audiri vocem alienorum, *t* fugiendum esse falsos Prophetas, & Apostolus iubet eos anathematizari, qui docent aliquid præter Euangelium. Ergo tenetur populus de iure di-

s *Joan.* 10.
t *Math.* 7. *v.* 15.

uino bonos quærere pastores, & reiicere malos.

Resp. locum *u* Pauli explicare alios. Vult enim esse execrandos, qui docent in populo fideli aliam doctrinam quam à maioribus acceptam: hoc est enim docere aliquid præter Euangelium acceptum, cum non sit aliud Euangelium, & sana doctrina fidei, quam quæ est ab Ecclesia, per tot series temporum, recepta. Quare hac regula merito fugiendi sunt Luther. atque Caluinus.

u *Gal* 1.*v*.8. & 9.

Tertiò, Episcopi sunt *x* ministri, non Domini Ecclesiæ, *y* quæ est columna, & firmamentum veritatis. Igitur summum tribunal penes Ecclesiam est.

x 1. *Cor* 3. *v*.5.
y 1.*Tim*.3.*v*.15.

Resp. Episcopos esse ministros regendo, & Ecclesiam firmam. veritat. audiendo. S. Petrum, pro cuius fidei firmitate dominus orauit.

Quartò, non soli Apostoli, sed Ecclesia tota Mathiã, & Barsabam elegit, vt ex eis vnum Deus assumeret. Act. 1. v. 23.

Resp. 1. cum Chrysost. *z* id factum ex concessione Petri, non ex necessitate. 2. non tàm id electionem fuisse, quàm postulationem, qua cupiebant aliquem, in locum Iudæ eligi. 3. ab vno exemplo, non posse deduci esse de iure diuino suffragium duntaxat populi: si exemplis constet, sine suffragio populi aliquos verè Episcopos electos: nec enim homines aliquid rectè faciunt contra ius diuinum.

z *In hunc locũ.*

Quintò *a* Acto. 6. de multitudine credentium dicitur: *Et elegerunt Stephanum.* Resp. primò, vt ad 4. secundò nos agere de electione Pastorum Ecclesiæ, illîc verò de Diaconis tantùm, qui præessent mensis.

a *V*.5.

Sextò Actor. 14. *b* *Et cùm constituissent* χειροτονήσαντες *per singulas ciuitates presbyteros.* Verbum autem illud Græcum significat, *cum elegissent per suffragia. Nam* χειροτονία est, quasi χεῖρας τείνω, *manus tendo, siue atollo in signum suffragij.*

b *V*. 22.
χειροτονήσαντες δὲ αὐτοῖς πρεσβυτέρους κατ᾽ ἐκκλησίαν.
Per Ecclesiam.

Resp. χειροτονεῖν, tria significare. 1. eligere per suffragia. 2. eligere simpliciter quoquo modo sit vt Actor. 2. *c* 10. tertiò, apud Ecclesiasticos scriptores ordinare per manuum impositionem: sic enim *d* Chrysost. exponens illud: *Et cum orassent imposuerunt illis manus.* ait: τῶν γὰρ ἐπι

c *V*. 40.
ἔδωκεν αὐτὸν ἐμφανῆ γενέσθαι *V*. 41. οὐ παντὶ τῷ λαῷ ἀλλὰ μάρτυσι προκεχειροτονημένοις ὑπὸ τοῦ θεοῦ.
dedit eum manifestum fieri, non omni populo, sed testibus præordinatis à Deo.
d *Homil.* 14. *in Acta.*

e *Ep. ad Alexa.* χειροτονία: & in hac acceptione Concil. *e* Nicęn. vſus eſt
f 1. *Hiſtor.* 9. hac voce apud *f* Theodoretum. Si. 2. & 3. modo acci-
g *Orat. contra Timocratem.* piatur illo Actor. 14. loco, ſolutum manet argumen-
tum, ſi. 1. non ſignificare eligere per ſuffragia aliorum,
h *Orat. pro Flacco.* ſed ſuffragio proprio. Quomodo *g* Demoſthenes & Ci-
cero *h* tribuunt populo χειροτονεῖν, ſiue porrigere manus:
i 1. *Ep.* 4. Cùm tamen populus proprio, non alieno eligat ſuffra-
gio. Elegerunt ergo Epiſcopos Paulus, & Barnabas per ſuffragia propria, non populi. De quibus enim legitur: *Cùm conſtituiſſent presbyteros*, dicitur commendaſſe Deo ita conſtitutos. At certè qui commendauerunt, Paulus & Barnabas erant, non populus.

Septimò, *Propter quod* (inquit. *i* Cyprian.) *plebs obſequens præceptis Dominicis, & Deum metuens, à peccatore præpoſito ſeparare ſe debet, nec ad ſacrilegi ſacerdotis ſacrificia miſcere, quando ipſa maximè habeat poteſtatem vel eligendi dignos ſacerdotes, vel indignos recuſandi: quod & ipſum videmus de diuina authoritate deſcendere, vt ſacerdos plebe præſente, ſub omnium oculis deligatur, & dignos atque idoneos publico iudicio, ac teſtimonio comprobetur.*

Reſp. 1. non velle dicere ex iure diuino, ſed ab exem-
k *Numer.* 20. *ad finem.* plis deſcendere diuinis, à populo Epiſcopum eligi.
Nam id ſolùm probat exemplo *k* Eleaz. *l* Mathiæ &
l *Actor.* 1. Sept. *m* Diaconor. At exempla ſcripturarum, non fa-
n *Actor.* 6. ciunt rem de iure diuino. 2. nihil aliud tribuere populo, his verbis quàm ſuffragiũ teſtificatiuum, ſiue teſtimonium de vita, & moribus ordinandorum: ait enim in Eccleſia debere eligi Epiſcopũ, ſicut fuit electus Eleazarus. At conſtat fuiſſe electum à Moſe, populo præſente, ſed non ſuffragium ferente. Vnde: *Coram* (inquit Cyprianus) *omni Synagoga, iubet Deus conſtitui ſacerdotem, ideſt inſtruit, & oſtendit ordinationes ſacerdotales, non niſi ſub populi aſſiſtentis conſcientia fieri oportere, vt plebe preſente vel detegantur malorum crimina, vel bonorum merita prædicentur.*

Octauò, *Dignum eſt* (inquit Nicęn. Concil. *o* epiſt.
o *Supra.* ad Alexan.) *vos poteſtatem habere, & eligendi quemlibet, & nomina eorum dandi, qui Clero ſunt digni, & abſolutè facere omnia ſecundum leges & ſanctiones Eccleſiæ.* Sed hîc non plebem, ſed Epiſcopos alloquitur. Rurſus. *Si quem*

verò contigerit requiescere in Ecclesia, tunc prouehi in honorem defuncti eos, qui nuper assumpti sunt, solummodò si videãtur digni, & populus eos elegerit, condecernente simul, & designante maximè Alexandrinæ Ciuitatis Episcopo.

At non de simplici designatione, sed vera confirmatione ab Episco. Alexandrino agit. Nec aliud inde colligitur, quam tunc temporis cæpisse populum immisceri electionibus, quod minimè negamus.

Nonò. *Reuerendiss. & Deo amabilem* (inquit *p* Cõcil. 2. generale) *Nectarium Episcopum ordinauimus &c. cuncta decernente pariter ciuitate.* Similia profert Caluin. ex *q* Leone & *r* Gregorio, Kemnitius ex Ambros. & aliis apud *s* Gratianum.

p *Ep. ad Damas. apud Theodor. 5. histor. 9.*
q *Ep. 89.*
r 2. *Ep. 69.*

Resp. 1. ex iis non haberi testimoniis, esse de iure diuino, vt populus eligat. 2. vno, aut altero exceptis, cætera nullam facere mentionem electionis, sed postulationis, vel testimonii. 3. reuera populum aliquando elegisse, sed ex Pontificum concessione.

s *Dist. 23. 24. 62. 63. 65. 67. & 68*

Decimò, per annos ferè. 1300. populus elegit, & solùm à tempore *t* Friderici. 2. exclusus est ab electione. Nam in decretalib. epist. à *u* Gregor. 9. editis, cap. Messana, mentio huius rei fit, & in *x* epistola eius. Gregorij ad Episcopum Bremensem. Quare sine controuersia ante annos. 300. vel circiter electio à laicis fiebat.

t *Obiit an. 1250.*
u *Qui sedit Friderici tempora.*
x *Apud Krantzium. 8. Metropolis. 3.*

Resp. tempore Apostolorum habuisse populum, testimonium solum in electione. Ante. 1200. annos Cõciliũ Laodicenum, ante. 900. Concil. sub Martino. ante 800. Concil. 7. ante 700. Concil. octau. interdixisse ne laici eligant. Ante ann. 500. *y* Gregor. 7. ante. 400. *z* Alexander, 3. à solis Cardinalibus sunt electi. Ipsemet Gregor. 9. in epistola citata, docet ad Canonicos electionem spectare, licet etiam accesserint vota, idest postulationes populi. Et ipso capite, Messana, *Edicto* (inquit Honorius) *perpetuò prohibemus, ne per laicos cum Canonicis, Pontificis electio præsumatur: quod si fortè præsumpta fuerit, nullam obtineat firmitatem, nonobstante contraria consuetudine quæ dici debet potius corruptela.* Quomodo ergo citra controuersiam laici ante annos. 300. eligebant.

y *Apud Platinã.*
z *Radeuicus. 1. de gestis Friderici. 1. cap. 50. & seq.*

e *Ep. ad Alexa.* χειροτονία: & in hac acceptione Concil. *e* Nicęn. vſus eſt
f *1. Hiſtor. 9.* hac voce apud *f* Theodoretum. Si. 2. & 3. modo acci-
g *Orat. contra Timocratem.* piatur illo Actor. 14. loco, ſolutum manet argumentum, ſi. 1. non ſignificare eligere per ſuffragia aliorum,
h *Orat. pro Flacco.* ſed ſuffragio proprio. Quomodo *g* Demoſthenes & Cicero *h* tribuunt populo χειροτονεῖν ſiue porrigere manus:
i *1. Ep. 4.* Cùm tamen populus proprio, non alieno eligat ſuffragio. Elegerunt ergo Epiſcopos Paulus, & Barnabas per ſuffragia propria, non populi. De quibus enim legitur: *Cùm conſtituiſſent presbyteros*, dicitur commendaſſe Deo ita conſtitutos. At certè qui commendauerunt, Paulus & Barnabas erant, non populus.

Septimò, *Propter quod* (inquit. *i.* Cyprian.) *plebs obſequens præceptis Dominicis, & Deum metuens, à peccatore præpoſito ſeparare ſe debet, nec ad ſacrilegi ſacerdotis ſacrificia miſcere, quando ipſa maximè habeat poteſtatem vel eligendi dignos ſacerdotes, vel indignos recuſandi: quod & ipſum videmus de diuina authoritate deſcendere, vt ſacerdos plebe præſente, ſub omnium oculis deligatur, & dignos atque idoneos publico iudicio, ac teſtimonio comprobetur.*

Reſp. 1. non velle dicere ex iure diuino, ſed ab exem-
k *Numer. 20. ad finem.* plis deſcendere diuinis, à populo Epiſcopum eligi. Nam id ſolùm probat exemplo *k* Eleaz. *l* Mathiæ &
l *Actor. 1.* Sept. *m* Diaconor. At exempla ſcripturarum, non fa-
n *Actor. 6.* ciunt rem de iure diuino. 2. nihil aliud tribuere populo, his verbis quàm ſuffragiũ teſtificatiuum, ſiue teſtimonium de vita, & moribus ordinandorum: ait enim in Eccleſia debere eligi Epiſcopũ, ſicut fuit electus Eleazarus. At conſtat fuiſſe electum à Moſe, populo præſente, ſed non ſuffragium ferente. Vnde: *Coram* (inquit Cyprianus) *omni Synagoga, iubet Deus conſtitui ſacerdotem, id eſt inſtruit, & oſtendit ordinationes ſacerdotales, non niſi ſub populi aſſiſtentis conſcientia fieri oportere, vt plebe preſente vel detegantur malorum crimina, vel bonorum merita prædicentur.*

Octauò, *Dignum eſt* (inquit Nicęn. Concil. *o* epiſt.
o *Supra.* ad Alexan.) *vos poteſtatem habere, & eligendi quemlibet, & nomina eorum dandi, qui Clero ſunt digni, & abſolutè facere omnia ſecundum leges & ſanctiones Eccleſiæ.* Sed hîc non plebem, ſed Epiſcopos alloquitur. Rurſus. *Si quem*

verò contigerit requiescere in Ecclesia, tunc prouehi in honorem defuncti eos, qui nuper assumpti sunt, solummodò si videātur digni, & populus eos elegerit, condecernente simul, & designante maximè Alexandrinæ Ciuitatis Episcopo.

At non de simplici designatione, sed vera confirmatione ab Episco. Alexandrino agit. Nec aliud inde colligitur, quam tunc temporis cœpisse populum immiscere electionibus, quod minimè negamus.

Nonò. *Reuerendiss. & Deo amabilem* (inquit *p* Cōcil. 2. generale) *Nectarium Episcopum ordinauimus &c. cuncta decernente pariter ciuitate.* Similia profert Caluin. ex *q* Leone & *r* Gregorio, Kemnitius ex Ambros. & aliis apud *s* Gratianum.

p *Ep. ad Damas. apud Theodor. 5. histor. 9.*
q *Ep. 89.*
r 2. *Ep. 69.*
s *Dist. 23. 24. 62. 63. 65. 67. & 68*

Resp. 1. ex iis non haberi testimoniis, esse de iure diuino, vt populus eligat. 2. vno, aut altero exceptis, cætera nullam facere mentionem electionis, sed postulationis, vel testimonii. 3. reuera populum aliquando elegisse, sed ex Pontificum concessione.

Decimò, per annos ferè. 1300. populus elegit, & solùm à tempore *t* Friderici. 2. exclusus est ab electione. Nam in decretalib. epist. à *u* Gregor. 9. editis, cap. Messana, mentio huius rei fit, & in *x* epistola eius. Gregorij ad Episcopum Bremensem. Quare sine controuersia ante annos. 300. vel circiter electio à laicis fiebat.

t *Obiit an. 1250.*
u *Qui sedit Friderici tempore.*
x *Apud Krantzium. 8. Metropolis. 3.*

Resp. tempore Apostolorum habuisse populum, testimonium solum in electione. Ante. 1200. annos Cōciliū Laodicenum, ante. 900. Concil. sub Martino, ante 800. Concil. 7. ante 700. Concil. octau. interdixisse ne laici eligant. Ante ann. 500. *y* Gregor. 7. ante. 400. *z* Alexander. 3. à solis Cardinalibus sunt electi. Ipsemet Gregor. 9. in epistola citata, docet ad Canonicos electionem spectare, licet etiam accesserint vota, idest postulationes populi. Et ipso capite, Messana, *Edicto* (inquit Honorius) *perpetuò prohibemus, ne per laicos cum Canonicis, Pontificis electio præsumatur: quod si fortè præsumpta fuerit, nullam obtineat firmitatem, non obstante contraria consuetudine quæ dici debet potius corruptela.* Quomodo ergo citra controuersiam laici ante annos. 300. eligebant.

y *Apud Platinā.*
z *Radeuicus. 2. de gestis Friderici. 1. cap. 50. & seq.*

SEXTA PROPOSITIO,

Electio Episcoporum non pertinet de iure diuino ad Clerum, sed ad summum Pontificem vt vel ipse eligat, vel præscribat eligendi modum.

CAP. VIII.

a Lib. de Rom. Pontifice.
b *Vide Damas. in Pontificali Innocent. 1. epist. ad Decentium, & Ioan. 3. ep. ad Germ. ac de hac re tota Caietan. tract. de Potest. Papæ & Concil. cap. 13.*



Rimò, quia probatum *a* est soli Petro & successoribus commissam fuisse curam vniuersæ Ecclesiæ.

Secundò, si ad clerum pertineret, iure diuino Episcoporum electio, omnes Clerici ius eligendi haberent. Quod tamen falsum esse constat. Eadem enim ferè incommoda sequerentur ob Clericorum multitudinem, quæ in electione populari.

Tertiò, sanctus Petrus, qui ius diuinum non ignorabat, non *b* solùm suum successorem delegit Clementem, sed etiam ad plurimas Prouincias Episcopos misit, non expectata Clericorum electione.

SEPTIMA

SEPTIMA PROPOSITIO

Ratio eligendi summum Pontificem per solos Cardinales, est omnium optima, etsi absolutè posset eam mutare Pontifex. Est enim vt patet de iure humano.

CAP. IX



Rimò quia non debet Pontifex creari per sortes, aut carnalem successionem vel prædecessoris nominationem, aut suffragia populi, vel cleri, Ergo ad suffragia primorum ex clero. Tales sunt Cardinales, hi enim præcipui Episcopi sunt, presbyteri, & Diaconi Ecclesf. Romanæ.

Secundò, nulli melius iudicare possunt qualis debeat esse eligendus Episcopus, quam huius Consiliarii, qui cum eo Ecclesiam regunt.

Tertiò nulla alia forma electionis diu durare potuit. Nam ab anno 1179. vsque ad hoc tempus semper electi fuere Papæ, à duabus partibus Cardinalium, iuxta decretum Alexandri. 3. cap. licet, extra, de electione. ante verò hoc tempus, 17. mutationes inueniuntur in electione Romani Pontific.

Quartò, numquam fuerunt pauciora schismata quam cum viguit hæc forma: nam *a* ex. 29. fuerunt. 26. ante Alexandr. 3. ex reliquis tribus, vnum tempore Vrbani. 2. accidit Cardinalium vitio, alterum à Ludouico. 4. excitatum, vltimum à Concilio Basileensi.

a *Vt annotat Onuphrius lib. de Pontif. Rom.*

Quintò, hæc forma temperata est ex omnibus aliis bonis, & legitimis formis. Quinque si quidem modis consueuere Episcopi eligi, primò per Papã. 2 per *b* Epis-

b *De hoc Cypr. 1. ep. 4. & Conc. Nicen. Can. 4.*

copos eiusdem prouinciæ, postulato consensu cleri, & populi.3. *c* per clerum & populum ciuitatis. 4. per *d* Imperatores, ac Reges vel solos, vel cum clero: 5. per solos Canonicos. Primus modus non expedit in electione Papę.3.non reperitur propter incõmoda,neque. 4.quia vel vi & quadam *e* Tyrannide introductus, vel ob defensionem Romanæ sedis,quarum vtraque ratio iamdiu defecit. 2. reperitur, nam eligunt nunc Episcopi vicini, nimirum sex Episcopi Cardinales. Quinta item,Nam quod sunt Canonici in aliis vrbibus,id sunt presbyteri & Diaconi Cardinales, in vrbe.

c Hic fuit in vsu modus tempore Chrysost. Ambro. Aug. Leonis, Gregorij.
d *Id seruatum vsque ad Constantinum. 4. [circa an. 670.]*
e *Teste Gregor. in Psal. 4. pœnitential.*

OCTAVA PROPOSITIO,

Si nulla extaret Pontificia constitutio de electione Papæ vel omnes Cardinales simul deficerent, ius electionis ad Episcopos vicinos, & Clerum Romanum pertinet.

Cap. X.



Rimò, quia ab omnibus Episcopis vicinis, & Clericis Romanis translatum est ius eligendi ad Cardinales, qui sunt quędam pars Episcopor. & Clericor. Roman. Ecclesiæ. Ergo Cardinalibus deficientibus,deberet redire ius eligendi ad omnes Episcopos,& Clericos Romanæ Ecclesiæ.

Secundò. quia est antiqua consuetudo, vt Episcopũ tam Romanum, quam alios, eligant Episcopi vicini, præsente Clero & inauditum est Episcopos, aut Archiepisc.totius orbis conuenisse ad electionem summi Pontificis:nisi in casu quo dubitatur de legitimis electoribus.

De numero Ordinum Ecclesiasticorum.

CAP. XI.



Aluin. *a* & Kemnit *b* tres tantum esse veros ordines contendunt. Episcoporum, quos Pastores: Presbyterorum, quos Seniores, vel doctores, aut ministros vocant: & Diaconorum. Ex cæteris exorcistam aufferunt, reliquos non vt ordines agnoscunt, sed ministeria à Pastoribus liberè distributa, plura, vel pauciora, pro Ecclesiæ magnitudine, aut paruitate.

a 4. *Instit.* 4. & 19.
b *In exam. sess.* 23.

Quia *c* Hieronym. quinque tantùm ordines numerat, Episcopos, Presbyteros, Diaconos, fideles, & Cathechumenos. Dionys. *d* tres tantùm, Pontificum, Sacerdotum, Ministrorũ. Canones Apostolor. quinque, Episcopor. Præsbyteror. Diaconor. lectorum, Cantorum. Ambros. *e* etiam quinque, sed loco Cantorum, ponit exorcistam.

c *In* 19. *Isaiæ.*
d 5. *Eccl. Hiera*
e *In* 4. *ad Ephes.*

Ignatius *f* & *g* Epiphan. plures septem, addunt enim κοπιῶντας, idest laborantes. Canonistæ *h* addunt psalmistam. At tanta diuersitas satis ostendit, non esse præcisè septem ordines.

f *Ep. ad Antiochenos.*
g *In fine Panary.*

Sententia catholicor. est, tantùm septem esse ordines propriè dictos: scilicet sacerdotis, Diaconi, Subdiaconi, Acoluti, lectoris, exorcistæ, & Ostiarij. Etsi enim Episcopus, & presbyter distinguantur: tamen quantum ad Sacrificium, idem omnino ministerium exhibent, proinde vnum ordinem faciunt, sicut lector. Cantor, & Psalmista. Probatur hæc sententia, Primò, quia Cornelius, loquẽs de ordinibus proprie dictis dũtaxat, ait, suo tẽpore fuisse in Ecclesia Romana presbyteros. 46. Diaconos. 7. Subdiaconos. 7. Acoluthos. 42. Exorcistas cum lectoribus & Ostiariis. 52. nec aliorum facit mentionem.

h *Apud Gratianum dist.* 23. & 25.
i *Ep. ad Fabianũ apud Euseb.* 6. *cap.* 35. *apud Ruff.* 33.

Secundò, numerantur iidem ordines in Cõcil. Rom. *k* sub Syluestro, Carthag. *l* 4. addit Psalmistam, seu Cant.

k *Cap.* 3.
l *Can.* 10.

ſed ibidem monet Pſalmiſtam non ordinari ab Epiſcopo, ſed ſola iuſſione presbyteri poſſe officium canendi ſuſcipere.

m 7. *Etymol. ca. 12.*
n 1. *De Inſtit. Clericorum. 6. & ſeqq.*
o 2. *De officiis Eccleſiaſt. 7. & ſeqq.*
p 2. *De Sacramentis p. 3. c. 5.*

Tertiò ex *m* Iſidor. *n* Rabano, *o* Amalario, *p* Hugone, qui eoſd. 7. ord. numerant, & explicant.

Quartò, ex Concilio Florent in Inſtruct. Armeno. & Tridentino ſeſſ. 23. c. 2.

Quintò, ex Eccleſiæ vſu. Non enim alij ordines præter iſtos conferri ſolent.

Ad arg. aduerſarior. Reſpon. duobus modis accipi ordinem Eccleſiaſticum ab authoribus. Propriè (nimirum qui certo ritu ſacro, & ſolemni confertur ab Epiſcopo, referturque ad certum miniſterium ſacrificio diuino exhibendum) & communiter (ſcilicet qui quomodocumque dedicatur obſequiis diuinis, quomodo Monachi, Virgines, Viduæ, Laborantes in ſepeliendis mortuis ordines dicuntur) Hierony ergo non vult numerare ſimpliciter ordines propriè dictos, ſed tantùm ordines Chriſtianorum: Ac primò ponit fideles ideſt Clericos, & laicos. Deinde Catechumenos: & quia volebat numerum quinarium perficere, vt explicaret illud Iſayæ *Erunt quinque Ciuitates in terra Ægypti, &c.* propterea ex ordinibus propriè dictis tantùm addidit tres. Dionyſ. non exponit numerum ordinum, ſed Hierarchiarũ. Etſi enim Diaconi ſint miniſtri reſpectu Sacerdotum, tamẽ reſpectu plebis præſunt, teſte *q* Ignatio *r* Hier. *ſ* Chryſo. & proinde ſunt etiam Hierarchæ. Clemens in canonib. Apoſtol. noluit omnes numerare ordin. ſed data occaſione modo vnum, modo aliũ. Ambroſ. ideò tantùm quinque numerauit, quod vellet de ordinib. explicare illa Pauli, *Alios dedit Apoſt. alios Prophetas, Alios Euangel. Alios Paſtores, & Doctores.* Ignatius, & Epiph. numerant etiam impropriè dictos. Canoniſtæ propterea nouem ponunt, quia diſtingunt Epiſcopũ a Presbytero, & lectorem à Cantore. Sed in re non eſt diſſentio. Nam Theologi ſolùm conſiderant ordines vt ſe habent ad Sacrificium, quomodo Epiſcopus & Presby. lector & Cantor non diſtinguntur: Canoniſtæ, quatenus conſtituunt Hierarchiam, qua ratione diſtinguntur.

q *Ep. ad Trallanos* ſubiecti eſtote Epiſcopo, ſimiliter & presbyteris, atque Diaconis.
r *In 2. ad Titũ.*
ſ *Hom. 83. in Math.*

De Antiquitate ordinum, & de officiis ministrorum.

CAP. XII. ET XIII.



Aluin. *a* vult ordines præcipuè minores, ignotos fuisse primitiuæ Ecclesiæ, & post multos annos excogitatos. Sed contrarium verum est. Primò, *b* Clemens Rom. omnium ferè ordinum etiam minorum ritus declarat, Ignatius *c Saluto* (inquit) *Sanctum presbyterum vestrum, saluto sanctos Diaconos, saluto subdiaconos, lectores, Cantores Ostiarios, laborantes, Exorcistas.*

a 4. *Instit.* 19. §. 27. *Hic cap.* 12.

b *Octauo Const.*

c *Ep. ad Antiochenses.*

Secundò Cypryan. 2. ep. 10. subdiaconi, & Acoluthi meminit, vt de re vbique recepta. Item Cornelius supr. Concilium *d* Laodicen. ante 1200. & Carthag. 4. ante 1000. omnium ordinum meminerunt. Quod *e* ad officium ministrorum pertinet, exordium sumitur in Ecclesia à prima tonsura, sed quia non est ordo, & de ritu tonsuræ *f* alibi dicturi sumus, hæc prætermittetur.

d *Can.* 24.

e *Cap.* 13.

f *Infra. lib.* 2. *qui est de Monachis cap.* 40.

Primus igitur ordo est ostiarii, cuius officium, aperire & claudere fores Ecclesiæ, & proinde curam habere ipsius tẽpli de cuius ostiarii ordinatione ita loquitur Cõcil. Carthag. *g* 4. cui August. interfuit, *Ostiarius cùm ordinatur, postquam ab Archidiacono instructus fuerit, qualiter in domo Dei debeat conuersari, ad suggestionem Archidiaconi tradat ei Episcopus claues Eccl. de Altario, dicẽs: sic age quasi redditurus Deo rationẽ pro his rebus, quæ his clauibus recludũtur.*

g *Can.* 9.

Secundus lectoris, cuius officiũ est legere ex pulpito in Ecclesia tempore sacrificij, quidquid ex vtroque Testamento legendum Euangelio excepto. *h* De cuius ordinatione idem *i* Conc. *lector cùm ordinatur, faciat de illo verbum Episcopus ad plebem, indicans eius fidem, ac vitam, atque ingenium: Post hæc, spectante plebe, tradat ei codi-*

h *Vide Cyprian.* 2. *ep.* 5. *& lib.* 3. *ep.* 22. *quibus aperte significat lectoratum ordinem esse.*

i *Can.* 8.

cem, de quo lecturus est, dicens ad eum: Accipe, & esto lector verbi Dei, habiturus, si fideliter, & vtiliter impleueris officium partem cum eis qui verbum Dei ministrauerunt.

Tertius Exorcistæ, ad quem spectat. Exorcismos Ecclesiæ legere super Energumenos, & eo modo illos præparare ad sacrificiorum diuinor. participationem. De quo idem *k* Concil. *Exorcista cùm ordinatur, accipiat de manu Episcopi libellum, in quo scripti sunt exorcismi, dicente sibi episcopo. Accipe, & commenda memoriæ, & habeto potestatem imponendi manus super energumenum, siue baptizatum, siue cathecumenum.* Concil. etiam Laodicæn *l* prohibet ne quis exorcizet publicè, aut priuatè, nisi ab episcopo ad id ordinatus sit.

k *Can.* 7.

l *Can.* 26.

Quartus Acoluthi, *m* cuius est cum cereo accenso sequi Diaconum ad locum Euangelii, & vrceolos, atque ampullas ad sacrificium præparare ac subdiacono porrigere. Idem *n* Concil. *Acoluthus* (inquit) *cùm ordinatur, ab episcopo quidem doceatur, qualiter in officio suo agere debeat, sed ab Archidiacono accipiat ceroferarium cum cereo, vt sciat se ad accendenda Ecclesiæ lumina mancipari. Accipiat & vrceolum vacuum, ad suggerendum vinum in Eucharistiam sanguinis Christi.*

m *Ἀκολουθεῖν* *sequor.*

n *Carthag. can.* 6.

Quintus Subdiaconi, cuius propriè interest ministrare Diacono in Sacrificio: vnde idem *o* Concil. *Subdiaconus cùm ordinatur, quia manus impositionem non accipit, patenam de episcopi manu accipiat vacuam, & calicem vacuum. De manu verò Archidiaconi vrceolum cum aqua, & mantile, & manutergium.* Eius etiam est epistolas ad Missam legere, iuxta Concil. *p* Remense.

o *Can.* 5.

p *Can.* 40.

Sextus est Diaconi, cui primò conuenit præponi colligendis oblationibus, & opibus Ecclesiæ administrandis, quod etiam aduersarii fatentur. 2. Sacerdoti sacrificanti assistere, vt patet ex Clemente *q* Cyprian. *r* & Laurentio apud *s* Ambros. *Tu numquam,* (inquit ad Sixtum) *sine ministro sacrificium offerre consueueras.* Item, Eucharistiam populo distribuere, in absentia presbyterorum, vt docet Concil. Nicænum. *t* 1. ac absentibus deferre vt constat *u* ex Iustino, Atque ob hæc potissimum institutus est hic ordo. Nā Act. *x* 6. ordinantur Diac. ab Apostolis, per manuū impositionē.

q 2. *Constit.* 14.

r *Serm.* 6, *qui est de lapsis.*

s 1. *de officiis.* 14. *item ex liturgia Chrysost. & homil.* 83. *in Matth. Isidor. Rabano, Amalario, sup.*

t *Can.* 14.

u *Apologia.* 2.

x *V.* 6.

Quod non erat necesse ad solùm mensis ministrandum, cùm antea viduæ ministrarent mensis sine hac impositione;. baptizare *y* Actor.8. prædicare, *z* Actor.7. pœnitentes recōciliare publicos, in absentia Episcopi, & presbyterorum, teste *a* Cyprian.4. tempore sacrificij Euangelium legere, vt constat ex *b* Hierony. Gregor. Concil. *c* Vasensi, & *d* Remensi.

y exemplo Phil. Diaconi.
z *exemplo Stephani & 8. eius Philip.*
a 3.*ep.*17.
b *ep.*48.
c *can.*4.
d *can.*5.

De distinctione Episcopi, & Presbyteri.

a *apud Epiph. hæres.*75.
b *apud Vvald.*
ε *doct.ar.*3.*c.*60
c 4.*Inst.*4.§2.
d *Examine sess.* 23.

CAP. XIIII.



Erius, *a* Vvicles, *b* Caluin. *c* Kemnit. *d* nullam inter Episcopum, & presbyterum distinctionem agnoscunt. Iuxta verò Ecclesiæ catholicæ sententiam, hac de re, sit prima propositio: *Iure diuino maior est Episcopus presbytero potestate ordinis.* Probatur. Solus Episcopus ordinare potest presbyteros, & si secus fiat, irritum habetur. Igitur id de iure diuino habent. Alioquin si id de iure diuino etiam presbyteris conueniret non esset irrita ordinatio facta a presbytero.

e *Conc.Trid.sess.* 23.*c.*4.*& can.*7. *simpliciter & absolute definit.* Episcopos esse Presbyteris superiores.

Secunda *e* Propositio: *Maior est etiam Presbytero Epis. potestate iurisdictionis iure diuino* Primò, non debet esse minor distinctio hierarchica in Testamēto veteri quam Nouo, At in illo erat 1. *f* Summus sacerdos Aaron & ei succedentes. 2. minores sacerdotes, 3. leuitæ. Episcopi autem nostri non respondent nisi Pontificibus antiquis, presbyteri sacerdotibus, diaconi leuitis. Igitur sicut *g* maior erat iurisdictio antiquorum Pontificum iurisdictione sacerdotum minorum: ita & in nobis maior Episcopor. quam presbyterorum.

f *nam consecrationes eorum & vestes, & officia distincta erant.* Exod.28.& 40. *Leuit.*8.*& Numeror.*3.4. *vnde cōstat fuisse tria dus distinctos.*
g *Deuter.*17. Qui superbiecrit nolens obedire &c.

Secundò, quadam proportione, id quod erant Apostoli erga discipulos, sunt Episcopi erga presbyteros propterea enim *h* dicuntur Episcopi Apostolis, presbyteri discipulis succedere. At Apostoli excedebant iu-

h *Conci.Neocæsar.can.* 13. *Damas.ep.*3. *Anac. ep.*2.*Hier.ep.ad Marcellam.*

risdictione discipulos. Ergo &c.

Tertiò, Episcopi, cōstituti sunt de iure diuino Pastores, & Rectores Ecclesiæ, quod de presbyteris neque in scriptura, neque traditione habetur.

Quartò, si Episcopi iure humano presbyteris præessent, inueniretur principium aliquod huius institutionis, post Apostolica tempora. At ipso Apostolor. tempore Paulus loquens Episcopo, *i Aduersus presbyterum* (inquit) *accusationem noli recipere nisi sub duobus vel tribus testibus.* Ergo ad tribunal Episcopi, vt iudicis sui, presbyter spectabat.

i 1. ad Timot. 5. v. 19. κατὰ πρεσβυτέρου κατηγορίαν μὴ παραδέχου, ἐκτὸς εἰ μὴ ἐπὶ δύο ἢ τριῶν μαρτύρων.

Quinto ex PP. *k* Dionysius describens hierarch. diuinitus institutam, primo Pontifices 2. sacerd. 3. ministros ponit. *l* Tertull. *Ius habet* (inquit) *dandi Baptismum summus sacerdos qui est Episcopus, de hinc presbyteri, & Diaconi, sed non sine Episcopi facultate.*

k 5. Eccl. hierar.
l lib. de Baptis. itē Ignatius ep. ad Philadelphiēses, Clemens can. 40. Apost. Ire. 3. cap. 3.

Tertia propositio: *Episcoporum authoritas in cœtu presbyterorum est vt principis in cœtu Consiliariorum, non vt consulis in senatu.*

Primò, quia omnia concilia fuere ab Episcopis celebrata. At in Conciliis maximè principis iurisdictio locum habet; nam leges decernūtur, & pœnæ præuaricatoribus imponuntur.

Secundò, multi leguntur presbyteri excommunicati a suis Episcopis, & irritam excommunicationem facere non erat in potestate vllius presbyteri aut omniū simul.

Soluuntur obiectiones.

CAP. XV.

a cap. 1. v. 1. Παῦλος, καὶ Τιμόθεος δοῦλοι Ἰησοῦ Χριστοῦ, πᾶσι τοῖς ἁγίοις ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τοῖς οὖσιν ἐν Φιλίπποις, σὺν ἐπισκόποις, καὶ διακόνοις.



RIMA, Apostolus scribens ad Philipp. *a Paulus* (inquit) *& Timotheus serui Iesu Christi, omnibus sanctis, qui sunt Philippis cum Episcopis & Diaconibus.* At si fuisset a presbytero Episcopus distinctus, nō nisi vnus in vrbe vna fuisset. Et tamen plures exprimit Paulus.

Ergo nulla erat Episcopi a presbytero distinctio vt nomine Episcoporum omnes vnius vrbis intellexit presbyteros.

Resp.1. cum *b* Ambros. illud *Cum Episcopis &c.* referri ad Paulum, & Timoth. vt sensus sit, *gratia vobis & Pax cum Episcopis, id est nobis, scilicet Paulo & Timoth. Et Diaconibus.* 2. cum *c* Chryso. tempore Apostolorum nomina Episcopi & presbyteri communia fuisse sacerdotibus omnibus, licet res, & potestates distinctæ. Cum ergo vellet Paulus salutare vniuersum clerum, nec cogeretur singulos enumerare ordines, nomine Episcoporum comprehendit omnes sacerdotes, nomine Diaconor. omnes ministros. Atque ita soluuntur alia similia loca 1. ad Titum. primæ ad Timoth. 3. & 4. Actor. 20.

b *in hūc locum.*

c *in hūc locum.*

Secunda, *Idem est bresbyter qui Episcopus* (inquit Hieron. in 1. cap. ad Titum) *& antequam Diaboli instinctu studia in religione fierent & diceretur in populis: Ego sum Pauli &c. communi presbyterorum consilio Ecclesiæ gubernabantur &c. Episcopi nouerint se magis consuetudine, quam dispositionis Dominicæ veritate Presbyteris esse maiores, & in commune debere Ecclesiam regere.*

Resp. *d* Medina, Hierony. imò Ambros. Aug. Sedulium &c. hac in re idem sentire cum Aerio, toleratos tamen, propter eorum honorem sed immerito hoc dicit 1. quia nulla est ratio quare damnatus sit Aerius propter hoc, & non hi PP. qui post Aerium fuerunt. 2. quia Medina facit Ecclesiam personarum acceptatricem 3. si adeò errarunt hi PP. qua fronte poterunt a catholicis in testimonium produci. 4. quia nihil Aerius habuit commune cum Hierony. hac in re. Ille negabat maiorem Episcopum esse presbytero de iure diuino quoad ordinis potestatem *e* Hierony. contrarium asserit. Aerius contendebat non rectè Ecclesiam facere, quæ Episcopos anteponit presbyteris, Hierony. hoc rectissimè factum, ad tollēda schismata, & quidem ab initio nascentis Ecclesiæ.

d *1. de sacrorū hominum origine & continentia cap. 5.*

e *ep. ad Euagriū.*

Resp. Ego Hierony. videri certè arbitrari distinctionem inter Episc. & presbyterum, quoad iurisdictionem, non esse de iure diuino. Nihilominus tamen hoc indubitanter non sensisse 1. quia loco citato docet hanc cæ-

pisse Apostolorum tempore scilicet cum diceretur: *Ego sum Pauli &c. f* 1. Corinth. 1. Et tamen colligere nititur esse pares Episc. & presbyterum ex ep. ad Titum, & Philippens. Item Petri, & Ioan. quæ scriptæ sunt post priorem ad Corinth. *g* 2. Iacobum illicò a christi Ascensione ordinatum fuisse Hieros. Episcopum. Igitur iuxta Hierony. nusquam tẽpus fuit quo Ecceliæ sine Episcopis gubernarentur *h* 3. comparat Episcopum Aaroni, presbyteros filiis Aaronis: Episcopos Apostolis succedere *i* docet, presbyteros discipulis. At certè Aaron filiis, Apostoli discipulis de iure diuino maiores, iurisdictionis erant potestate.

f *v.* 12.

g *de viris Illustrib. in Iacobo.*

h *ep. ad Euagr.*

i *ep. Marcellam de erroribus Montani.*

k *in* 4. *ad Ephes.*

Tertiò *k* Ambro. *Timoth.* (inquit) *Episcopum a se creatum, presbyterum vocat, quia primi presbyteri Episcopi appellabantur, vt recedente eo sequens ei succederet. Denique apud Aegyptũ presbyteri cõsignant, si præsens non sit Episcop. sed quia ceperũt sequentes presbyteri indigni inueniri ad primatus tenendos, immutata est ratio, prospiciente Concilio, vt non ordo, sed meritum crearet Episcopum* l *&c.*

l Multorũ sacerdotum iudicio constitutum.

Resp. 1. non esse certum de authore commentarior. vbi hæc habentur 2. solùm docere, initio Ecclesiæ consueuisse antiquissimum presbyterum ordinari Episcopum, quo mortuo ei succederet sine alia electione antiquiss. quoque presbyterorum, ac sic deinceps: non tamẽ sine noua ordinatione, & iurisdictione: vnde idem author: m *In Episcopo omnes ordines sunt, quia primus sacerdos est, hoc est princeps sacerdotum.* n Item: *Omnis Episcopus presbyter, non tamen omnis presbyter Episcopus.*

m *sup.*

n *in* 3. *Prioris ad Timoth.*

Quartò, *Inter Episcopum atque Presbyterum* (inquit o Chrysost.) *interest fermè nihil, quippe & presbyteris Ecclesiæ cura permissa est, & quæ de Episcopis dixit, ea etiam presbyteris congruunt: sola quippe ordinatione superiores illi sunt.*

o *in* 1. *Timoth. ca.* 3. *hom.* 11.

Resp. velle solùm distinguere Episcopum a presbytero in re, qua nullo modo conueniunt, quæ sola est reuera ipsa ordinatio. Nam & si iurisdictio sit Episcopi maior: tamen ex commissione Episcopi, potest etiam presbyteris conuenire imo & Confirmatio ex dispensatione.

Quintò, Theodoret. in. 1 ad Philippen. ait presbyteros fuisse quos Paulus Episcopos appellat.

Resp. ita loqui, quod arbitraretur eos quos nunc Episcopos vocamus, tunc Apostolos vocatos, sicut Episcopos nominatos, quos nunc presbyteros dicimus: & proinde semper distinctionem inter eos potestatis agnoscit.

Sextò, *Quamuis p* (inquit August.) *secundum honorum vocabula, quæ iam Ecclesiæ vsus obtinuit Episcopatus presbyterio maior sit: in multis rebus tamen Augustinus Hieronymo minor est.* p *ep.19.ad Hie.*

Resp. sensum esse ante Christiana tempora, nomina ista *Episcopus*, *& presbyter*, non erant honoris, sed officij, aut ætatis: nunc autem honoris, atque dignitatis.

Septimò, presbyteri succedunt Apostolis, non minus quam Episcopi ex Clemente. *q* 2. constit 32. q *& Ignatio ep. ad Smirnen.*

Resp. Episcopos, & presbyteros variis modis à PP. comparari, sed semper seruata proportione. Aliquando enim dicunt *r* Episcopum locum tenere Dei, presbyterum Christi, diaconum, Apostolorum. *f* Aliquando Episcopum, Christi: presbyteros, Apostolorum: Diaconos, discipulorum, aliquando Episcopos, Apostolorum: & presbyteros, discipulorum. r *Clem.2.constit. 30. ignat. ep. ad Trallianos.* f *Cle.2.const.32.*

Octauò, Christus presbyteros *t* ordinauit in vltima cœna. At Episcopos nusquam, Negatur minor. Nam *u* ordinauit Petrum, Petrus Iacobum, & Ioannem, & hi tres Apostolos alios. t *vt omnes catholici docent.* u *vide 1.de Pōtifice ca.23.*

1. *De significatione,* 2. *De antiquitate nominis.* 3. *De varietate.* 4. *Antiquitate officij* 5. *De comparatione Cardinalium cum Episcopis.*

a *plura de Card. vide apud Aluarum Pighium* 2. *de planctu Eccl. ar* 16. *Thomas VVald.* 2. *doctr. ar.* 3. *Turrecrem.* 1. *sum. de Eccles.* 81. 82. 83. 84. *Onuphr. libello de Episcopat. Tit. & Diaconiis Cardinalium.*
b 4. *Inst.* 7. § 30.
c 11. *epist.* 34.
d 5. *epist.* 11. *ad Fortunatum.*
e 3. *Vit. Greg.* 7.
f *epist. ad Mich. Imper. cap.* 32.
g *ex Gregor.* 1. 5. *epist.* 11. *& Conc. Meldensi can.* 54
h *supr.*
i *vt patet ex Synodo S. Gregor.* 4. *regist. can.* 88.
k *vt cognosci potest ex Concilio Meld. sup. Ioan. Diacon.* 3. *vitæ Greg.* 11. Cardinales violēter in Paræciis ordinatos forensibus in pristinum Cardinem (*id est Cardinalem titulū*) reuocabat.

CAP. XVI.



DE a 1. b Caluinus putat proprium fuisse Episcoporum nomen, & proinde male à nobis tribui presbyteris, & Diaconis. Fallitur. Nam Gregor. magn. meminit presbyterorum, c ac Diaconorum Cardinalium. d & Ioan. e Diaconus numerat quos Episcopos fecerat Gregor. ex Cardinalibus presbyteris.

Leo 9. f vult clericos Romanæ Ecclesiæ dici Cardinales, quòd summo Pontifici adhęreant proximè, qui est veluti Cardo totius Ecclesiæ. Et certe Cardinalis idem videtur significare quod Principalis, siue à quo alii pendent vt à cardine ostia: etsi autem Papa non dicatur Cardinalis, dicuntur tamen qui cum eo Ecclesiam regūt eique proxime adsunt. Sed quamuis Gregor. explicet quare Rom Ecclesiæ Cardinales per Antonomasiam ita vocentur, non tamen quare simpliciter, cum constet g alibi etiam Cardinales fuisse.

Onuphrius h putat dictos presbyteros, & Diaconos, Cardinal. qui præerant aliis presbyteris, vel Diac. eiusd. Ecclesiæ. Refellitur 1. quia i erant aliquando plures Cardinales in eodem titulo, siue Ecclesia. 2. tempore Sylvestri erant tantum 7. Diaconi, & hi omnes Cardinales, quibus ergo Diaconis præerant? 3 pari ratione deberent dici Episcopi Cardinales, qui præessent aliis Episcopis eiusdem diœcesis quod est absurdum.

Videtur ergo nomen primò k impositum loco. Dicebantur enim tituli Cardinales, quædam principales Ecclesiæ, in quibus conferebatur Baptisma, ad differentiā minus principalium locorum sacrorum: deinde à loco

deriuatum ad personas: ita vt presbyter qui eam regebat Ecclesiam diceretur Cardinalis. Similiter diaconiæ Cardinales erant, loca quædam principalia in vrbe distincta, iuxta regionum numerum: & inde qui in ea residebant Diaconi, Cardinales quoque vocabantur.

De 2. *l* Caluinus ait se non legisse nomen Cardinaliũ ante Gregor. verùm fieri potest non legisse: fieri nequit non fuisse. Nam in Concilio *m* Rom. sub Syluestro, 300 fere annis ante Gregor. legimus fuisse in Ecclesia Rom. 7. Diaconos Cardinales. Neque id Concil. instituit Cardinales, sed solùm iussit, vt præter illos essent etiam Diaconi duo ad examen Paræciarum. l *supr.* m *can.* 6.

De 3. officia sunt Cardinalium tria. 1. Episcopale, vel presbyterale, aut Diaconale munus, quod nec Caluin. negat. 2. eligere summum Pontificem. 3. ei perpetuò assistere, & in regenda Ecclesia iuuare.

De 4. negari nequit primum officium antiquissimum esse. Etsi autem à tempore Apostolor. post aliquot sæcula, omnes Presbyteri, & Diaconi, quod essent pauci, ad electionem Episcopi vocarentur: tamen cum multitudo Cleri creuit, principales dicti Cardinales ad electionem Papæ tantum conuenerunt, vt supra *n* probatum est. Hæc duo officia postrema, eorumque antiquitatem negare Caluin. non potest, si sibi constare velit. Nam antiquissimum in Ecclesia fuisse *o* contendit, vt presbyteri ex suo numero vnum eligerent, cui specialiter dabant titulum Episcopi, & cum quo communi cõsensu Ecclesiam regebant. n *cap.* 7. & 9. o 4. *Inst.* 4. § 2.

De 5. dicimus 1. potestate ordinis maiorem esse Episcopum simplicem Cardinali Presbytero tantùm, vel Diacono. Ille enim ordinare potest, hi nequeunt. 2. Iurisdictione Episcopi, in propriam diœcesim, & Cardinalis in proprium titulum, maior his quoque Episcopus est. tùm quia ordinariè maior est Episcopi diœcesis titulo Cardinali, tum quod Episcopus vt ordinarius pastor, potest in sua diœcesi leges ferre, dispensare, punire. At Cardinalis, cùm sit veluti Paróchus in suo titulo, nihil potest, nisi quantum Episcopus permittit. 3. ratione regiminis totius Ecclesiæ, maior est nunc Cardinalis presbyter, vel Diaconus Episcopo simplici. rarò

enim adhibentur Episcopi simplices ad regimen vniuersal. Ecclesiæ. At Cardinales fere quotidie. vnde ab eis, vt *p* cooperatoribus summi Pontificis, creantur, iudicantur, deponuntur Episcopi, non contra. Propterea absolutè Cardinalis Episcopum simplicem præcedit.

Obiicitur *q* primò, erat Hieron. presbyter Romanus & proinde Cardinalis. At Augustinus se maiorem fuisse Hieronymo, ratione dignitatis, docet.

Secundò, in Concil. Carth. 6. cum adessent duo R. Pontif. legati vnus Episcopus, alter presbyter, hic in vltimum locum reiectus fuit. Et in Concil. Rom. sub Gregor. Presbyteri vltimo loco sedent, & seorsim subscribunt, Diaconi nullo modo.

Ad 1. negatur maior. Hieron. enim *r* erat presbyter Antiochenæ Eccles. quantumuis fuerit Romæ, & Damasum iuuerit in epistolis scribendis. Et certè si fuisset Rom. Ecclesiæ, illud obiecisset Ioan. Hierosolymitano, vt ei ostenderet se maioris Ecclesiæ presbyterum fuisse, quàm sit Hierosolymitana. At solùm Antiochenam Ecclesiam obiecit.

Ad 2. respond. 1. si in Concil. 6. Carth. sedit post Episcopos Cardinalis presbyter, sedisse ante ipsos in Cōcilio Nicæn. 1. Ephes. Chalced. in 6. 7. 8. generali. 2. reuera aliquando Episcopos præcessisse Cardinales presbyteros, *s* imo Cardinalatus erat gradus ad Episcopatum. tùm quia tunc eligebantur Papæ ab Imperatore, vel populo, tùm quod primis 600. annis summi Pontifices ad grauiora Ecclesiæ negotia cogebant Concilia nationalia, in quibus primum locum Episcopi habebāt, & eorum maximè vtebatur consilio Papa. At postea merito ordo est mutatus, tum quia cœperunt soli Cardinales eligere Papam, tum quia negotia totius Ecclesiæ cœperunt communiter ad Senatum Cardinalium reuocari: non sine magna ratione. 1. quia sic Papa habet senatum in promptu, ita vt si velit, possit singulis diebus de rebus grauissimis deliberare. 2. quod id fiat sine detrimento Ecclesiarum particularium. 3. quod habeat consiliarios magis instructos & exercitatos.

p Bernard. 4. de considerat. Veniamus ad collaterales, & coadiutores tuos hi seduli tui, hi intimi tui. *Et infra.* An non eligēdi de toto orbe orbem iudicaturi.

q Caluin. sup. ca. 7. § 30.

r epist. 61.

s vide Onuphr. supr. & colligitur ex lib. 1. cap. 7. vita Gregor.

De Chorepiſcopis.

CAP. XVII.



Horepiſcopus dicitur quaſi τῆς χώρας ἐπίσκοπος oppidi, ſiue regionis Epiſcopus: vel potius qui loco Epiſcopi ſit. Hi in duplici genere erant. Alij ſolum presbyteri in pagis aut oppidulis curam animarum gerebant, vt nunc ferè Parochi. *a* Et hi neque presbyteros & diaconos ordinare, neque Chryſmate frontem fidelium inungere, aut templa & altaria conſecrare poterant. Atque de iis loquitur *b* Damaſus cum ait Chorepiſcopos non poſſe ſubdiaconum ordinare. Cætera ferè omnia præſtare poterant quæ Epiſcopi. Alii Epiſcopalem conſecrationem verè acceperant, ſed in aliena diœceſi miniſtrabant, quod non haberent propriam, quos nunc Titulares Epiſcopos, & Suffraganeos dicimus. Atque de his loquitur Concilium *c* Antiochen. cum ait licuiſſe Chorepiſcopis Subdiaconum ordinare. Si tamen oſtendi poſſet Chorepiſcopis prioris generis conceſſam hanc ordinandi poteſtatem, in Subdiaconos: dicendum eſſet id priuilegio, & diſpenſatione habuiſſe: Damaſum vero loqui, de ordinaria poteſtate.

a *vt cognoſci poteſt ex Conc. Ancyr. can. 12. & Antioc. can. 10. & Hiſpal. 2. can. 7. Damaſ. epiſt. 3. Leon. epi. 86. alias. 88.*
b *ſupr.*

c *can.* 10.


De Cœlibatu Sacerdotum.

PRIMA PROPOSITIO.

Non est de iure diuino, sed humano cœlibatus annexus sacris ordinibus.

CAP. XVIII.

a 4. *distinct.* 24. q. 2.
b *libro de continentia Sacerdot. cap.* 4. *& seq.*



ÆC propositio est contra *a* Ioannem Maiorem, & *b* Clicthouæum. Probatur primò. Non est de iure diuino, coniugatos, si ordinentur, abstinere ab vxoribus: quod non solum concedit Clicthoueus, sed patet ex praxi. Nam Ecclesia Roman. iam à multis sæculis permisit Græcis sacerdotibus hunc vsum. Ergo neque de iure diuino, vt post sacerdotium ducant vxores. Non enim sacerdotium pugnat cum ipso Sacramento matrimonij: sed vel cum actu matrimoniali, vel impedimentis, & curis sæcularibus, quæ matrimonium sequentur: quod non minus contingit, in eo qui ante ordinationem duxit, quam qui post.

Secundò, nullibi inuenitur tale præceptum diuinum. Nam in veteri Testamento Sacerdotibus licitum erat vxores ducere: In nouo nihil hac de re Dominus locutus est.

c *cap.* 10. *est antiquiss. Conciliũ, & confirmatũ à Leone distin.* 20. *can. de libellis.*
d *Epist. ad Tim. & Titum.*
e *de quo cap. seq.*

Tertiò, Concil. *c* Ancyran. docet, posse Diaconos cum licentia Episcopi vxores ducere, etiam suscepto Diaconatu. At in iure diuino nequit dispensare Episcopus.

Quartò, ex Conciliis, & PP. in sequenti capite citandis. Obiicitur primò, *d* Apostolum iussisse Episcopos & Diaconos eligi castos. Respond. id *e* Apostolicum præceptum, non diuinum fuisse. Secundò, Deut.

33. v. 9.

33. v. 9. dicitur in benedictione Leui à Mose. *Qui dixit patri suo & matri suæ, nescio vos, &c.* & *nescierunt filios suos.* Quod de sacerdotibus Christianis exponitur.

Resp. vaticinium diuinum non mandatum fuisse. quod nunc impletur etiamsi ex lege humana.

Tertiò, f *Videte ne grauentur corda vestra crapula, & ebrietate, & curis mundi.* Quod g Leo ait præcipuè ad sacerdotes spectare.

Res. Leon. solùm dicere hunc locũ ad omnes fideles atque ad nos præcipuè spectare vt viciniores diei Domini. Nec aliud prohibet Christus, quàm nimiam terrenorum sollicitudinem: cùm Paulus *h* iubeat Episcopũ curam habere familiæ. Id est vxoris, & filiorum. Nec enim iusserit quod prohibuerit Christus.

f Luc. 21. v. 34. προσέχετε δὲ ἑαυτοῖς, μήποτε βαρυθῶσιν ὑμῶν αἱ καρδίαι ἐν κραιπάλῃ, ἢ μέθῃ, ἢ μερίμναις βιωτικαῖς.
g *serm.* 8.
h 1. *Timoth.* 3.

PROPOSITIO SECVNDA.

Cælibatus iure Apostolico rectè annexus est sacris ordinibus.

CAP. XIX.



GRæci *a* contendunt debere clericos vxores ducere, ante ordinationem: quod non liceat post, instetque magnum fornicandi periculum. *b* VVicleff, *c* Lutherani, & *d* Caluinistæ, id licere post ordinationẽ. Nostra autem propos. probatur.

Primò, in veteri Testamento, cùm Iudæi aliquid sacri tractaturi erant, ab vxoribus abstinere debebant. Nam comesturi Agnum Paschale, *e* præcipiuntur accingere renes, *f* id est, edomare carnis voluptates. Accepturi legem audiunt à Mose: g *Estote parati in diem tertium, & ne appropinquetis vxoribus vestris.* h Abimelech noluit dare panes propositionis comedendos Dauid, nisi intellexisset ab vxore aliquandiu abstinuisse. Ergo Christiani sacerdotes qui quotidie, saltem ferè res tractant

a *PP. Concilij Trullani circa an.* 700. *can.* 13. *& ante Vigilantius apud Hier. initio libri contra eum.*
b *VVald. tom.* 22. *de Sacram. cap.* 128. *&* 129.
c *libro de abrog. Missa priuata.*
d 4. *Inst.* 12. § 23.
e *Exod.* 12. *v.* 11.
f *vt exponit Greg. homilia* 22. *in Euangel.*
g *Exod.* 19. *v.* 15
h 1. *regum* 21. *v.* 4. *&* 5.

ſacras, & comedunt panem Angelorum, corpus Chriſti, ab vxoribus perpetuò abſtinere debent.

Reſpond. 1. Calu. leuiticos ſacerdotes Chriſti figurã fuiſſe, ac proinde hac continentia, eius ſignificaſſe puritatem: At cum iam venerit Chriſtus figuram ceſſaſſe. Refellitur 1. quia etiam nunc ſacerdotes, Chriſtum qui venit repræſentant. 2. quia præcipua cauſa cur Leuitæ abſtinerent ab vxoribus, erat miniſtrare Deo. Exod. 19. *ſacerdotes qui accedunt ad Deum, ſanctificentur, ne percutiat eos.* Nam Dauid ſemper gerebat figuram Chriſti, & tamen ſolùm comeſturus panes ſanctos, requiritur ab eo hęc continentia. 3. ſi, qui tantùm Chriſti figuram gerebant adeò debebant ſe purificare, quantò magis qui quotidie Chriſtum tractant?

Secundò, *l* *Oportet*, (inquit Apoſtol.) *Epiſcopum eſſe hoſpitalem, benignum*, σώφρονα, (quod prudentem, ſobrium vel caſtum ſignificare poteſt) *iuſtum, ſanctum, continentem*, ſcilicet ab vxoris amplexibus vt Hier. *m* exponit.

Tertiò, n *Nemo militans Deo implicat ſe negotiis ſæcularibus.* At quæ maiora ſæcularia negotia, quam nuptiæ?

Quartò, *o* iubet Paulus coniugatos ex conſenſu abſtinere, vt orationi inſtare poſſint. *p* Ergo qui quotidie orationi inſtare debent, & perpetuò abſtinere ab vxoribus debent.

Quintò, ex conc. in Oriente, Neocæſar. habemus. *q* *Presbyter* (inquit) *ſi vxorem duxerit, ordine ſuo moueatur.* *r* Nicæn. 1. dum prohibet Epiſc. presb. diacon. mulieres domi habere, præter matrem, ſororem, auitam: alias debuiſſet primo ponere vxorem. In Africa, Carth. 2. ſ *Omnibus placet, vt Epiſc. presbyt. diaconi, vel qui Sacram. contrectant, pudicitiæ cuſtodes, etiam ab vxoribus ſe abſtineant: vt quod Apoſtoli docuerunt, & ipſa ſeruauit antiquitas, nos quoque cuſtodiamus.* In Italia, Concil. Rom. ſub Sylu. 1. can. 8. In Gallia, Arelatenſe 2. ante 1200. an. can. 2. Turonen. 1. can. 1, & 2 Aurelianenſ. 3. *t* *Nullus clericorum à Subdiacono, & ſupra, propriæ, ſi fortè iam habeat, miſceatur vxori.* In Hiſp. Elibertinum. u *Placuit in totum prohibere Epiſcopis, presbyteris, Diac. ac ſubdiac. abſtinere,* (id eſt vt abſtineant ſe) *à coniugibus, & non generare filios.* Item Toletan. *x* 2. *y* 4. & *z* 8.

i 4 *Inſtit.* 12. § 25.

k *v.* 22.

l *ad Titũ* 1. *v.* 7. δεῖ τὸν ἐπίσκοπον ἀνέγκλητον εἶναι, &c. oportet Epiſcopum ſine crimine eſſe. v. 8. ἀλλὰ φιλόξενον φιλάγαθον, σώφρονα δίκαιον, ὅσιον, ἐγκρατῆ.

m *in hunc locũ.*

n 2. *ad Tim.* *v.* 4.

o 1. *Corinth.* 7.

p *vt concludit Hieron. in ca.* 1. *ad Titum, Orig. hom.* 23. *in Num. & Epiph. hæreſ. Catharor.*

q *can.* 1 *eſt antiquiſſimum circa an.* 311.

r *can.* 3.

ſ *canon.* 2. *Item Carthag.* 6. *can.* 3 *& African. cã.* 37.

t *can.* 1.

u *can.* 33. *circa Syluestri primi tempora eſt antiquiſſ.*

x *cap.* 1.

y *cap.* 26.

z *cap* 6.

In Germania, *a* Aquisgranense cap. 6. VVormacense. b *Placuit vt Episcopi, Presbyteri, Diaconi, & subdiaconi abstineant se ab vxoribus, & non generent filios.*

Sextò, ex PP. Clemente can. 27. Apostolor. *In nuptiis qui ad clerum prouecti sunt, præcipimus, vt si voluerint vxores accipiant; sed lectores cantoresque tantummodò*. Calixto I. apud *c* Gratian. *Presbyteris, diaconis, subd. & Monachis cõcubinas habere, seu matrimonia contrahere penitus interdicimus.* Syricio epist. *d* ad Himericum. Innocent. ad Exuperium *e* Leone ep. *f* 82. *Omnium sacerdotum tam excellens est electio, vt hæc quæ in aliis membris Ecclesiæ vacant à culpa, in illis tamen habeatur illicita. Cùm enim extra Clericorum ordinem constitutis nuptiarum societati, & procreationi filiorum studere sit liberum, ad exhibendam tamen perfectæ continentię puritatem nec subdiaconis quidem carnale connubium conceditur. &c.* Gregor. I. e pist. 42. Zachar. g epist. vltima ante annos 800.

Septimò, ex PP. Græcis, Origen. h *Videtur mihi quod illius solius est offerre sacrificium, qui indesinenti & perpetuæ se deuouerit castitati.* Euseb. i *Eos qui sacrati sunt, atque in Dei ministerio, cultuque occupati continere deinceps seipsos à commercio vxorũ decet.* *k* Epiph. *Adhuc viuentem, & liberos gignentem vnius vxoris virum ecclesia non suscipit* &c. *At dices mihi in quibusdam locis adhuc liberos gignere presbyteros, diaconos, & hypodiaconos. At hoc non est iuxta canonem sed iuxta hominum mentẽ, quæ per tempus elanguit.* Chrysost. *l* homil. 2. de patientia Iob. Nyssen. lib. de virginitate. Cyrill. catech. 12. Oecumen. in 3. primæ ad Timoth. ad illud: *vnius vxoris virum.* Oct. ex Latinis. Cyprian. siue author libri de singularitate Clericor. toto lib. probat, clericos non debere suæ domui mulieres habere. Quare cum in fine ait, *Si quis habet matrem, vel filiã, vel sororẽ, vel coniugẽ, vel cognatã; sic habeat, vt nulla ancilla intersit.* loquitur de cõiuge quæ simul cõtinentiã vouerit. Amb. in *m* I. c. ad Ti. I. *Deinceps* *m* & I. *officiorum vltimo.* Inoffensum exhibendum, & immaculatum ministerium, nec vllo coniugali coitu violandum cognoscitis, qui integro corpore incorrupto pudore alieni etiam ab ipso consortio cõiugali sacri ministerii gratiam recepistis.

a *tempore Ludouici* I.
b *cap.* 9.
c *dist.* 27. *canone præsbyter p.*
d *cap.* 26.
e *cap.* I.
f *epist.* 82. *cap.* 4.
g *Testimon. Imper. vide, Codice de Episc. & Clericis, leg.* Eum qui, *& seqq. itẽ in Authenticis de Monach.*
h *Homil.* 23. *in Numer.*
i I. *Demonstr.* 9
k *hæresi* 59.
l Dixit vnius vxoris virum, non ea ratione, vt id nunc in Ecclesia obseruetur, oportet enim omni prorsus castitate Sacerdotem ornatum esse.

o *in fine Apol. pro libro contra Iouinian.*
p *lib.2.de adult. coniugiis* 20.
q 4. *histor.*4.
r 2.*de officiis diuinis* 10.
ſ *cap.*2.
t 3. *de Tabernaculo.* 9.
v *vt de coniuge Gregor.patris S. Nazianz.*
x *vt quod proferunt ex Concilio Tolet.*4.*cap.*42.
y *vt quæ ex ep. Zacha.ad Bonif.*
z *ſicut cum affirmant Cent.*5.*c.*7. *presbyteros Maced.duxiſſe vxores teſte Innocẽ.* 1.*epiſt.*21.*cùm nihil tale Innoc. dixerit.*
a *lib.*6.*de Sacer.*
b *Aug.*14.*ciu.*16
c *vide Ambr.* 1. *de officiis vlt.*
d *vide Naucler.*

(inquit) *ab vſu fœminæ cohibentur* & o Hieron. *Epiſcopi, Presbyteri, Diaconi, aut virgines eliguntur, aut vidui, aut certè poſt ſacerdotium pudici.* p Auguſt. *ſolemus eis* (inquit) *proponere continentiam clericorũ.* Greg. Tur. q refert quendam Comitem ab omnibus Epiſcopis excommunicatũ, quòd initiatus ſacris, vellet ad vxorem redire. r Iſidor. *Placuit S. PP. vt qui ſacra myſteria contrectant, caſti ſint, & continentes ab vxoribus & ab omni carnali immunditia liberi.* Quare cum ait, ſ *Caſtimoniam corporis perpetuò ſeruent, aut vnius matrimonij vinculo fœderentur.* Senſus eſt, omnes Clericos, aut perpetuò debere eſſe continentes, nimirum ſi maioribus ſint initiati, aut vnius matrimonio copulatos, ſcilicet, ſi minoribus ordinibus. Anſel. epiſt. 8. t Beda & Arator in Acta Apoſtol. cap. 30.

Nonò, ab exemplis. Nam à tempore Apoſtolorum omnes Epiſc. presbyt. aliique Eccl. probati, quorum vitas habemus, continentes fuerũt. Siquidem quæ Magdeb. exempla in contrarium adducunt, vel intelligi debent, de u vxoribus ductis ante ſacerdotium, vel de x minoribus clericis, vel de y iis qui reprehenduntur, vel ſunt z mendacia.

Decimò, Eccleſ. munera ſunt ſacrificare, orare, docere, exhortari, curam ouium & pauperum habere. Sacramenta miniſtrare, &c. quæ omnia coniugium impedit. Nam munus ſacrificandi requirit eximiam puritatem, vt Chryſoſt. a ait. In actu coniugii negari non poteſt, quin admixta ſit quædam impuritas, non quæ peccatũ, ſed ex peccato ſit. Oratio requirit mentem eleuatam, purgatam, tranquillam. b Actus coniugii hebetat aciem mentis, & ad inferiora deprimit. c Quomodo verò exhortabitur virgines & viduas, qui dat operam liberis? Cura paſtoralis exigit, oues ſingulari amore, & obſeruantia proſequi. At maritatus Eccl. totus incumbet in diligendis, & curandis carnalibus filiis. Qui vxorem, & liberos habet, eis theſaurizat, quomodo ergo curam pauperum ſingularem habebit? Denique tunc vix diſtinguerentur clerici à laicis: quod non mediocriter officeret legitimæ miniſtrationi Sacrament. vnde tempore d Greg. 7. cùm in Germ. cœpiſſent ſacerd. vxores ducere, tantus contemptus Sacramentorum ſequutus eſt, vt paſſim laici Sacramenta miniſtrarent.

Soluuntur argumenta Caluini.
CAP. XX.



PRimum, Deus reliquit matrimonium liberum. Ergo nulli licuit id prohibere. Resp. neque id prohibet Ecclesia: sed solùm requirit cœlibatum Ecclesiast. tanquam cõditionem sine qua non initiarẽtur. Quomodo nõ censetur prohibere officiũ tortoris, etiamsi nolit eum ad sacra ministeria admittere.

Secundò, *a* Apostol. inter hæreticos nouissimorum temporum ponit prohibentes nuptias Resp. cum *b* PP. loqui de iis, qui simpliciter damnabãt nuptias, vt per se malas, quales fuerunt Tatiani, Manichæi, &c. Per nouissima enim tempora, intelligit vltimam ætatẽ à Christo ad finem mundi. Nam neque in Græ. est, ἐσχάτοις, sed ὑστέροις, *posterioribus* Nec refert *c* Augustinum dicere Manichæos non prohibuisse nuptias, nisi electis suis, apud eos, velut sacerdotibus, & Monachis. Nam idem *d* Aug. testatur, à Manichæis interdictas nuptias simpliciter: quia etsi eas permitterent auditoribus suis, id faciebant quod aliud obtinere non valerent. Adde ita permisisse, vt conceptum, & liberorum procreationem cauendam esse monerent, quod est nuptias apertè damnare.

a 1. *Timoth.* 4.
b *Hieronym.* 1. *in Iouinian. Aug.* 30. *in Faustum* 4. & 6. *Ambros. chrysost. & alijs in* 1. *Timoth.* 4.
c 2. *de moribus Manich.* 18. & *epist.* 74.
d 30. *cõtra Faustum.* 6.

Tertiò, *e* Apostol. inter dotes Episcopi ponit esse vnius vxoris virum. Resp. loqui de vxore accepta ante ordinationem, vt patet ex testimoniis priori cap. productis. Nec ponit inter dotes Episcopi habuisse vxorem sed exponit conditionem vt minimum necessariam, ad Episcopatum, scilicet non plures habuisse vxores.

Quartò, *honorabile connubium in omnibus*. Hebræor. 13. *f* Cur non etiam inter sacerdotes?

Resp. 1. *in omnibus*, Idem *g* esse quod omni ex parte, id est, siue Sacramenti, siue prolis, siue fidei rationem consideres. 2. *h* vel significare apud omnes 3. *i* in

e 1. *Tim.* 5. v. 2.
f v. 4. τίμιος ὁ γάμος ἐν πᾶσι, καὶ ἡ κοίτη ἀμίαντος. & thorus immaculatus.
g *ita Oecumen. in hunc locum.*
h *ita Fulgent. de fide ad Pet.* 3. *ca.*
i *ita Theophyl.*

(inquit) *ab vsu fœminæ cohibentur* & o Hieron. *Episcopi, Presbyteri, Diaconi, aut virgines eliguntur, aut vidui, aut certè post sacerdotium pudici.* p August. *solemus eis* (inquit) *proponere continentiam clericoru.* Greg. Tur. q refert quendam Comitem ab omnibus Episcopis excommunicatū, quòd initiatus sacris, vellet ad vxorem redire. r Isidor. *Placuit S. PP. vt qui sacra mysteria contrectant, casti sint, & continentes ab vxoribus & ab omni carnali immunditia liberi.* Quare cum ait, ſ *Castimoniam corporis perpetuò seruent, aut vnius matrimony vinculo fœderentur.* Sensus est, omnes Clericos, aut perpetuò debere esse continentes, nimirum si maioribus sint initiati, aut vnius matrimonio copulatos, scilicet, si minoribus ordinibus. Ansel. epist. 8. t Beda & Arator in Acta Apostol. cap. 30.

o in fine Apol. pro libro contra Iouinian.
p *lib. 2. de adult. coniugijs* 20.
q 4. *histor.* 4.
r 2. *de officiis diuinis* 10.
ſ *cap.* 2.
t 3. *de Tabernaculo.* 9.

Nonò, ab exemplis. Nam à tempore Apostolorum omnes Episc. presbyt. aliique Eccl. probati, quorum vitas habemus, continentes fuerūt. Si quidem quæ Magdeb. exempla in contrarium adducunt, vel intelligi debent, de u vxoribus ductis ante sacerdotium, vel de x minoribus clericis, vel de y iis qui reprehenduntur, vel sunt z mendacia.

Decimò, Eccles. munera sunt sacrificare, orare, docere, exhortari, curam ouium & pauperum habere. Sacramenta ministrare, &c. quæ omnia coniugium impedit. Nam munus sacrificandi requirit eximiam puritatem. vt Chrysost. a ait. In actu coniugii negari non potest, quin admixta sit quædam impuritas, non quæ peccatū, sed ex peccato fit. Oratio requirit mentem eleuatam, purgatam, tranquillam. b Actus coniugii hebetat aciem mentis, & ad inferiora deprimit. c Quomodo verò exhortabitur virgines & viduas, qui dat operam liberis? Cura pastoralis exigit, oues singulari amore, & obseruantia prosequi. At maritatus Eccl. totus incumbet in diligendis, & curandis carnalibus filiis. Qui vxorem, & liberos habet, eis thesaurizat, quomodo ergo curam pauperum singularem habebit? Denique tunc vix distinguerentur clerici a laicis: quod non mediocriter officeret legitimæ ministrationi Sacrament. vnde tempore d Greg. 7. cùm in Germ. cœpissent sacerd. vxores ducere, tantus contemptus Sacramentorum sequutus est, vt passim laici Sacramenta ministrarent.

u *vt de coniuge Gregor. patris S. Nazianz.*
x *vt quod proferunt ex Concilio Tolet. 4. cap. 42.*
y *vt quæ ex ep. Zacha. ad Bonif.*
z *sicut cum affirmant Cent. 5. c. 7. presbyteros Maced. duxisse vxores teste Innocē. 1. epist. 22. cùm nihil tale Innoc. dixerit.*
a *lib. 6. de Sacer.*
b *Aug. 14. ciu. 16*
c *vide Ambr. 1. de officiis vlt.*
d *vide Naucler.*

Soluuntur argumenta Caluini.
CAP. XX.



PRimum, Deus reliquit matrimonium liberum. Ergo nulli licuit id prohibere. Resp. neque id prohibet Ecclesia: sed solùm requirit cœlibatum Ecclesiast. tanquam cōditionem sine qua non initiarētur. Quomodo nō censetur prohibere officiū tortoris, etiamsi nolit eum ad sacra ministeria admittere.

Secundò, *a* Apostol. inter hæreticos nouissimorum temporum ponit prohibentes nuptias Resp. cum *b* PP. loqui de iis, qui simpliciter damnabāt nuptias, vt per se malas, quales fuerunt Tatiani, Manichæi, &c. Per nouissima enim tempora, intelligit vltimam ætatē à Christo ad finem mundi. Nam neque in Græ. est, ἐσχάτοις, sed ὑστέροις, *posterioribus* Nec refert *c* Augustinum dicere Manichæos non prohibuisse nuptias, nisi electis suis, apud eos, velut sacerdotibus, & Monachis. Nam idem *d* Aug. testatur, à Manichæis interdictas nuptias simpliciter: quia etsi eas permitterent auditoribus suis, id faciebant quod aliud obtinere non valerent. Adde ita permisisse, vt conceptum, & liberorum procreationem cauendam esse monerent, quod est nuptias apertè damnare.

a 1. *Timoth.* 4.
b *Hieronym.* 1. *in Iouinian. Aug.* 30. *in Faustum* 4. & 6. *Ambros. chrysost. & alii in* 1. *Timoth.* 4.
c 2. *de moribus Manich.* 18. & *epist.* 74.
d 30. *cōtra Faustum.* 6.

Tertiò, *e* Apostol. inter dotes Episcopi ponit esse vnius vxoris virum. Resp. loqui de vxore accepta ante ordinationem, vt patet ex testimoniis priori cap. productis. Nec ponit inter dotes Episcopi habuisse vxorem sed exponit conditionem vt minimum necessariam, ad Episcopatum, scilicet non plures habuisse vxores.

Quartò, *honorabile connubium in omnibus*. Hebræor. 13. *f* Cur non etiam inter sacerdotes?

Resp. 1. *in omnibus*, Idem *g* esse quod omni ex parte, id est, siue Sacramenti, siue prolis, siue fidei rationem consideres. 2. *h* vel significare apud omnes 3. *i* in

e 1. *Tim.* 3. v. 2.
f v. 4. τίμιος ὁ γάμος ἐν πᾶσι, καὶ ἡ κοίτη ἀμίαντος. & thorus immaculatus.
g *ita Oecumen. in hunc locum.*
h *ita Fulgent. de fide ad Pet.* 3. *ca.*
i *ita Theophyl.*

omnibus non simpliciter, sed legitimè coniugatis, siue nobilibus, siue obscuris, siue Græcis siue Hebręis, &c.

Quintò, Apostoli non solum vxores habuerunt, sed etiam circunduxerunt, *k* 1. Corinth. 9.

Respondeo, qui Apostoli habuerint vxores, non satis constare. Certum est autem ab vxoribus abstinuisse, postquam vocati sunt à Christo, vt Hieron. *l* docet. Nam cum dixisset Petrus, nomine omniũ, *m Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te*. Explicans Dominus quid sit relinquere omnia, subiunxit: *n omnis qui reliquerit patrem, aut matrem, aut vxorẽ*. Mulieres verò quas Apostoli circunducebant, *o* non erant eorum vxores, sed piæ fœminæ Apostolis ministrantes.

Obiicit *p* Petrus Martyr. 1. si ita esset, non dixisset Paulus sororem mulierem, sed sororem tantùm: omnis enim soror est mulier. 2. non dixisset potestatem circunducendi, quod authoritatem sonat. 3. si hæ mulieres aluissent Apostolos suis facultatibus, falsum esset Apostolos accepisse sumptus à populo.

Ad primum vocari sorores mulieres, sicut Actor. 1. *q* dicuntur viri fratres. Ad 2. vel hanc potestatem non fuisse in mulieres, sed tantùm in actiones, si sequi vellent vel authoritatem fuisse, non virorum in vxores, sed doctorum in discipulas. Ad 3. vel eas non fuisse diuites, sed tantùm obsequium præstasse accipiẽtes pecunias à populis, vel aluisse Apostolos non semper, & proinde aliquando fuisse à populis nutritos.

Porro etsi *r* quibusdã antiquis placuerit Paul. habuisse vxorem maxime cũ illud Phil. 4. v. 3. ἐρωτῶ καὶ σε σύζυγε γνήσιε *Rogo & te Germane compar*, possit verti, *Germana coniux*. Tamen probabilius est nusquam habuisse vt asserunt, *s* plurimi veterum. primò, quia vocatus *t* est Paulus cum esset Adolescens, quo tempore non est credibile,

k v. 5.

l 1. in Jouinian.

m Math. 19. v. 27. ἰδοὺ ἡμεῖς ἀφήκαμεν πάντα, καὶ ἠκολουθήσαμέν σοι.

n v. 29. πᾶς ὃς ἀφῆκεν οἰκίαν, ἢ ἀδελφούς, ἢ ἀδελφάς, ἢ πατέρα, ἢ μητέρα, ἢ γυναῖκα, ἢ τέκνα, ἢ ἀγρούς, ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός μου, ἑκατονταπλασίονα λήψεται. *Centuplum accipiet.*

o Ita fere Græci & Latini interpretes omnes, vt Chrysostomus, Theodor. Ambr. Haymo, &c.

p in 9. prim. ad Corinth.

q v. 16.

r Clemens Alexandr. 3. stromatum, & iuxta codices quosdam Ignatius epistola ad Philadelphos.

s Hieronymus epistola ad Eustochium de virginitate. Hilarius in Psalmum 127. Augustinus libro de gratia, & libero arbitrio capite quarto. Epiph. heres. 58. Tertull. vtroque libro ad vxorem. Ambros. in cap. 7. prioris ad Corinth.

t vt obseruat Ambr. supra.

habuisse vxorem, postea autem non habuit. 2. ponit *u* se inter innuptos. 1. Corinth. 7. Quare illud ex epist. ad Philipp. non poterit intelligi de vxore Pauli: cùm hæc epistola scripta *x* sit post epistolam 1. Corinth. inter quas non est credibile Paulum vxorem duxisse. Nec dixisset γνήσιε sed γνησία: non erat enim tam politus sermone vt Atticismis vteretur. Loquitur ergo Paulus, de quodam viro quem germanum coniugem vocat, vel quia maritus erat alicuius ex fæminis nominatis, vel quia socius in Euangelii prædicatione.

u *Vt annotat Theor. in 7. prio. ad Corinth.*

x *Sicut ostendit Theodor. præfat. commentarium in ep. Pauli. Hic omittitur argumentum ex Paphnutio in Concilio Nicæno, quia illud soluitur. 2. de Ecclesia. 8.*

Soluuntur argumenta Philippi.

CAP. XXI.



PRimum, coniugium est de iure diuino, Gen. 1. *a Crescite, & multiplicamini.* a *v.* 28.

Resp. 1. verba Genes. non sonare propriè præceptum, sed institutionem exprimere naturæ. Nam idem etiam *b* dictum est brutis, in quæ propriè præcepta non cadũt. 2. si sit præceptũ solùm obligasse pro tempore, quo terra vacua erat: tùm quia subiungitur: *Et replete terram.* tùm quia si obligaret pro semper, condemnandi essent, Christus, Maria, Ioan. Batista, &c. b *v.* 22.

Secundò, est de iure naturæ, vt patet ex appetitu generandi. Ergo sicut nemo potest obligari à se vel ab alio, ad non comedendum: quia hoc esset contra inclinationem naturalem conseruandi indiuiduum, sic nec obligari ad non ducendum vxorem, quòd sit contra naturalem inclinationem conseruandi speciem.

Ad antecedens, illud ius esse affirmatiuum, & proinde non obligare pro semper, sed tantùm in casu necessitatis. Ad conseq. negatur, quando non est periculum ne

indiuiduum pereat ob abstinentiam cibi, vel species humana, ob coniugii defectum.

c *Corinth.7.v.2.* Tertiò, iubet *c* Apostolus vt vnusquisque propriam habeat vxorem, ad euitandam fornicationem.

Resp. 1. hoc non esse præceptum, sed consilium: sensus enim est iuxta *d* Hierony. & alij in hunc locum. Bonum est mulierem non tangere, vel post ductam abstinere ex consensu: tamen si timeatis fornicationem, benè facitis adhærendo vxori ad fornicat. vitandam. 2. *e* loqui de coniugatis in Paganismo, qui conuersi ad fidem dubitabant an deberent vxoribus vti. *f* 3. nullo modo loqui ad voto continentiæ obstrictos. Illis enim: *h Damnationem* (inquit) *habent, quia primam fidem irritam fecerunt.*

d *Chrysost. Ambros. & alij in hunc locum.*
e *Ita Tertull. li. de Monogamia & Hieron. 1. in Iouinian.*
f *Ita Hiero. sup. Chrysost. in hunc locum Epiph. hæres. 61. Aug. in Psal. 83.*
h *1. ad Timoth. 5. v. 12.*

Quartò lex cælibatus dissentit à Conciliis: quæ sint, non ponit Philippus: videntur autem hæc: Canon. 6. Apostol. *Episcopus aut præsbyter vxorem propriam nequaquam obtentu religionis abiiciat.* Concil. *i* Gangr. *Quicumque discernit à presbytero, &c.* Concil. v. Carth. can. 3. in quo statuitur, vt Episcopi Presbyteri, Diaconi abstineant ab vxorib. in propriis terminis, idest in ordine vicis suæ, vt exponunt Trullani PP. can. 13. Item Can. *k Aliter.* quo Stephanus Papa dicit, Ecclesiasticos viros in Orientali Ecclesia coniugatos esse, nec id reprehendit. Can. *cum l igitur.* ex August. *Ecclesia* (inquit) *post Apostolica instituta, quædam consilia perfectionis addidit, vt pote de continentiâ Clericorum.*

i *Can. 4.*
k *Dist. 31.*
l *35. q. 1.*

Ad prim. test. sensum esse Episcopus, aut presbyter, nequaquam prætextu, εὐλαβείας, cautionis, idest vt cautiùs continentiam, cui obstringitur, custodiat, dimittat curam alendi vxorem, quam quoad thorum dimisit, vt explicat *m* Concil. Turon. 2. can. 8. Ad. 2. dici anathema solùm arbitrantibus matrimonium esse malum, & proinde non licere ei sacra facere qui vxorem habuisset, etiamsi iam contineret.

m *Et Hubertus Cardinalis libro contra Nicetã.*

Ad. 4. illud Concil. quod latinum fuit, latinè habere *secundum priorum statuta, idest* Concil. Carthaginensium, non autem, *In propriis terminis.* nec illi Trull. PP. aliquid *n* authoritatis habent.

n *Vide supr. lib. 1. de Eccl. cap. 7.*

Ad. 5. resp. 1. illum can. fortè nullius authoritatis esse.

Nam neque Gratian.ait quotus sit Stephanus iste, nec in aliqua alicuius Steph. Papæ epistola hæc habentur verba.2.nolle dicere, Græcos ducere vxorem post sacerdotium. hoc enim repugnat vniuersæ Græcorum praxi, sed matrimonio vti. Quod etsi Rom. Ecclesia non probet, tamen id Græcis permittit. Ad.5.resp.1. ea non esse Aug. sed o Gratiani verba. 2. solùm velle Ecclesiam imposuisse Clericis continentiam præcepto seruandã, quæ alio quin erat consilium tantùm. Nec enim Ignorabat Gratian.ante definitionem Ecclesiæ, etiam consilium fuisse. Et proinde nec opus erat, vt id Ecclesia tanquam consilium definiret.

o *Qui sua cum Augustini verba coniunxit, vt sæpè facere solet.*

Quintò, profert p Petrus Martyr Leonem: q *Dicente enim Apostolo* (inquit Leo) *vt inter alias Christianismi regulas is Episcopus ordinetur, quem vnius vxoris virum fuisse, aut esse constaret, tam sacra semper est habita ista præceptio, vt iam de muliere sacerdotis eligenda eadem intelligatur seruanda conditio.* Sed est mendum manifestum. Nam legi debet de, *muliere sacerdotis*, eligendi, vt habent correctiores codices.

p *Libro de cælibatu & votis.*
q *Ep.87.aliàs 85*

Sextò, donum continentiæ r non omnibus datur. Et qui suscipiens ordines se continere posse putabat, postea cognoscet se continere non posse. Respond. omnibus dari continentiam, qui volunt continere, & quibus Deus dedit velle, dabit & perficere. Certè coniugati ipsi coguntur aliquando ad longum tempus, vel propter ægritudinem, vel propter absentiam abstinere ab vxore: num licebit ergo aliam ducere, quasi continere nequeant?

r *Math.19.v.11*

Vltimò Cælibatus Clericor. prodigiosas libidines, & scandala parit. Resp. si quæ huiusc. sunt ex abusu cælibatus nasci: quod si propter abusum rerum, ex se bonarũ, illæ essent tollendæ, certè & cælum quoque, terra, scriptura &c.

a Centur. 9. cap. 10.

Soluitur argumentum, a Magdeburgensibus proprium.

CAP. XXII.



Rgu. Sanctus Vldaricus Episcopus Augustanus epistola ad Nicolaum Papam *Beatus* (inquit) *Gregorius.* 1. *aliquando, suo quodam decreto vxores sacerdotibus ademit. Deinde paulò post cum idem Gregorius iussisset ex piscina sua pisces aliquot capi, piscatores pro piscibus sex millia capitum infantium suffocatorum repererunt: quam cædem infantium cum intelligeret sanctus Gregorius ex occultis fornicationibus vel adulteriis sacerdotum natam esse, continuò reuocauit Decretum & peccatum suum dignis pœnitentiæ fructibus purgauit.*

b Centur. 9. sup. col. 540.
c 3. de Germania in catalogo Episcoporum Augustanorum.
d Ex Onuphrio libro de Rom. Pontificib.
e Iuxta Hermãnum Cõtractum.
f Iusta Chronic. Augustanæ Eccl.

Respond. confictam esse huiusmodi epistolam. Primo, quia non nisi vnus fuit sanctus Vldaricus cuius mentionem historici faciunt: alter enim, quem primum *b* constituunt Magdeb. nusquam extitit, nec enim eius parentes, aut patriam, aut authorem pro se citant. Nec Munsterus *c* ipse alium Vldaricum agnoscit quam vnum. At hic, non potuit Episcopus scribere ad Nicolaũ primum, qui obiit an. *d* 967. Vldaricus verò creatus Episcop. ann. 924. *e* vel 903. *f* Neque ante Episcopatũ. Vixit enim Vldaricus. 83. an. in Episcop. 50. ante Episcop. 33. quare natus est, an. 870. vel 891. vnde inter obitum Nicolai. 1. & ortum Vldarici intersedunt tres, vel iuxta alios. 24. an. Neque scribere potuit ad Nicolaum. 2. obiit enim Vldaricus an. 953. vel 974. Nicolaus vero. 2. creatus Papa an. 1059.

Secundò, falsum est ademisse Gregor. vxores sacerdotibus, & postea rescidisse decretum: falsum, in piscina fuisse tot capita inuenta, nullum enim horum extat ve-

ſtigium:ſed ſolum Gregor. 1. ep. 42. temperat rigorem decreti prædeceſſoris ſui, qui iuſſerat ſubdiaconos Siculos viuere cœlibes: permittit namque Grego. vxoribus vti, qui ante ordinationem duxerât, ſed vetat alios ordinari niſi continentiam voueant.

Tertiò, ſi vera eſt illa cædes infantium, certè in Sicilia nata eſt, ad quam ſolùm pertinet Gregor. decretum. Quomodo ergo veriſimile, pauciſſimos ſubdiac. Siciliæ breuiſſimo tempore 6. millia infantium genuiſſe & tot capita ex Sicilia in Rom. piſcinam ſaltaſſe? quomodo intellectum, eſſe clericorum, non laicorum infantiũ? quare nihil hac de re ſcripſerunt hiſtorici omnes, aut quidquam habetur inter opera ſancti Vldarici.

DE DIGAMIA.

Apoſtolica lege prohiberi, ne bigamus quoquo modo ſumptus, ordinetur.

CAP. XXIII.



Robatur: *oportet* a (inquit Paulus) *Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe vnius vxoris virum.* Item. b *Diaconi ſint vnius vxoris viri.* Lutherus c arbitratur, Paulum ſolùm prohibere ne Epiſcopus pluribus mulieribus extra matrimonium vtatur: ideſt ne indulgeat ſcortationi. Contra. Eadem phraſi Paulus. d 1. ad Timoth. ait: *Vidua eligatur non minus 60. annorum, quæ fuerit vnius viri vxor.*

Quo loco, per vxorem, nequit intelligi aliquid commune adulteræ, & veræ coniugi: vt ſenſus ſit, eligatur illa vxor, quæ tantùm virum cognouit proprium, non autem quæ fuit plurium vxor: ideſt præter proprium virum alium cognouit: tùm quia, illa quæ plures cognouit, non dicitur vxor, ſed adultera.

a δεῖ τὸν ἐπίσκοπον ἀνεπίληπτον εἶναι, μιᾶς γυναικὸς ἄνδρα.

b *Tit. 1. v. 5. nomen presbyteri habetur.* εἴ τις ἐστιν ἀνέγκλητος, μιᾶς γυναικὸς ἀνήρ.

c *Libro de Captiuit. Babylonic. cap. de Ordinis Sacrament.*

d *Cap. 5. v. 9.* χήρα καταλεγέσθω μὴ ἔλαττον ἐτῶν ἑξήκοντα, γεγονυῖα ἑνὸς ἀνδρὸς γυνή.

tum quia non dixisset Apostolus, *quæ fuerit*, sed quæ sit, id est quæ præter virum proprium, nullum cognoscat. semper enim mulieri prohibetur adulterium, & scortatio. Vnde refellitur Lutheri explicatio. *e* Magdeburg. volunt prohiberi solùm multitudinem vxorum simul.

Contra Primò, sensus verborum Pauli cum ait: *vidua eligatur &c.* nequit esse: Non eligatur, quæ plures habuit viros simul legitimos. Nusquam enim in vsu fuit vnam plures habere viros. Sed sensus erit, eligatur vidua quæ, cum fuit coniugata, vnum tantum habuit maritum omninò, id est etiam successiuè.

Quare & aliorum sensus erit quoque Episcopus sit maritus vnius tantùm vxoris, id est qui nec successiuè habuerit plures.

Secundò, eo tempore quo Paulus hæc scripsit, non erat in vsu, aut apud Iudæos, aut apud gentiles, multo minus inter Christianos, Vnum virũ plures simul habere vxores. Nam *f* apud Roman. polygami notantur infames. In Euangelio vero semper loquitur *g* scriptura de vxore in singulari numero. At quod non fiebat nõ erat cur adeò prohiberet Paulus, prohibet ergo polygamiam successiuam.

Tertiò, quia de successiua polyg. hunc locum intellexerunt Tertul. *h Digamos non sinit* (scilicet Apostol.) *præsidere, cum viduam allegi in ordinationem nisi vniuiram non concedit.* Nec dubium est loqui de hac polygam. cum de hac in toto libro loquatur. *i* Epiphan. *Oportet Episcopum irrepreh. esse vnius vxoris virum &c. reuera enim non suscipit sancta Dei prædicatio post Christi aduentum eos, qui a nuptiis mortua ipsorum vxore, secundis nuptiis coniuncti sunt, propter excellentem sacerdotij honorem.* *k* Ambros. *l* Hierony. *Apostolus de Episcopis, & presbyteris hæc præcipiens, vtique in cæteris relaxauit, non quòd hortetur ad secunda matrimonia, sed quod necessitati carnis indulgeat.* At nõ indulget Apostolus Christianis plures habere vxores simul, aut scortationi vacare, sed secundas successiuè inire nuptias. Ergo hoc sacerdotibus prohibet Aug. de bono viduitatis ca. 18. *m* Chrysost. Theophyl. Ecu. & omnes huius loci interpretes, excepto Theodoreto,

e *Centur. 1. li. 2. cap. 4. col. 451. Calui. in 3. prior ad Corinth.*

f *Vide ff. de his qui notantur in famia item Codice de incestis nuptiis L. neminẽ.*

g *vt Math. 5. v. 31. 32. & c. 19. v. 4. Luc 14. v. 26. 1 Corint. 7. v. 2. Ephes. v. 33.*

h *1. ad vxorem.*

i *hæres. 59.*

k *10. ep. 82.*

Qui coniugiũ iterauerit, culpam nõ habet coinquinati, sed prærogatiua exuitur sacerdotis.

l *in 1. Cap. ad Titum.*

m *homil. 2. in Epist. ad Titum* Castigat (inquit) hoc ipso etiam impudicos, dum eos non permittit post secundas nuptias ad Ecclesiæ regimen dignitatẽque Pastoris assumi &c.

qui intelligit virum qui plures simul habuerit vxores. Sed non est tantæ authorit. vt omnibus opponi valeat.

Quartò, ea fuit semper Ecclesiæ consuetudo 1. teste Leone ep.88. 2. quia eius fit mentio rei in *n* canonibus Apostol. Conciliis, etiam antiquiss. *o* Neocæsar. & *p* Nicæn. 1. deinceps verò fuisse seruatum constat ex Gratiano dist.20.

n *can.17.& 18.*
o *can.8.*
p *teste Ambros. ep.82.*

Soluuntur obiectiones.

CAP. XXIIII.

PRima, *a* Apostolus *b* iubet Episc. eligi sine crimine, cui crimini opponit, *Esse vnius vxoris virum* &c. at successiua polygamia, non est crimen. Ergo non opponitur monogamiæ de qua Paulus: sed vel scortatio vel vxorum pluritas simul ipsi monogamiæ opponitur.

a *Lutheri.*
b *ad Titum.*

Resp. 1 crimen dici non solùm peccatum, sed quidquid solet reprehendi ab hominibus & proinde etiam incontinentiæ signum, cuiusmodi est polygamia successiua. Propterea interdicitur a *c* Concil. Neocæs. sacerdotib. interesse nuptiis bigamorum. Et apud gẽtiles bigami non poterant esse Pontifices vt refert *d* Tertull. 2. postquam dixerat Apost. Episcopum debere sine crimine esse, non subiungere continuò virtutes criminibus oppositas, sed conditiones quæ requiruntur præterea, in Episcopo.

c *can.7.*
d *1.ad vxorem.*

Secunda, vel monogamia ista Episcopi requiritur ratione aliqua morali puta ab continentiam, vel mystica, scilicet ad significandum Christi coniugium cum Ecclesia vna Non prius, quia multò magis prohiberetur in Episcopo concubinatus, vel adulterium. neque posterius: tum quia dotes quas postea Apostol. ponit, omnes sunt morales, quidni & ista? tum quia sequeretur 1. & laicos *e* debere monagamos esse. 2. debere Epi-

e *eorum enim coniugium repræsentat etiam vnionem Christi cum Ecclesia.*

ſcopum ducere virginem, & ſemper virginem conſeruare. 3. priorem repudiare & poſteriori adherere, ſicut Chriſtus repudiauit Synagogam, & Eccleſiæ adhæſit 4. neceſſario debebit vxorem ducere, nec deſerere ad punctum.

R. rationem huius monog. partim eſſe moralē, nimirum ob minorem ſuſpicionem incontinentiæ, partim & præcipuè myſticam, ſcilicet ad perfectius ſignificādum coniugium Chriſti cum Eccleſia. Etſi enim, qui ſecundam duxit, ſignificet iſtud Chriſti coniugium: non tamen ſignificat Chriſtum vnius tantum fuiſſe ſponſum: Nec propterea tamē quòd habeat duas ſignificabit aliquid falſum in Chriſto, nam duas habere, non eſt alicuius myſticæ ſignificationis gratia.

Ad primam probat. contra moralem rationem reſp. prohiberi etiam illa in Epiſcopo: quamuis non ita contrarientur, atque digamia: hæc enim duplici ratione aduerſatur, illa, vnica tantùm, ſcilicet morali.

Ad primam contr. ration. myſtic. Numerari monogamiam inter cæteras dotes, tum quia moralis etiam eſt, tum quia, etiam vt myſtica, eſt Epiſcopo neceſſaria.

Ad 2. negatur, nec enim neceſſe laicos ea præditos eſſe perfectione, qua Epiſcopos.

Ad 3. Chriſti ſponſam, ſimul & virginem, & fœcundam eſſe quæ duo nequeunt naturaliter in vno reputari coniugio humano: idcirco ſatis eſt ſi Epiſcopi coniugium alterum eorum ſignificet.

Ad 4. nuſquā Chriſtum repudiaſſe ſynagogam ſed tantùm renouaſſe: ac de ſtatu ancillæ in liberæ conditionem tranſtuliſſe & hoc modo eiecit ancillam id eſt ſtatum ſeruilem.

Ad 5. non eſſe neceſſ. Epiſcopum repreſentare Chriſti coniugium, ſi tamen repreſentaret, debere perfectius repreſentare: vt autem repreſentet inſeparabilem vnionem Chriſti cum Eccleſia, ſufficit Epiſcopi matrimonium indiſſolubile eſſe, nec requiritur corporaliter ſemper preſens adeſſe vxori.

Tertia idem ſunt Epiſcopum eſſe vnius vxoris virum, & illud: *f vnuſquiſque vxorem ſuam habeat*. Nam cum ait Paulus: *Diaconi ſint vnius vxoris viri*; ſi ſenſus eſſet,

f 1. Corinth. 1. 7.

habeant vnam vxorem, ſequeretur, Diaconis pluribus vnam deberi vxorem. At in illo: *vnuſquiſque vxorem &c.* non prohibentur ſecūdæ nuptiæ, ſed adulteria, & ſcortationes.

Negatur maior. Nā in primo loco, determinatur numerus coniugij, non in ſecundo. Ad probationem illud: *Diaconi ſint &c.* debere diuiſim accipi; vt ſenſus ſit quilibet diaconus ſit vnius vxoris vir.

g Quarta, Paulus poterat dicere Epiſcopum debere eſſe monagum quod ſonat ſingularitatem nuptiarum. Ergo cum aliter loquutus ſit, intelligi debet, de ſingularitate mulieris eodē tempore, quod ſignificat, *vnius vxoris vir.*

Reſp. non debuiſſe Apoſtolum omnes loquendi formas excutere: ſed ſufficere loquutum ſatis, vt intelligeretur.

Quinta *h* Ambroſ. expoſuit verba Pauli dumtaxat, de coniugio ſpirituali Epiſcopi cum Eccleſia, ita vt prohibeatur Epiſcopus plures regere Eccleſias.

Reſp. ad literam Ambroſ. Explicaſſe vt expoſuimus: myſticè autem vt arg. hoc ſ. proponit.

Sexta, *i* Hierony. defendit Carterium Hiſpanum Epiſco. qui duas habuerat vxores, nec peccaſſe contendit cōtra verba Apoſtoli, quæ explicat. 1. vt Magdeburg. 2. iuxta Ambroſ. ſup. 3. iuxta Lutheri explication.

Reſp. controuerſiam fuiſſe apud veteres, num bigamus eſſet, qui ante baptiſmum vnā habuiſſet qua mortua, alteram duxiſſet poſt baptiſmum. Negatiuam defendit partem Hierony. affirmatiu. Ambroſ. Innoc. Aug. quæ ſententia præualuit in Eccleſia. Vnde apparet Hierony. non defendiſſe poligamiam ſacerdotum primam illam expoſit. dicit ſe adducere vt malo cuneo malum nodum ſcindat. 2. eſſe coactam, & duram 3. cum aliis duabus reiicit, dum ait: *Hæc vniuerſa proferimus, non quòd vera, & ſimplici intelligentiæ reſiſtamus ſed vt doceamus te ſcripturas ſanctas ſic intelligere k &c.* Hanc autem ſimplicem intelligentiam, eſſe eam ex Hierony. etiam, quam docuimus, patet ex comment. *l* eius in 1. ad Titum.

Septima, *m* Aug. opponit ſacerdotem Teſtamenti

g *hic omittitur alia ex 1. Cor. 9.* An non habemus poteſtatem vxorē circunducēdi &c. *videtur enim tunc Paulus viduus fuiſſe, & velle dicere ſe poſſe vxorem ducere. Sed neque probare poſſunt Paulum viduum fuiſſe. aut 1. Corinth. 9. agi de coniu. Nā 1. Corinth. 7. ponit quidem ſe inter innuptos, non tamen inter viduos.*

h *lib. de dignitate ſacerdotali. cap.* 4.

i *ep. ad Oceanū.*

k Vt ſcriptæ ſunt, nec euacuare Baptiſmum Saluatoris.

l *vbi eam ſimpliciter amplectitur.*

m *de bono coniugali cap.* 18.

Ad 10. triplicem esse bigamiam vnam veram, & propriam, nimirum quę ex duobus veris nascitur matrimoniis: vel quia vir duas, vel quia vxor duos habuit viros, vel quia viduus viduam, dummodo in his sit consummatum matrimonium. Secūdam interpretatiuam, id est quæ etsi proprie bigamia non sit, tamen talis reputatur a iure, quæ contingit quando quis secundam ducit de facto, non de iure. Tertiam metaphoricam, quę consurgit ex duplici matrimonio, quorum vnum est metaphoricum, puta animæ cum Deo. Et hinc patet quare dicuntur digami qui vnam de iure aliam de facto ducunt aut post votum solemne. Etsi autem non prohibetur præcepto Apostolico ducere fornicariam: Placuit tamen Ecclesiæ extendere pœnam digamorum ad eos qui ducunt, ob dignitatem presbyteri.

DE DECIMIS.

CAP. XXV.



PRimus, error *a* Vvicleſi eſt qui decimas esse putas eleemosynas, nec vllo iure sacerd. debitas asserebat. Refellitur. Quia laicos aliquid soluere sacerdotibus est *b* de iure naturæ. Ratio enim dictat, vt qui pro populo laborant a populo alimenta recipiant: hac enim ratione stipendia militibus, salaria Iudicibus & ministris publicis, tributa regibus deberi probatur.

Item de iure diuino: Nam Deus iussit *c* in veteri Testamen. decimas leuitis dari. Et si enim id non obliget Christianos in quantum iudiciale præceptum est, obligat tamen in quantum morale, scilicet quod aliqua fructuum pars sit sacerdotibus danda, vt docent *d* Clemens Roman. *e* Hierony. author. serm. 219. apud Aug. & Greg. hom. 15. in Euangelia. Christus in nouo Testam. *f Reddite* (inquit) *si quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo*, id est iuxta *g* Hiero. & *h* Aug. tributa

a *Vualdenſ. 2. doct. ar. 3. c. 64. & 65.*
b *vnde Geneſ. 14. Abraham dedit decimas ſacerd. Melchiſ.*
c *Leuitic. vlt. v. 30. Numer. 18. v. 21.*
d *2. Conſtit. c. 29. 38. & 39.*
e *in 3. Malach.*
f *Mat. 22. v. 20.* ἀπόδοτε τὰ καίσαρος καίσαρι, ϗ τὰ τοῦ θεοῦ, τῷ θεῷ.
g *in hunc locū.*
h *lib 50. homili. homil. 48.*

Cæsari,& Deo decimæ. item Math. 10. *i Dignus est operarius mercede sua* & 1. Corinth.9. k *Qui in sacrario operantur quæ de sacrario sunt edunt,& qui altari deseruiunt cum altari participāt: ita & Dominus ordinauit iis qui Euangelium annunciant de Euangelio viuere* Et, *Quis militat suis stipendiis vnquam? & si nos vobis spiritualia seminauimus, magnum est, si nos carnalia vestra metamus?* v.11.

Iure autem Ecclesiastico determinatum est vt quod soluitur sit decima pars. Concil. Aurelian. 1.c.17. Matisconens. 2. *k* Foroiuliens. 1. *l* Maguntino tempore Caroli mag. 38. Alio sub Rabano. c 10. & alio tempore Arnulphi c. 17. Remensi cap.38. Valentino.c.10. Arelat. 4.cap.9. Cabilonensi 2. c.16. Metensi c. 2. Triburiensi c.13. ante 700. vel 800. an. celebrata particularia. Genera verò Latera. sub *n* Innoc.3. Viennens. in clementina. *Cupientes* de pœnis Constantiens. quod hanc damnauit Vviclef sententiam sess. 8. & Trident. sess. 25. cap.12.

Secundus error Vviclefi quoque est, malis sacerdotibus nullo modo decimas dandas. Quia est peccatoribus cōmunicare. Refellitur Primò, quia & Cæsar infidelis erat, & Pharisæi impij & tamen dixit Christus: *o Reddite quæ sunt Cæsaris &c.* 2. quia: *Prætextu nequitiæ clericorum, (* inquit Innoc.3.) p *nequeunt decimas, nisi quibus ex mandato diuino debentur, pro suo arbitrio erogare, cum nulli sit licitum aliena cuique concedere, præter domini voluntatem.* 3. quia decimæ non dantur clericis quòd boni sint, sed quia clerici.

Tertius *q* Fraticellorum, eos non posse decimas percipere, qui non viuunt in paupertate, more Apostolorum. Refell.1. Quia ratio cur debentur decimæ cleric. est quòd hi in populi vtilitatem laborent: quæ ratio non minus diuiti, quam pauperi competit. 2. sacerdotibus Iudæorum, diuitibus equidem, dominus *r* iussit decimas reddi.

Quartus *s* Canonistarū multorum, decimas, quoad quantitatis determinationem esse de iure diuino. Quia

i *V.* 10.
ἄξιος ὁ ἐργάτης τῆς τροφῆς αὐτοῦ ἐστιν.
k *V.* 13.
οὐκ οἴδατε ὅτι οἱ τὰ ἱερὰ ἐργαζόμενοι ἐκ τοῦ ἱεροῦ ἐσθίουσιν, οἱ τῷ θυσιαστηρίῳ προσεδρεύοντες τῷ θυσιαστηρίῳ συμμερίζονται v.14 οὕτω καὶ ὁ κύριος διέταξε τοῖς τὸ εὐαγγέλιον καταγγέλλουσιν ἐκ τοῦ εὐαγγελίου ζῆν.
l *Can.* 5.
m *Cap. vltim.*
n C53.54.55.56.
o *Matth.* 22. *in quem locū Hier.* Quod ait (inquit) reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari nummum, tributum, & pecuniā: & quæ sunt Dei Deo, decimas, primitias, & oblationes, ac victimas sentiamus.
p *ep. ad Episcop. Vercellesem & habetur c.* Tua nos *de decimis.*
q *apud Turrecre* 4 p 2. *ca.*37. *summæ.*
r *Matth. sup.*
s *Glosse in ca.*1. *de Decimis in* 6. *Innocentij in Rubrc. de decimis Panor. in c.* Aliquibus *de decimis. Hostiensis in sum, tit. de Decim.* §.7.

multi *t* canones dicunt decimas deberi de iure diuino. Refell. Quia tale præceptum non inuenitur in nouo Testam. vt patet: neque in veteri. Quia præceptum legis veteris, quoad hanc determinationem, non erat morale: tùm quia moralia semper obligant, hoc autem ante Mosem non obligauit, alioquin impiè *u* Iacob vouisset decimas Deo, sub conditione, si deus dirigere viam eius &c. cùm ad decimas, ipso iure, obligatus esset: tum quia ratio non dictat magis decimam, quam aliam dare partem, sed quantum sufficiat ad sustentationem. Neque cæremoniale fuit. Nam non ordinatur immediatè ad colendum Deum, sed ad æquitatem inter homines constituendam. Familia siquidem Leui vna ex 12. vel potius 13. *x* tribubus erat, cui secundum æquitatem deberetur 13. pars: cum in diuisionem terræ promissionis non venirent: quia tamen cæteris nobiliores erant, præuidebat Deus futuros, qui non integrè soluerent, idcirco decimam attribuit partem, vt sic ad æqualitatem cum aliis Leuitæ venirent, nonobstantibus transgressoribus. Ergo Iudiciale fuit præceptum. At iudicialia Christianos non obligant.

t vt c. in Aliquib.

u Gen. 28. ad finem.

x Nam Ioseph duas tribus fecit Ephraim scilicet, & Man.

Obiicitur Innoc. c. *Tua nos, de decimis*, docens requirere decimas Deum ad professionem dominij supremi. Vnde videtur sequi hoc præceptum cæremoniale esse. Resp. dari ad hunc finem decimas, non immediatè vt sacrificium, & similia, sed mediatè: quia sacerdotibus dantur, qui ministrant Deo: quòd non sufficit vt cæremoniale sit.

Ad Canonistar. rationem Resp. 1. nihil aliud *y* velle hos canones, quàm vel decimas, esse de iure diuino quoad substantiam, sicut dicuntur esse festa: quamuis determinatio sit nunc de iure Ecclesiastico, vel 2. deum docuisse quidem Christianos decimas non verbo, sed exemplo: sicut dicunt quidam PP. Quadragesimam indictam a Christo. Nam dum Iudæis deus imposuit decimas, docuit quid par esset Christianos facere vel 3. deberi decimas, iuxta determinationem quæ in iure diuino habetur, non vi præcepti diuini, sed Ecclesiastici quomodo maximè debet

y ita intellige conc. Matisconense 2. c. 5. cùm ait legem diuinā de decimis soluendis seruandam esse.

z vide Ambr. serm. 36.

intelligi cap. *in aliquib.* cum ait: *Illæ quippe decimæ necessariò soluendæ sunt, quæ debentur ex lege diuina, vel loci consuetudine approbata:* id est quæ debentur iuxta determinationem legis diuinæ, quam determinationem innouauit Ecclesia, vel iuxta quantitatem determinatam ex consuetudine loci. Et certe si de iure diuino simpliciter esset hæc determinatio, non posset quacumque consuetudine abrogari: sed vbique essent decimæ soluendæ.

Dubium I.

An præceptum de soluendis decimis possit alia consuetudine abrogari.

a *in hoc omnes Theologi, & Canon. coueniunt.*
b *li.9.q.4 ar.1. de Iusti. & iure.*
c *est Syluestri verbo, decima. q.4. & Nauar. cap.21.n.18.*
d *2.2.q.87 ar.1.*

RESpon. qua *a* parte diuinum, ac naturale est, non posse. Quà parte Ecclesiasticum affirmat *b* Sotus non posse: *c* contrarium est verum.

Primò, quia hæc d. *d* Thom. sententia, docet enim posse ab Ecclesia hoc præceptum mutari quatenus est humanũ, at non minorem vim habet consuetudo legitimè præscripta. Secũdò ex cap. *Aliquib.* supra. Attamen quia sicut consuetudo tollit legem, ita & lex consuetudinem, posset Concilium, vel Papa leges præscribere, vt soluantur etiam integræ decimæ, vbi iam consuetudo inoleuit aliam partem soluere, eamque legem tenerentur fideles seruare.

Dubium II.

An laici pauperes teneantur dare decimas Clericis diuitibus.

RAtio dubij, est, quòd sicut laicus tenetur alere sacerdotem, quia sacerdos est, ita sacerdos alere laicum pauperem.

a *quodlibet.6. ar.10.*

Affirmatiuè d. *a* Thom. respondet, quòd obligatio decimarum ad iustitiam pertineat commutatiuam, in qua non consideratur conditio, sed æqualitas rei ad rem: qui enim emit, debet soluere quantum res va-

leat, siue sit diues, siue pauper. Ad illam Rationem resp. non teneri Clericum hunc pauperem potius, quam alium alere.

Dubium III.

An excusentur a peccato, qui nullas decimas soluunt, vbi non est consuetudo soluendi.

RESpond. tribus modis peccare posse. Primò si Ecclesia propter defectum decimarum notabiliter patiatur, tunc enim siue petat, siue non, tenetur populus soluere. Secundò, si Ecclesia iure petat, siue egeat, siue non. Tertiò, si eo esset animo populus, vt non solueret, etiam si iustissimè eas intelligeret à se peti. Extra hos casus excusantur. Tunc enim censetur Ecclesia condonare.

Dubium IIII.

Quæ sit ratio determinationis Ecclesiæ, circa Decimas.

MVltiplex, prima quia clerus debet pauperes alere, Secunda, quia, si leuitis decimæ dabantur, quamuis vix efficerent sexagesimam populi Hebræi partem. Nam viri Hebræi sine leuitis numerati *a* sunt sexcenta millia quingenti quinquaginta, absque pueris ante. 20. an. & senibus, cum quibus sine dubio erant plusquam duplo plures id est circiter *b* mille millia & trecenta millia. Leuitæ *c* verò, cum infantibus, & senib. 22. millia quæ si addas cæteris Hebræis, & diuidas per. 22. millia, efficientur sexaginta partes. Quantò magis sacerdotibus nostris, debentur, qui maiorem fortè, quam sexagesimam Christiani populi partem efficiunt? Nulla est enim ferè ampla familia, ex qua non sit Ecclesiasticus aliquis, nullus pagus ferè, vbi non sit sacerdos aliquis,

a *Nume.1.v.46*

b 130000.

c *Num.3.v.39.*

& non rarò plures.

Tertia quia Christianus cletus maioribus laboribus, & sumptibus est obnoxius, quam leuitica tribus esset. Tunc enim vnum erat templum, vnus Pontifex, sacerdotes pauci, qui per vices ministrabant templo: Nunc templa innumerabilia sumptibus Ecclesiæ conseruanda, Episcopi plurimi, innumeri sacerdotes, qui perpetuò inseruiunt Ecclesiæ.

Quarta, vt suppleatur defectui non soluentium decimas, maximè cum Reges non rarò impetrent sibi ipsis decimas solui.

Quinta, quia perfectior esse debet Christianus populus Iudaico. Si ergo Iudaicus soluebat partem decimam, quanto magis Christianus?

De possessionibus quæ dono laicorum possidentur a Clericis,

CAP. XXVI.



Viclef *a* asseruit non licere clericis vllas possessiones habere, & peccasse tam qui donauerant quam qui receperant.

Primò, sacerdotibus veteris Testamen. *b* prohibetur possessiones habere.

Secundò, iubet Apostolis dominus nihil possidere Math. 10. *c* Tertiò, *d Non est discipulus supra magistrum* ibid. At Christus nullam possessionem habuit.

Quartò: *e Nisi quis renunciauerit omnibus quæ possidet non potest* (inquit Christus) *meus esse discipulus.* Refellitur.

Primò, quia etsi Leuitæ in partitionem terræ, non veniren: tamen reuera possidebant *f* vrbes ad habitandum, & suburbana ad alendum pecora: poterant etiam agros, & vineas emere, aut ex populi oblationibus habere. *g* Lyranus putat quoad vsum tantùm, non autem dominium ea fuisse leuitarum, quod Hebron, quæ data

a *apud Vuald. 4. doct. fidei ar. 3.*
b *Num.* 18. *v.* 20. *Deute.* 10. *v.* 9. *Iosue* 13. *v.* 33.
c *v.* 9. & 10.
d *v.* 24. οὐκ ἔστι μαθητὴς ὑπὲρ τὸν διδάσκαλον.
e *Luc* 14. *v.* 33. πᾶς ἐξ ὑμῶν ὃς οὐκ ἀποτάσσεται πᾶσι τοῖς ἑαυτοῦ ὑπάρχουσιν, οὐ δύναταί μου εἶναι μαθητής.
f *Nume.* 35. & *Iosue* 21.
g *in* 35. *Nume.*

est sacerdotibus, *h* habuerit pro Domino Caleb de tribu Iuda. Sed fallitur. Nam soli *i* agri, & vineæ in territorio Hebron, erant Caleb: vrbs *k* autem & suburbana sacerdotum. Et constat Hieremiam sacerdotem *l* emisse agrum, & Barnabam *m* Leuitam vendidisse.

Secundò, ex summ. Pontific. antiquiss. *n* Pius 1. ait sacrilegium esse qui Ecclesiæ prædia, & donaria diripit. Vrbanus *o* 1. initio Ecclesiæ consueuisse pios homines vendere possessiones, & pretium Ecclesiæ donare: iudicatum tamen deinde commodius, si possessiones ipsæ donarentur Ecclesiæ, vt futuris etiam prouideretur.

Tertiò, ex Concilio Antiocheno cap. 25. *p* Ancyr. *q* Carthagin. 5. Toletan. 4. *r* Agathensi &c.

Quartò, ex PP. Ambros. ep 32. Chrysost. homil. 37. ad popul. Antioch. *t* August. *u* Prosp. *x* Gregor.

Ad 1. patet resp. ex prima nostra ratione. Ad 2. hæc dici Apostolis pro tempore tantum, quo versabantur in itinere, ante passionem Chrysti *y* nullamque aut pauperum, aut Ecclesiarū curam gerebant ex professo.

Ad 3 respond. 1. hæc dici à Christo ratione tribulationum, ac docere si Magister passus sit, non debere mirari discipulos si patiantur; quia non debent magis esse immunes quam magister. 2. ditiorem in terris esse magistro, non est coram Deo esse supra magistrum Christum, ille enim maior est coram Deo, qui melior.

Ad 4. hæc dici in præparatione animi. Nam ibidem docens quid sit renunciare omnibus, ait *z* *Si quis venit ad me, & non odit patrem & matrem, &c.* quod non tenemur facere, nisi in animi præparatione.

h *Iosue* 14.
i *Ios.* 21. *v.* 12.
k *v.* 11.
l *Hierem.* 32.
m *Act.* 4. *v.* 36. 37.
n *epist.* 2.
o *epist. ad omnes episcopos.*
p *can.* 15. *& Carthag.* 4. *can.* 32. [Irrita erit donatio Episcop. vel venditio, vel commutatio rei Eccles. absque conniuentia, & subscriptione clericorum.
q *can.* 4.
r *can.* 32.
s *c.* 49. *&* 51.
t *serm.* 1. *&* 2. *de communi vita clericorum.*
u *de vita contēplat.* 9.
x 4. *epist.* 33.
y *Nam alioquin rece perunt postea pecunias, vt se & alios aleret. Actor.* 4. *&* 5.
z *v.* 26.

De patrimonialibus Clericorum bonis, siue quæ ante Clericatum possidebant. CAP. XXVII.

Dubium I.

An liceat Clericis huiusmodi bona possidere.



NEgat *a* VValdensis: sed debere ea vel erogari pauperibus, vel in commune poni contendit. Quia *b* Orig. *c* Hieron. *d* Bernard. non permitunt Clericis vlla habere propria bona. Contrarium est verum.

Primò, quia Apostol. *e* iubet eligi Episcopum hospitalē, qui benè domui præsit habeatque filios subditos. Quæ omnia præsupponunt diuitias proprias.

Secundò, Philemon erat Episcopus vt docent *f* Hieron. & Anselm. & tamen habuit seruum, & diues erat, certè ex propriis.

Tertiò, *g* Euseb. scribit consanguineos Domini possessiones habuisse, quamuis modicas ex hæreditate paterna, & tamen fuisse Ecclesiæ duces, id est Episcopos.

Quartò, ex can 40. Apostolor. *Sint manifestæ res Episcopi, si tamen proprias, & manifestæ Dominicæ vt potestatem habeat de propriis moriens Episcopus, sicut voluerit, & quibus voluerit derelinquere.*

Quintò. ex PP. *h* Ambrosius cum rogaretur Ecclesiā dare Arianis obtulit patrimonium suum, vt patrimoniū Ecclesiæ non traderet. *i* Aug. grauiter peccare dicit Clericos, ob voti violationem, qui cum professi fuerint vitam communem, redire volunt ad propria: vbi indicat alios clericos habere posse propria. *k* Prosper verò posse Clericum viuere ex patrimonio proprio. Ad argū. VValdens. loqui PP. de Clericis qui dant operam augendis opibus, & superflua retinent, quæ pauperibus debentur, vt Theologi communiter docent.

a 4. *doct. ar. 3. ca. 42.*
b *hom. 16. in Genesim exponens cap. 47.*
c *ep. ad Nepotianum de vita Clericorum.*
d *declamatione in illud Mat. 19.* Ecce nos reliquimus omnia. Clericus (*inquit*) qui habet partem in terra, non habebit partem in cælo.
e *1. Tim. 3.*
f *in ep. ad Philemonem.*
g *3. histor. 15. apud Ruffin. 11.*
h *vide ep. 33. ad Marcellinam.*
i *serm. 1. de mor. Clericor.*
k *2. de vita Contemplat. 12.*

Dubium II.
An cum bonis illis poßint Clerici bona Ecclesiæ poßidere.

NEgat *a* Prosper. Nam bona Ecclesiastica non dantur ad præmium Clericorum. tùm quia præmium laboris eorum est vita æterna: tùm quia hoc esset spiritualia vendere, sed tantum dantur in sustentationem. Quare qui ex patrimonio viuere potest, malè percipit Ecclesiæ fructus.

Affirmat autem *b* Turrecremata, Primò, quia *c Dignus est operarius mercede sua, & nemo militat suis stipendiis.* Ergo potest Clericus accipere stipendia sua, & parcere propriis bonis. Secundò, hæc fuit semper Ecclesiæ praxis. Prima opinio tutior, secunda videtur verior.

a *supr.c.9.10.11.12.*
b *in can.* Clericos 1.q 2.
c *Math.10.v.10*
d 1.*Corinth.or.9.* τῆς ἐξουσίας ἰδίοις ὀψωνίοις ποτέ,

An Clerici sint liberi à iugo sæcularis Potestatis.
CAP. XXVIII.



PRima opinio, Clerici tam maiores quam minores iure subiecti sunt potestati sæculari, tum in soluendis tributis, tum iudiciis & causis.

Secunda, *a* Christus non fuit liber à soluendis tributis, & quod egit. Matth. 17. hac in re, necessitate fecit.

Tertia, *b* Clerici sunt subiecti legibus, & tribunalibus sæcularium, præterquam in causis merè Ecclesi.

Quarta, *c* non potuerunt Principes concedere Clericis non subiici politicis magistratibus. Quinta, *d* etiam in causis Ecclesiast. subiecti sunt clerici Princip. sæcularib.

Sexta, *e* Iure diuino liberi sunt Ecclesiast. eorumque bona, à seculari potestate.

Septima, *f* Partim iure diuino, nimirum in causis Ecclesiasticis ac spiritualibus, partim humano, nimirum in causis aliis, sunt liberi Clerici.

Prima propositio: *In causis Ecclesiasticis liberi sunt iure*

a *Marsil. de Padua, & Ioan. de Ianduno apud Turrecr. 4. sum. de Eccles. p. 2. ca. 37.*
b *Caluin. 4. Inst. 11. § 15.*
c *Petr. Martyr. in 17. ad Rom.*
d Brent. *in Prolegom. & Melanchton. in locis cap. de Magistr. sæcular.*
e *Glossæ in can.* Si Imperator *d. 96. Driedon. l. 1. de libertate Christ. cap. 9.*
f *Franc. à Vict. de potest. Eccles. relect. 1. q. vlt. Dominic. à Soto in 4 d 25. q. 2. ar. 2. Ioan. Med. in Codice de Restitut. q. 15. Didacus Couarruu. li. practicar. qq. c. 31.*

diuino Clerici à sæculari potestate. vocantur Ecclesiast. causæ quarum cognitio non pendet a ciuilibus legibus, sed ab Euang. aut canonibus Ponti. vel Concil. Probatur.

g vt probatū libr. 1. de sum. Pot. cap. 7. & lib. 5. cap. 6. & 7.

h vide 1. de sum. Pont. & 1. de eccles. a cap. 15. inclusiue.

Primo, quia regimen Ecclesiast. *g* est a Politico distinctum, & illo sublimius. Ergo politicum nequit causas Ecclesiast. regiminis iudicare: quia nihil agit extra sphæram suæ actiuitatis.

Secundò tota regendi Ecclesiam authoritas *h* commissa est Apostolis & præcipuè Petro. Ac proinde Laici in causis Ecclesiasticis sunt etiam subditi, & oues non autem pastores vel iudices.

i can. 19.
k can. 9.

Tertiò, ex Conc. Mileuit. *i* & Matisc. *k* 2. quibus clerici grauiter puniuntur, si causam Ecclesiæ ad Imperatorem deferant. Et Ambros. epist. 78. Aug. 1. 2. reprehendunt eos qui Eccles. causas terrenis iudicibus committunt iudicandas.

Quartò, Apostoli Ecclesias gubernarunt, cùm nulli essent christiani Principes, ad quos deferrentur Ecclesiasticæ causæ.

Quinto, ex Iustiniano seniore Nouell. 83.

Secunda propositio, *Legibus ciuilibus, quæ non repugnant sacris canonibus, vel officio clericali, vt quæ dirigunt actiones humanas in commerciis temporalibus teneantur Clerici: nisi de eadem re, esset lex Ecclesiast. tunc enim clerici eam sequi deberent, non autem ciuilem.* Probatur 1. Nam Clerici sunt etiam ciues, & partes quædam Reipubl. politicæ, Igitur vt tales, viuere debent politicis legibus. Non supponimus autem alias, præter à Politico Magistratu latas. Igitur has seruare tenentur clerici.

l propè finem.
m apud Theod. 4. histor. 7.
n in 13. ad Rom.

Secundò id fatetur Nicolaus 1. *l* ep ad Michaelem, & Valentinianus *m* scripsit ad Episcopos Asiæ, probos Episcopos, regum etiam obtemperare legibus. S. Chrysost. *n* ait Christi Euangelio non tolli politicas leges: & idcirco debere eis Sacerdotes, & Monachos parere: scilicet quoad directionem, non coactionem. vnde

o can. 9.
p can. 32. & Tolet. 3. can. 13. ac antea Carthag. 3. can. 9.

Tertia propos. *Nequeunt clerici à iudice sæculari iudicari, etiam si leges ciuiles non seruent.* Probatur.

Primo, ex Conc. Chalced. *o Si clericus aduersus clericū habeat negotium, non relinquat Episcop. suum, & ad sæcularia iudicia recurrat.* Agathensi, *p Clericum nullus præsumat apud*

sæcularem iudicem, Episcopo non permittente, pulsare.

Secundo, ex Imperatorib. Iustinian. Nouel. 79. & 83. 123. & quamuis non eximat in criminalibus causis clericos, vetat condemnati tamen, nisi degradatos ab Episcopo. Eximit autem etiam in criminalibus Lex *q* Canonica, cui debet ciuilis cedere: cùm possit Pap. Imper. præcipere: in iis præsertim quæ ad Ecclesiam pertinent.

Tertiò quia absurdum omnino videtur, vt ouis quoquomodo pastorem iudicet.

Obiicitur primo, *r* Constantinus apud *ſ* Theod. eiecit Eusebium Nicomed. Episcop. in exilium, & subiungit: *Si quis Episcoporum inconsulte tumultuatus sit, ministri Dei, hoc est mea executione illius audacia coercebitur.*

Resp. etiam docere Constant. ibid. Euseb. fuisse à Nicæno conc. depositum ob hæresim. Non negamus autem posse talem à Magistratu sæculari puniri. Constãt. autem non dixit, *Si quis Episcoporum*, sed simpliciter: *sin autem quisquam temeritate & audacia accensus*, &c. Alloquitur enim plebem Nicomediensem, eique minitatur, si iterum redire velit ad Episcopos hæreticos.

Secundò, iure diuino subiecta est omnis anima *t* potestatibus sublimioribus. Reges autem sunt potestates sublimiores. At quod est de iure diuino nequit ab hominibus mutari. Inde enim probatur non posse vllum eximi à potestate Papæ. Ergo &c.

Resp. Reges non esse sublimiores clericis, in quantũ & ipsi reges, si quid iuris in clericos habebant, totum in Episcopum transtulerunt, & ipse Pontifex summus clericos à potestate sæculari exemit. Ad probationem minoris aliud esse, de regibus, aliud de Papa. Nam reges non sunt immediatè à Deo, sed ab hominibus: & ideo regna possunt in alias regiminis formas ab hominibus mutari. At Papa est immediatè à Deo, & ideo eius potestas à solo mutabilis Deo.

Quarta, *Bona Clericorum tam Ecclesi. quam sæcularia, libera sunt à tributis sæcularium Principum.* Probatur

Primo, ex Concil. Lateran. *u* 3. & *x* 4. ex cap. *Ecclesia y S. Mariæ* cap. *z Quamquam.* a Extrauag. *Quod olim*, &c.

Secundo, ex legibus Principum, in Codice *b* Theodos.

q *vt patet ex ep. Caij Pap. ad Fœlicem episcop. & ep. 2. Marcellini ac lib. 11. Regist. Greg. epist. 14. ad Iohanem defensorem.*

r *ita Caluin. 4. Inst. 11. § 15.*

ſ *1. histor. 20.*

t *Petri Martyr. obiectio.*

u *p. 1. cap. 19.*

x *cap. 46.*

y *de constit.*

z *de censi. in 6.*

a *de immunitat. ecclesi.*

b *li. 16. tit. 2. leg. 16. & 26.*

c *Leg. sancimus. de sacrosanctis Ecclesiis.*
d *Vt colligitur ex Ambr. orat. de tradend. Basilicis.*
Agri Ecclesiæ (*inquit*) soluũt tributum.
e *Math.* 17. *ad finem.*
f *Exodi.* 30. *v.* 12 13. 14.

& Codic. Iustiniani *c* Ante cuius tempora, etsi clerici immunes essent à personalibus tributis, non *d* tamen à tributis ratione possessionum.

Obiicitur dominus *e* soluisse tributum. Resp. id fecisse quia voluit, non quia debuit. Cum enim peteretur Didrachma & interroganti Christo, respondisset Petrus reges terræ ab alienis accipere tributum, intulit Christus: *Ergo liberi sunt filij &c.* quasi diceret, Reges terræ non exigunt tributum à filiis suis, sed ab alienis: Igitur neque Rex cœli, exiget tributum à me, qui sum eius filius, ita Hilarius, qui per Didrachma intelligit tributum impositum *f* à Deo, in vsum templi, vel iuxta Hieron. (qui intelligit tributum Cæsaris) neque tributum exigi debet à me qui sum filius Regis Regum, cuius omnes Reges, & Principes sunt ministri.

Quinta, *exemptio Clericorum in rebus politicis tam quoad personas quam quoad bona, non solùm introducta est de iure humano, vt patet. sed etiam diuino, eo quod etsi non extet expreßè, in diuinis literis, tamen ab exemplis vel testimoniis earum, per quandam similitudinem deduci potest.* Probatur.

g *Genes.* 47. *v.* 22.
i *Esdr.* 1. *ca.* 7. *v.* 23.
k *In Concil. Lateran.* 3. *vnde extat cap.* Non minus *de immunit Eccles.*
l *Numeror.* 3.

Primò ab exemplo Ioseph, *g* qui sacerdotes Ægyptiorum, Artaxercis, *i* qui Iudæorum, exemit, à tributis & similibus oneribus. At, *non decet, Ecclesiam Dei minus liberam esse tempore principum Christianorum, quam fuerit tempore Pharaonis inquit* k *Alexander.*

Secundò, Deus *l* sibi proprios esse Leuitas voluit, hos Aaroni, & filiis eius dedit: Et proinde à subiectione principum exemit. At quod erant Leuitæ, nunc sunt sacerdotes quod Aaron id Christianorum Pontifex.

Tertiò, cum filii regum à tributis eximuntur, & eorum tota eximitur familia. At Christus est filius Regis summi, à tributis exemptus, familia eius propriè, & specialiter, Clerici. Ergo & ipsi exempti.

m *Seß.* 25. *cap.* 20. *de Reform.*
n *Paulo ante Trident. celebratum.*
o *Seß.* 9.

Quartò, ex Concil. *m* Trident. *Ecclesiæ* (inquit) *& personarum Eccl. immunitas, Dei ordinatione, & Canonicis sanctionibus, instituta est n* Coloniens. p. 9. cap. 20. Lateranensi sub Leone *o* 10. *Cum à iure tam diuino, quam humano Laicis potestas nulla in Ecclesiasticas personas attributa sit, innouamus omnes & singulas constitutiones, &c.*

& longè ante, *p* Lateranenſ. 4. ſub Innoc. 3. Quintò, ex Pontif. Bonifac. 8. in cap. *q Quamquam*. Ioann. *r* 8. *Non à legibus* (inquit) *publicis, non à poteſtatibus ſæculi, ſed à Pontificibus, & ſacerdotibus omnipotens Deus Chriſtianæ Religionis Clericos, & ſacerdotes voluit ordinari, & diſcuti.* Et quod de perſonis affirmat, de bonis Eccleſ. affirmauit Symmachus *ſ* cum tota ſynod. 3. Rom. His addatur Innocent. 4. quamuis non vt Pontifex ſed vt Doctor. ad cap. 2. de maiorit. & Obedient. vbi, poſtquam docuerat Clericos exemptos fuiſſe à laicorum poteſtate per ſummum Pontificem, Imperatore conſentiente, addidit hanc non eſſe plenam exemptionem, & ideò dicendum, Clericos ab ipſo Deo exemptos.

p c. 43. Nimis de iure diuino quidam laici vſurpare conātur, cùm vires Eccl. nihil tēporale obtinētes ab eis ad præſtanda ſibi fidelitatis iuramenta compellunt.

q De Cenſ. in 6.

r Can ſi Imperator *diſt.* 96.

ſ Solis ſacerd. diſponendi de rebus Eccleſiæ indiſcuſsè à Deo cura cōmiſſa eſt. *Hæc ille.*

An exemptio Clericorum ſit Iuris naturalis.

CAP. XXIX.

TRes ſunt gradus naturalium præceptorum. Primus eorum, *a* quæ ita perſpicuè ſunt impreſſa in cordibus hominum, vt ſolo lumine rationis, ſine nouo diſcurſu, iudicentur ab omnibus iuſta, ſicut colere Deum, alteri non facere quod nolumus fieri nobis. Secundus eorum, quæ deducuntur ex illis primis, tanquā concluſiones proximæ, & quaſi naturaliter fluentes, per facilem, euidentem, & neceſſariam conſequentiam: cuiuſmodi ſunt Decalogi præcepta. Tertius eorum, quæ ducuntur quidem ex principiis iuris naturæ, ſed non adeò facilè, nec euidenter, ac neceſſariò, & hæc propriè ad ius gentium referuntur, diſtinctum à iure Ci-

a De his Ambroſ. epiſt. 71. Lex naturæ, quam Deus ſingulorum in fudit pectoribus, non ſcribitur, ſed innaſcitur, nec aliqua percipitur lectione, ſed profluo quodam naturæ fonte in ſingulis exprimitur, & humanis ingeniis hauritur. *vide etiam Hier. ep. ad Algatiam q.* 8. *Aug. tract. in Pſal.* 57.

uili, quod ciuile se habeat per modum determinationis [particularis] circa ius naturæ, pendeatque à constitutione particulari humana. At ius gentium se habeat vt conclusio deducta, & determinata generaliter in iure naturæ, nec pendeat ab authoritate Principis, sed cõsensu omnium gentium.

Dicimus ergo, exemptionem Clericorum esse quidẽ de iure diuino sed in tertio gradu. Probatur,

Primò, ex consuetudine omnium Gentium, Ægyptiorum, Iudæorum supra aliorum Gentilium apud Aristot. 2. Oecon. Cæsarem. 6. de bello Gallico. Plutarch in Camillo, Christianorum, apud *b* Eusebium, & in l. *Sancim.* 2. C. de Sacros. Eccles.

b 10. *histor.* 7.

c Cur non facimus discrimen inter res diuinas & humanas: & cur non competẽs prærogatiua cælesti fauori conseruatur. *Hæc Iustinian. loquens de immunit. Eccles.*

Secundo, Spiritus ita se habet ad carnem, vt quamuis non impediat actiones carnis, cum benè se habent, eam tamen regat, & moderetur, & aliquando cohibeat, vel excitet prout ad finem suum expedire iudicat. Caro verò nullum imperium in spiritum habet. Sic igitur potestas Eccl. quæ spiritualis est, & sæculari proinde superior, sæcularem coercere, dirigere & iudicare poterit, à seculari verò quoquo modo iudicari, coerceri, vel dirigi, nulla ratio permittit.

Tertiò natura dictat filios debere parentibus obedire, & eos corrigentes patienter ferre: de ouibus ergà pastores idem iudicium: Nec vsquam licuit filiis parentes, ouibus pastores iudicare &c. At Eccl. sũt patres, & pastores sæcularium. Ergo &c.

Quartò, nullum *d* ius Principes habent in ea quæ sunt Deo consecrata. At Clerici totaliter sunt, & specialiter, consecrati Deo, non minus quã donaria ipsa, immò multò magis. Ergo in eos Principes ius habere non debent.

d *Leuit. vlt. v.* 28.

e *Lib.* 5. *Sacrarũ collationum.*

f *Apud Balsamonem in Nomocanone Photÿ in commentario canonis primi primæ Synodi & 2. Constãt.*

Quintò, non rarò Deus grauiter animaduertit in violatores immunitatum Ecclesiæ, qua de re lege Tilmannum *e* Bredembachium. Basilius *f* Porphyrogenitus Imperator Græcorum refert omnem calamitatem sui temporis euenisse, ob legem latam contra libertatem Ecclesiæ, à Nicephoro Phoca suo prædecessore.

Soluuntur g argumenta.

g *Ioannis Medinae & Couarruuiy supra.*

CAP. XXX.



PRimum, nulla extat lex diuina, qua eximantur Clerici, à potestate sæculari. Negatur vt patet *h* supr. h *Cap. 28.*

Secundum, constat ex multis *i* legibus Iustiniani, olim Clericos Imperatorib. fuisse subiectos. i *In Codic. & Authenticis.*

Resp. 1. etiam *k* constare non paucas leges Iustiniani disponere in rebus planè Ecclesiasticis. Num propterea dicent aduersarij, non esse in his Clericos, de iure diuino, exemptos à politicis Principum legibus? 2. has leges fuisse de facto, non de iure, & toleratas à summis Pontificibus non probatas. k *Ibid. & in Nomocan. Photij.*

Tertium, appellasse Paulum ad Cæsarem Respons. *l* supr. l *Lib. 2 de summo Pontifice cap. 29. in solutione tertij argum.*

Quartum, *m Subiecti estote humanæ creaturæ propter Deũ siue Regi &c.* Item: *Omnis anima potestatibus sublimiorib. &c.* Quod dici non solùm Laicis, sed etiam Clericis, ac Monachis docet *o* Chrysost. m *1. Petr. v. 13.* n *Rom. 13.* o *in hunc locũ.*

Resp. hæc solùm significare, debere inferiores obedire suis superioribus. Negamus autem Principes terrenos, quoad iurisdictionem coactiuam, esse Clericis superiores: tamen eorum esse reges, quòd pro omnium pace inuigilent, eorumque obseruentur leges à Clericis quoad directionem, si contrariæ non sint sacris canonib. Nihilque aliud Chrysost. intendit.

Quartò, in lege naturæ omnes Primogeniti erant sacerdotes, nec tamen exempti a maiorum potestate.

Negatur, non fuisse exemptos: solebant enim simul esse sacerdotes, & Principes, vt *p* Hierony. docet, estque communis Hebræor. sententia. p *in qq. Hebraicis ad c. 49. Genes.*

Quintò, Leuitæ, quibus succedunt Clerici, erant subiecti Mosi Ciuili Principi. Resp. Mosem fuisse quoque sacerdotem.

Sextò, Christus fuit subiectus Pilato. Resp. id permissiue & de facto non de iure.

Septimò, lex Euangelica, & Baptismus non eximunt à iurisdictione Principum. Ergo neque Clericatus.

Negatur Conseq. quia lex Euangel. & Baptismus sunt cõpatibilia cum subiectione erga principes, non autem Clericatus, & Monachatus: quia nequeunt rectè suo munere fungi, cùm illa subiectione.

Octauò, ordo clericalis non liberat, iure diuino, à debito seruitutis, pecuniæ, debiti coniugalis. Ergo neque à debito subiectionis ciuilis, quod ante Clericatum clerici habebant.

Admittitur Anteced. Negatur Conseq. primò, quia si paria essent huiusmodi debita, sequeretur sicut non potest Papa eximere à debito seruitutis, pecuniæ, coniugalis debiti homines, sic nec Clericos à ciuili iurisdictione principum, quòd aduersatur Theologis omnibus. 2. quia maius est debitum seruit. pecun. deb. coniug. quam obedientiæ ciuilis in principes. Illud enim nequit solui nisi consentiente parte, hoc potest, si debitor transeat in aliam subiectionem, nimirum Ecclesiasticam. Nec per se iniuriam Principi ciuili facit sed tantum, si quæ fit, erit per accidens: vtitur enim suo iure: sicut nec iniuriam facit, qui iusta de causa domicilium suum in aliam transfert ciuitatem.

Nonò, rationi non repugnat Ecclesiasticos esse subiectos in temporalibus Regi, aut Magistratui.

Resp. non repugnare rationi, vt respicit rem absolutè consideratam, repugnare vt respicit finem Clericatus: turpissimum namque foret, Episcopum puniri à magistratu, quem corrigere deberet. Quare hoc arg. solùm probat hanc exempt. non esse de iure naturæ. 1. & 2. gradus.

Decimò, sicut Princeps est ouis in spiritualibus, sic Sacerdos ouis & quasi filius principis in temporalib. Resp. non posse Sacerdotem dici Principis sæcular. ouē quia suum habet principem Ecclesiasticum, etiam in

in temporalibus. Nec fieri potest vt duos adgnoscat in temporalibus proprios Principes.

Vndecimò, sicut quia vna est Ecclesia continens Laicos, & Clericos, & Ecclesiæ caput est Papa, ideò omnes subsunt Papæ: sic quia tam Laici, quam Clerici vnius sunt ciuitatis, cuius est vnus Princeps temporalis, sic omnes eidem erunt subiecti.

Resp. Laicos, & Clericos non nisi vnam Ecclesiam facere posse. Etsi autem vnam ciuitatem materialiter faciant, duas tamen constituunt formaliter: eo quod debeant diuersis tribunalibus respondere in temporalibus, diuersasque leges, & Principes habeant.



LIBER SECVNDVS, DE MEMBRIS ECclesiæ, qui est de Monachis.

EX PRAEFATIONE.



DE Monachis ſcripſerũt ſanctus *a* Ioan. Chryſoſtom. Ioan. *b* Caſſianus, Albertus *c* Magnus, Beat. *d* Thomas, *e* Bonauentura, Thomas *f* Vvaldenſis, Albertus *g* Pighius, Alphonſus *h* viruesius, Alphons. *i* à Caſtro, Ioannes *k* Bunderius, Conradus *l* Kœllim, Ioan. *m* à Dauentria, Ioan. *n* Eckius, Franciſ. *o* Orantius, Gaſpar *p* Schatzgerus, Ioan *q* Hoffmeiſtrus, Iacobus *r* Latomus, Ioan. *ſ* Cochlæus, Iodocus *t* Clichtouæus, Alanus *u* Copus, Mathæus *x* Galenus, Richardus *y* Cœnomanus, Franciſ. Turrianus libris duobus de votis Monaſticis, Gulielmus Luidanus. 4. Panopliæ. 98.

a *Tribus libris contra vituperatores vitæ Monaſticæ.* b *Libris de Inſtitutis Cœnobitarum.* c *In Defenſorio Mendicantium.* d *Opuſculo.* 19. e *In Apologia Pauperum, & libro de Paupertate Christi* f 3. & 4. *doctr. fidei.* g *Controuerſia.* 14. h *Philippica.* 20. i *lib. contra hæreſ. verbo mendicitas.* k *Compendio concertationum titulo.* 34. l *Euerſione Epitalamij Lutherani.* m *Refutatione Confeſſ. Auguſtanæ.* n *In Enchiridio.* o 5. *de locis.* p 1. *cap. vlt. & lib.* 2. *cap.* 1. *ſuarum Controuerſ.* q *Contra art.* 27. *Confeſſ. Auguſtanæ* r *Libro de Monachorum inſtitutis.* ſ *Libro de votis.* 3. t *Libro* 3. *Antilutheri.* u *Dialog.* 2. x *De origine Monaſtices* y *In Antidoto ad cenſuram Eraſmi in Regulam Auguſtini.*

De nomine Monastices.

CAP: I.

QVinque nomina Græci dederunt vitæ monastices professori *a* θεραπευτὴν cultorem, *b* ἀσκητὴν pugilem, siue exercitatorẽ, *c* ἱκέτην supplicem, *d* φιλοσοφον amatorem sapientiæ, *e* μοναχὸν [solitarium, siue solum tristem.] Quorum Latini (addito Regularis, & Religiosi nomine) vltimum retinuerunt. Quod certè frequentissimum est apud PP. *f* Hieronymus videtur velle conuenire Eremitis propriè: sed monachi nomen inuenitur in Dionys. *g* Areopag. ante eremitas, quorum primus fuit Paulus ille: apud Hierony. Propriè ergo Monachus est, qui rebus diuisibilibus relictis, monadi, idest soli Deo adhæret. Vnde colligitur eos solum propriè Monachos dici, *h* qui vni contemplationi vacant. Alios D. Thom. cæterique doctores nuncupant Regulares: *i* quod certæ regulæ sunt addicti, & Religiosos quod totos Dei obsequio mancipatos se habeant.

a *Dionys. 6. Eccl. Hierarch.*
b *Basilius sermonib. de reb. Monasticis.*
c *Philo libro de vita Contempl. supplicum.*
d *Chrysost. supr.*
e *Frequẽs apud authores.*
f *Ep. ad Heliodo.*
g *Supr.*
h *Vt Cassinenses Cisterciens. Carthusani.*
i *D. Thom. 2. 2. q. 186. ar. 1.*

De Natura siue definitione Religionis.

CAP. II.

REligio, *status est hominum tendentium ad perfectionem Christianã, per Paupertatis, Continentiæ, & Obedientiæ vota.*

Dicitur, *status*, quia debet immutabiliter se hæc professio habere: vnde propterea votum requiritur.

Tendentium, quia Religiosi non tenentur esse continuò perfecti: sed tantùm aspirare ad perfectionem. Sũt enim in statu perfectionis acquirendæ, Episcopi verò adeptæ.

Ad perfectionem Christianam &c. idest ad diligendum Deum, quantùm valet creatura mortalis: nimirum se totam Deo tradendo, & omnia impedimenta dilectionis Dei remouendo. Quod fit cùm per voluntariam paupertatem, remouemus à nobis *a* concupiscentiam oculorum, & Deo res externas tradimus: per Continentiam remouemus carnis concupiscentiam, & corpus traditur Deo: Per obedientiam, remouetur superbia vitæ, & anima tota Deo donatur.

a 1. *Ioan.2.v.16* Quidquid est in mundo, aut est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ.

De variis ordinibus Religiosorum.

CAP. III.



Eteres *a* duo tantùm agnoscunt genera Religiosorum, Anachoretarum, & Cœnobitarum. Tamen iuxta triplicem Deo seruiendi rationem, triplex assignatur à scholasticis Religionum genus. Vnum eorum qui solam vitam contemplatiuam: Aliud eorum, qui solam profitentur Actiuam: tertium eorum, qui vtramque simul. Quæ diuersa viuendi ratio, veteribus ignota non fuit. Vt enim ex *b* Hierony. constat, atque August. semper Eremitæ, & Cœnobitæ fuerunt, qui vitam profiterentur Contemplatiuam, fuisse qui Actiuam, & qui mixtam *c* ex Cassiano patet.

Atque in his generib. tribus varias adhuc fuisse distinctiones Epiph. docet. Scilicet vt huius. diuersitate, vnicuique volenti Deo perfectè seruire, optimè prouisum foret. Non enim omnibus vna, sed aliæ aliis viuendi rationes placent.

a *Hierony. ad Eustoch. de Virgin. seruãda, Aug.* 1. *de Morib. Eccles.* 31. *Cassian. coll.* 18. *cap.* 4.
b *Sup.*
c *Collat.* 14. *cap.* 4. *quo ait ex sui religiosis temporis alios dedisse operam contemplationi, alios curando Xenodochio, alios pauperib. alendis.*

De confirmatione Religionum.

CAP. IIII.



VO in omni Religione sunt, essentia Religionis, quæ cum in Euangelio fundamentum habeat, confirmatione Pontificis non eget: & determinatio essentiæ illius, ad certum viuendi modum: qui cũ ex prudentia, & directione pendeat humana, potest indigere ex se Pontificis confirmatione, & nunc *a* de facto indiget. Nam cùm annum circa. 1170. Pauperes de Lugduno, siue Vvaldenses instituissent quendam Religiosum ordinem, multis hæresibus admixtum, à Lucio, & Alexandro. 3. *b* hæreseos damnati fuere, nec vsquam potuerunt ab Innocent. 3. impetrare reconciliationem, & regulæ confirmationem. Sanctus Dominicus, & Franciscus volentes postea nouos quoque instituere Ordines, tutius duxerunt non esse proprio fidendum iudicio, sed approbationem petendam à Papa, quam & impetrarunt. Interim Innocent. 3. considerans periculum Ecclesiæ imminens, si vnicuique liceret nouam excogitare Religionem, prohibuit ne deinceps vllus instituetur ordo, sine approbatione ab Apostolica sede: & habetur *c* ca.fin. de Relig.dom.

a *Cum antea Basilius, Aug. Benedict. Authores religionum fuerint, nec vllam legantur approbationem petiisse à Papa.*


b *Abb. Vrsperg. in Chronico anni 1212.*

c *Quod confirmauit Gregor. 10. in Concil. Lugdun. vt habetur cap. vnico de Relig. dom. in sexto.*

De origine Religionum.

CAP. V.

a *Magdeburg. Centur. 4. cap. 6. col. 464.*
b *Magd. sup. col. 470.*
c *Vt accidit Paulo Erem. 1.*
d *Centur. 5. c. 6. col. 700.*
e *Art. 27. Confess. August. & Caluin. 4. Instit. 13. §. 10.*
f *V. 26. vide Vvalden. 3. doct. ar. 1. c. 1.*
g *Numeror. 5.*
h *Homil. 11. in Leuiticum.*
i *De quibus Hierony. ep. ad Rusticum & ep. 13. ad Paulinum* Noster Princeps Helias, noster Heliseus, nostri duces filij Prophetarum.
k *Nazianz. orat. in Basil. qua cōparat. Sanctum Basilium monachum cum Ioāne Chryso. homil. 1 in Marcum Hierony. ad Eustoc.*



HÆretici contendunt primò, *a* religiones quarto cœpisse sæculo, authoribus Antonio, atque Machario. Secūdò, eas, *b* partim *c* casu, partim *d* errore, partim praua Ethnicorū imitatione cœpisse. *e* Tertiò Monachos nostros nihil habere commune cum illis antiquis.

Contra primum. Adeò est antiqua Religiosa vita vt fuerit adumbrata in lege naturæ. Legimus enim Genes. 4. de Enos: *f Iste cœpit inuocare nomen Domini.* At ante eū Adam, Abel, & Seth inuocauerant Deum. Igitur id significat in Enos peculiarem ritum inuocandi Deum. Maiorem habuerit expressionem in lege Moysi, per *g* vota Nazaræorum, qui seipsos Deo consecrabant: ad quorum exemplum, quosdam in Ecclesia, se totos consecrasse Deo docet *h* Origin. Per Heliam *i* Helizeum, filiósque Prophetarum, & filios Rechab: Per sanctum Ioan. Baptistam Monachorum principem, vt scribunt *k* PP. ferè omnes.

In lege Christi, etsi ante Antonium non fuisse Eremitas dicat *l* Athanas. Monachos tamen fuisse, qui in agris, ciuitatibus vicinis, monasteria constituebant ait, floruit autem Anton. *m* initio sæculi quarti. Ante hæc tempora, Dionysius, *n* ex Monacho factus est Papa, an. *o* 266. Ante Dionys. Tertull. scripsit librum de velandis virginib. scilicet Deo sacris, & Cyprianus de earumdem habitu virginū. Ante hos Dionys. Areopagita *p* scripsit ad Demophilum Monachum.

Resp. *q* opera quæ Dionys. Areopa. adscribuntur, illius non esse, quia non ab Ambr. Chry. & August. citantur.

l *In Antonio, quem librū Athan. esse constat ex Nazianz. in Athan. & Hier. in Antonio.* m *Anno enim 300. Domini erat annorum. 40.* n *Apud Damas. in Dionys.* o *Euseb. in Chron.* p *cap. 6. Eccl. Hierar. explicat Monasticæ professionis formam* q *Centur. 1. lib. 2. cap. 10. col. 624.*

Respondeo hæc opera fuisse ab hæreticis longo tempore suppressa & propterea his patrib. ignota. deinde tempore Gregorij magni reperta. Nam author illorum operum recentior non fuit Gregorio, aut Hieron. vocat enim eum Greg. antiquum, & venerabilem patrem: vicini autem sæculi vir, non vocatur antiquus: fuit etiam antiquior Hiero. quia cùm recentior non fuerit, & eius non meminerit Hiero. debet necessàrio longè præcessisse Hierony. quomodo enim illum Hierony. ignorasset? Esse hunc authorem Dionys. Areopagitā constat quod eius nomine hæc opera citantur a *r* Gregor. 1. *s* Martino. 1. & *t* Agathone, *u* Sexta & *x* septima generali synodo, *y* maximo *z* Sophron. Damasceno. 1. cap. 12. de fide. Ante Dionys. Philo vitam *a* descripsit monachorum, & sanctimonialium sub Marco Euangel. meminitq; professionis Continētiæ Paupertatis Ieiunior.

b Respondent, Philonē de Essenis loqui primò, quia nondum similia Christiani exercitia haberent: *c* 2. quia *d* Iosephus similia narrat de Essenis. Contra Euseb. 2. histor. *e* 16. Epiphan. hæres. 29. Hiero. in Philone *f* &c. hæc de Monachis sub Marco intelligunt. Ad 1. probationem negatur, petit principium. Ad 2. resp. 1. vel Iosephum loqui de aliis, tum quia dicit antiquam fuisse huiusmodi sectam, Philo verò, se loqui de disciplina suo tempore exorta, tùm quia Iosephus multa erronea de Essenis dicit, quæ in Philone nullo modo habētur 2. vel si de iisdem loquatur, confudisse nostros cum suis essenis, propter similitudinem nominum, tria enim erāt huius nominis genera, scilicet *g* Essenorum Samaritanorum, *h* Essenor. Iudæorum & *i* Essenor. Christia. quia verò Iosephus non callebat nostræ fidei mysteria, propterea multos miscuit errores.

Ante hos Apostoli fuerunt reuera monachi primi 1. quia omnia communia *k* habebāt, & *Hoc votum* (inquit Aug.) *potentissimi* (scilicet Apostoli) *vouerant*. Quæ ratio viuendi non erat omnibus Christ. cōmunis, sed iis tantū qui perfectè viuere volebāt. Nā cū Ananias fraudasset de pretio agri audiuit a Petro: *m Nonne manens tibi*

r homil. 34. in Euang.
s in Conc. Rom.
t ep. ad Constant.
4. Nicolaus 1. ep. ad Mich. Im per. citat Episco. Diony. Areop. ad demoph. monac.
u Actione. 4.
x can. 2.
y annot. in Dio.
z Oratione habita in 6. synod. Act. 11.
a in vita Supplicum.
b Centuriastæ centuri. 1. 2. c. 3. p. 18.
c hoc ex centur. non est.
d 2. de bello Iudaico. 7. & lib. 18. Antiq. 2.
e in Ruff. 17.
f Cassian. 2. c. 5. de Inst. cænobiorum.
g Epiph. hær. 10.
h Idem hær. 19. quos vocat Osseos.
i hæres. 29. idē, quos vocat Essæos vel Iessæos.
k Actor. 4.
l 17. ciuit. 4.
m vt colligitur ex Actor. 5. v. 4. οὐχὶ μένον σοὶ ἔμενε, καὶ πραθὲν ἐν τῇ σῇ ἐξουσίᾳ ὑπῆρχε.

manebat & venũdatum in tua erat poteſtate. 2. quia Apoſt. exemplo, Religiones cæpiſſe teſtantur *n* Euſeb. *o* Hierony. *p* Aug. *q* Poſſidonius *r* Iſidor. Caſſian. coll. 18.

Obiiciunt *ſ* Chryſoſt: *Neque* (inquit) *veſtigium Monachi tunc erat, ſed omnia ad ſæculares loquebatur Paulus.*

Reſp. loqui Chryſ. de Eccleſia Corinthior. tantùm: exponit enim illa: *t ſi quis frater nominatur in vobis* &c. ac dicit nomine fratris, Paulum non intellexiſſe Monachos, ſed quoſcumque fideles: non ſequitur autem inde alibi non fuiſſe monachos. Cum ipſemet *u* Chryſoſt. doceat a Christo, & Apoſtolis vitam monaſticam deriuatam fuiſſe.

Contra ſecũdum. Monachi cænobitæ extiterunt ante omnes perſecutiones *x* Antonius Eremitarum author (non tempore, quia eo prior fuit Paulus, ſed inſtitutione, quia primus habuit diſcipulos, & ipſe a nullo didicit) Eremum coluit, ſolo vitæ purioris ſtudio.

Rurſus Apoſtoli, & tot ſupra citati, Baſilius Gregor. Nazianz. Auguſt. monachi &c. nequeunt ignorantiæ, aut prauæ imitationis accuſati.

Contra tertium. Religioſi huius temporis eſſentiam Religioſæ vitæ, in obedientia, Paupertate, & Caſtitate conſtituunt. Idem olim profitebantur monachi teſte Auguſtino. 1. de moribus Eccl. 31. & Baſilio præfat. conſtitutionum monaſticar. & cap. 22. Sed hac de re plura cum de votis agemus.

n 1. *cap.* 16.
o *in Philone.*
p 2. *de vita com muni Clericor.*
q *in vita Augu.*
r 2. *de officiis* 15.
ſ *Homil.* 25. *in ep. ad Hebræos.*
t 1. *Corinth.* 10. *v.* 11.
u *homil.* 17. *ad populũ. item lib.* 3. *contra vituperatores vitæ monaſt.*
x *Athanaſ. in Antonio.*

Mendacia aduerſariorum, & calumniæ.

Cap. VI.



Rimum *a* mendacium, Ad ſolum matrimonium mulieres creatas fuiſſe. Sed ſi ita eſt, nullæ prorſus erunt in cælo, vbi non nubent, neque nubentur: fuſtra tot Sanctæ virgines.

b Secundum, idem eſſe conſulere de nubenda vxore, & de comedendo. Sed de priori ſapientes conſulunt, de poſteriori, nec quidem inſipientes.

a *Luther. in Epithal. & ſequentia vſque ad* 9. *incluſiuè.*
b *etiam Ethnici vt patet ex Gellio.* 1. *cap.* 5.

Tertium, omnibus præcepisse Mosem matrimonio vacare. Quomodo ergo Helias, Hierem. Ioan. Baptista caruerunt vxoribus? vt probat Hierony. 1. in Iouinian.

Quartum, idem esse apud *c* Paulum circunducere sororem mulierem, & vxorem ducere. Quasi περιάγειν, & γαμεῖν idem sint. Quæ est imperitia vel malitia grauis.

Quintum, virginitatem quidem coniugio præstare: tamen coniugatam *d* meliorem esse coram Deo, quam sit virgo. Quæ duo nullo modo inter se cohærent.

Sextum, primitiuā Eccl. prorsus ignorasse vota. Contrarium infra *f* Sufficiat Lutherum velle Christianos in Baptismo vouere omnia præcepta. At certè Baptismi perfectionem non ignorabat primitiua ecclesia. Septimum, debere votum hoc modo emitti: *Voueo Castitatem, Paupertatem, & Obedientiam vsque ad mortem, liberè, ita vt mutare possim quod volo.* Sed si vsque ad mortem, quomodo liberè? si liberè, quomodo vsque ad mortem?

Octauum, nusquam Christum consuluisse virginitatem, imo Paulum ab ea deterruisse fideles cum ait: *g De virginibus præceptum Domini non habeo, consilium autem do,* id est deterreo. contra. asseruit Lutherus nullum esse Euang. consil. nisi vnum de virginitate. Et prorsus est absurdum dicere, *Consilium dare,* esse deterrere a re quæ consulitur.

Nonum, optimam Religionis esse formam, si nemo ante 70. aut 80. an. professionem emittat, quod ridiculū est, & contra veterū formā. *h Senibus, & paruulis* (inquit Hieron.) *Sæpè fit prandium, vt aliorum fessa sustentetur ætas, aliorum non frangatur incipiens.*

i Decimum, monasteria tempore August. mera collegia fuisse libera contra August. *k Nemo positus* (inquit) *in monasterio frater dicat recedo de monasterio l* &c.

Vndecimum, fuisse scholas literarum. Sed PP. *m* de monasteriis loquentes meminerunt equidem Contin. pauper. Obediēt, Orationis ieiunij &c. scholarum autem nec verbum dixerunt.

c 1. *Corint. 9. v. 5.*
d *Aug. cōtra li. de sancta Virg.* Cùm perpetuę continentiæ professores se coniugatis cō parātes secuntaa dū scripturas compererint eos infra esse, & opere, & mercede, & voto, & præmio, statim veniat in mentē quod scriptū est, Quāto humilior es &c.
f *a c. 22. & seqq.*
g 1. *Corinth. 8. v. 25.* περὶ τῶν παρθένων ἐπιταγὴν κυρίου οὐκ ἔχω γνώμην δὲ δίδωμι, ὡς ἠλεημένος ὑπὸ κυρίου πιστὸς εἶναι,
h *ep. ad Eustochium de custodia Virgin.*
i *Melanth. arg. 27. cōfess. Aug.*
k *in Psal. 75.*
l neque enim soli, qui sunt in Monasterijs peruēturi sunt ad Regnū cælorum, & illi qui ibi non sunt, ad Deum non pertinent Respo. ei sed illi non vouerunt, tu vouisti.
m *vt Basil. in constit monast. Cassi. de Instit. Cænobior. Hier. ad Rusticum. Aug. 1. de morib. Eccle. 31.*

Duodecimum, SS. Benard. & Francif.ob folam corporis vtilitatem fufcepiffe Religionem, id eft, vt carerent impedimentis coniugij & liberorum. Et quidem non negamus hæc ad corporis commodum fpectare. Sed quomodo fpectat vtriufque viri afperitas vitæ?

n *Caluini.4.Inftit.13.§.8.*

n Decimum tertium, vitam monafticam antiquitus fuiffe præparationẽ ad munera Eccl.obeũda,tefte Aug. ep.81.Contra 1. Bafil. Chryfoft. Aug. monachi quidem libenter fuerunt,Epifco.inuiti.2. ex ipfa Aug.ep. 81. *vos* (inquit)*fratres exhortamur in Domino vt propofitũ veftrum cuftodiatis, & vfque ad finem perfeueretis, ac fi quam operam mater veftra Eccl.defiderauerit,neque elatione auidè fufcipiatis,nec blandiente defidia refpuatis o* &c. Quod fi non erãt in illo ftatu perpetuò mãfuri, cur eos propofitum fuum feruare hortatur?

o fed miti corde obtemperetis Deo, nec veftrum ociũ neceffitatibus Eccl. præponatis.

p §.10.

p Decimumquartũ,voluiffe Auguft.non effe cogendũ monachum, in iis quæ verbo Dei libera funt:Sed vnde ergo Aug.de monacho loquens : *q Dum non perfeuerauerit* (inquit) *implere quod vouit, fit defertor propofiti, & reus voti non redditi.*

q *in pfal. 99.*

r §.11.

r Decimumquintum, vitam monafticam, nec vna fyllaba à Domino probatã, contra.*Tanti eft*(inquit *u* Chryfoft.)*philofophia à Chrifto introducta.*

f §. 12.

f Decimumfextum, docere PP. nihil confuluiffe,fed omnia præcepiffe Chriftum,contrarium *t* infra.

t *capitib. de votis.*

u Decimumfeptimum, nufquam PP. vocaffe profeffionẽ fecundum baptifma,contrarium *x* infra proximè.

u *homil. 17. ad Populum.*

u §.14.

x §.19.

x Decimũ octau. nefas olim fuiffe admittere mulieres ad votum continentiæ ante 60.an. Sed contrarium indicat fumma veterum Cypria. Chryfo. & follicitudo in cuftodia virginum,quæ fruftra effet erga fexagenarias.

y *Mclanth.fup.*

Prima *y* calumnia. Nos afferere.1.vitam monafticam Iuftificationẽ mereri, ac remiffionẽ peccatorũ.2. applicatam aliis,ipfos faluare.3.meliorẽ effe Baptifmo. Contra folùm dicimus 1. opera Religiofi in gratia facta effe vitæ meritoria æternæ,& ficut alia opera bona pro peccatis fatisfacere. At mereri iuftificationem, nullus Catholicus dixit.2. Religiofos facere alios fuorum participes operum cùm fint inuicem mẽbra, mereri aliis gratiam negamus 3. inter baptifmum, & Religionem effe

quandam similitudinem, quod in vtroque renuncietur Diabolo,& pōpis, nouæ fiat inchoatio vitæ, & piè tantū credi cum z Hier. a Bernard. b D. Thom. aboleri in professione ritè suscepta omnē pœnā debitā peccatis.

Secunda, Nos præferre consilia præceptis. falsum, si simpliciter sumatur. Nam docemus cū d. c Thoma perfectionem Christ. cōsistere essentialiter in præceptorū, instrumentaliter in consil. obseruatione. Posse tamen Cōsilia in tribus casibus præponi præceptis. Primò, cōparando consiliū, cum eiusdē materiæ præcepto, vt illa duo: *Non furaberis*, &, *vade, vende omnia* &c. item consilium *virginitatis*, & præceptum, *non mœchaberis* 2. statum seruantiū præcepta, cum statu seruantiū Consilia. Nam prior posteriorem includit, & aliquid perfectionis amplius 3. conferendo Consilia cum quolibet præcepto etiam illo: *Diliges dominū* &c. non considerando tamen in Consiliis opera externa, sed charitatē quam præsupponunt, & ad quam ducunt. Illo enim præcepto: *Diliges Dom.* &c. non præcipitur infinita charitas, sed tanta vt nihil anteponamus vel æquemus Deo. At requiritur maior charitas ad renūciandū omnibus propter Deum, etiam voluptatibus licitis quam simpliciter iuxta præcepta diligere Deum.

Tertia, nos putare legē Dei priuatam non prohibere cōcupiscentiam sed totam versari in externo ritu. Sed quis catholicus hoc dixit? Nisi ideò hoc nobis imponant, quod negemus *d* cum August. primos concupiscentiæ motus inuoluntarios, esse peccata.

e Quarta, nos vocare matrimonium pollutionem. Contra, sacramentum vocamus.

Quinta, promittere monachos, se consilia ista Euangelica seruaturos, non vane iurare, inimicos diligere, non appetere vindictā. Sed neq; ista vouent monachi, nec vllus hæc catholicus alia quam præcepta vocauit.

z *ep. 25. de obitu Blesillæ.*
a *libro de præcepto, & dispensatione nō procul. a fine.*
b *2.2.q. vlt. arg. 30.*
c *supr. q. 184. ar. 3.*
d *extremo li. de perfectione iustitiæ.*
e *Caluin sup. ca. 13. § aliam caluniam, quod Monachi fecerint dissessionem ab Eccl. vide solutā. 4. de Eccl. 10.*

Quid sit Consilium. CAP. VII.

PErfectionis consilium, *Est opus bonum, à Christo nobis commendatum, non mandatum.*

Differt à præcepto ex parte materiæ, 1. quòd materia præcepti facilior, Cōsilij *f* difficilior. 2. si de eadē materia sint, *g* Consil. includat materiā præcepti & amplius,

f *Ambro. 1. de Virginib.*
g *Aug. serm. 18. de verbis Apost*

ac proinde melior consilij, quam præcepti materia, ex parte subiecti, quod præceptum sit omnibus commune. *h* Consilium verò, *qui potest capere capiat.* Ex parte formæ, quod *i* præceptū vi sua obliget: sed non Consilium. Ex parte finis, quòd *k* præceptum habeat pœnam, si non obseruetur: Consilium verò non item.

h *Aug. serm. 61. de tempore.*
i *Hieron. epist. ad Eustoch. de custodia Virgin.*
k *Aug. de sanct. virgin. 14. cap.*

Probantur Consilia, ex Scripturis.

CAP. VIII. & IX.



Variæ de Consiliis reperiuntur sententiæ. Prima *b* quod vocamus consilium vocat Præceptum. Secunda, *c* res ait esse indifferentes cōsilia. Tertia, *d* neque consilia, neque præcepta esse: sed mala, & prohibita, maximè si assumantur ad colendum Deum. Quarta, esse verè Euangelica consilia, quæ nec sint præcepta, nec indifferentia: sed Deo grata, & ab eo commendata. Hæc probatur ex scripturis.

Primò *e* Isaiæ 56. *f Hæc dicit Dominus Eunuchis* (vtique voluntariis, non autem sic natis, aut abscissis, tùm quia id docent *g* Cyrill. *h* Basil. tum quia nulla est ratio quare sic natis, aut abscissis maior cæteris gloria detur) *qui custodierint Sabbatha mea, & elegerint* (proinde non præcepto ducti, sed consilio inuitati, illi enim eligere dicuntur, qui non præcepto coguntur) *quæ ego volui, & seruauerunt fœdus meum: dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, &* i *nomen melius à filiis, & filiabus,* (id est quàm si haberent filios, & filias, aut melius nomen quam habeant cæteri filii mei homines) *nomen æternum* (id est iuxta *k* Aug. gloriam quandam propriam excellentemque) *dabo eis quod non peribit.* Et proinde maximi æternique præmii. Ecce continentiæ Consilium, Res-

a *cap. 8.*
b *antiq. Apostolicorum apud Epiph. hær. 61.*
c *Iouiniani, & Vigilant.*
d *VVicless art. 21. Lutherus in Epithal. Calu. 4. Inst. 14. & communis nostr. hæret.*
e *cap. 9.*
f *v. 4.*
g *in hunc locum & Hieron.*
h *libro de vera Virg. Aug. de S. virginit. cap. 24. Gregor. 3. parte pastoral. 29.*
i *In Hebræo* שם טוב מבנים ומבנות. *schem tōf mibbanim vmibbānoth. nomen bonum præ filiis & filiabus, in Septuag.* τόπον ὀνομαστὸν κρείττω υἱῶν καὶ θυγατέρων.
k *supra cap. 25.*

pondet *l* Petrus Martyr loqui Isaiam de veris Eunuchis quibus pollicetur Dominus, si legem seruauerint, se daturum meliorem partem, quam filiis & filiabus id est Israelitis malis. Contra primò, hæc expositio aduersatur PP. citatis. 2. quia nulli Eunuchi veri proferri possunt in quibus, in quantùm Eunuchis, hoc fuerit vaticiniũ impletum, nos autem proferre possumus innumerabiles virginum choros.

l libro de cælibatu, & votis Monasticis.

Secundò, Sap. 3. *Fœlix m sterilis & coinquinata*, &c. *& spado qui non operatus est per manus suas iniquitatem, nec cogitauit contra Deum nequissima, dabitur enim ei fidei donũ electum.* (id est donum quoddam singulare respondens fidelitati ipsius) *& sors in templo Dei.* quem locum similem esse primo docet Hieron. supra.

m v. 13. & 14.

Tertiò, Christus commendat virginitatem Matth. 13. quo comparat regnum cælorum, id est Ecclesiam, terræ bonæ, cuius vna pars reddat fructum centuplum id est, virginitatem, alia sexagesimum, id est, viduitatem, alia tricesimum, id est, coniugium castum iuxta *n* Cypr. *o* Hieron. *p* & Aug. At quod Deus commendat & nullibi pręcipitur, sine dubio consulit.

n de habit. virg.
o 1. In Iouinian.
p de sancta virginit. c. 44. & 45.

Quartò, Matth. 19. *q Non omnes capiunt hoc, sed quibus datum est, &c. sunt Eunuchi qui seipsos castrauerunt propter regnum cælorum. Qui potest capere capiat.* Non dari præceptum patet, quia non licuisset nubere postea. At Dominus initio capitis probauerat nuptias. Dari consiliũ constat, quod Apostolis dicentibus: *Non expedit nubere* non respondit Christus, *Imo vero expedit*, sed: *Non omnes capiunt hoc verbum, qui potest capere capiat*, id est, reuera non expediunt, sed potiùs impediunt nuptiæ, tamen non omnes intelligunt, sed qui potest id assequi, non omittat. Dari in cælo continentibus præmium, patet ex illis *Propter regnum cælorum*.

q versu 11. οὐ πάντες χωροῦσι τὸν λόγον τοῦτον, ἀλλ' οἷς δέδοται. v. 12. εἰσὶν εὐνοῦχοι οἵτινες εὐνούχισαν ἑαυτοὺς διὰ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. ὁ δυνάμενος χωρεῖν χωρείτω.

Respondet *r* Martyr idem esse: *Propter regnum cælorũ*, ac propter Euangelium expeditiùs prædicandum. Contra *s* Cyprianus hæc verba Christi, Matth. 19. extendit etiam ad virgines puellas, quæ certè Euangelium prędicare nequeunt. *t* Hilarius exponit, *spe regni cælestis*. *u* Hieron. *Proponit* (inquit) *Agonothetis præmium, inuitat ad cursum, tenet in manu virginitatis brauium, ostendit purissi-*

r supra.
s de habitu virg.
t in hunc locum.
u supra.

mum fontem, & clamitat: Qui sitit veniat, & bibat, qui potest capere capiat. Non dicit, velitis, nolitis, bibendum vobis est, atque currendum, sed qui voluerit, qui potuerit currere, atque potare ille vincet, ille satiabitur. x August. *Christo*
x *de sanc. virg.* *laudanti eos, qui se castrauerunt, non propter hoc sæculum, sed propter regnum cælorum, Christianus contradicat, affirmans hoc præsenti vitæ esse vtile, non futuræ?*

y v. 15. τί ἀγαθὸν ποιήσω ἵνα ἔχω ζωὴν αἰώνιον.
z v. 17. εἰ θέλεις εἰσελθεῖν εἰς τὴν ζωὴν, τήρησον τὰς ἐντολάς.
a v. 21. εἰ θέλεις τέλειος εἶναι ὕπαγε πώλησόν σου τὰ ὑπάρχοντα, καὶ δὸς πτωχοῖς, καὶ ἕξεις θησαυρὸν ἐν οὐρανῷ.

Quintò ibid. y *Quid faciam vt saluus fiam*, respondet Dominus, z *si vis ad vitam ingredi, serua mandata*. hæc enim videlicet ad salutem sufficiunt. a Quod *si vis perfectus esse*: id est, si non es vita contentus æterna, sed aspiras ad excellentem gradum in ipsa vita æterna, *vade, vende omnia, & da pauperibus*. Quod cum Dominus sub præceptis non comprehenderit (& certè non posset esse, nisi charitatis præceptum, nimirũ vt diligamus proximum: hoc autem non requirit dare omnia proximis, sed satisfacimus præcepto, si partim demus, partim
b *libro de viduis* retineamus) propterea consilium erit sicut docent PP. b
vltra medium. Ambros. c Hieron. d August. e Chrysost. Cuius con-
c *contra Vigil.* silii obseruatori subiungit præmium Christus: *Et habe-*
d *ep. 89. q. 4.* *bis thesaurum in cælo.*

e *in hunc locum*
f *in hunc locum* Obiicitur primò, f Hieron. & Beda docent hunc iuuenem non voto discendi, sed animo tentandi ad Dominum accessisse. Quare nec credibile est Dominũ seriò, sed tantum ironicè voluisse respondere.

g *Matth. supr. Mar. 10. Luc. 18.*
h *& Matth. 22. v. 35.*
Contra 1. quia g tres Euangelistæ hanc historiam describunt, & nullus hunc reprehendit iuuenem. 2. quia Dominus cum eo lenissimè est locutus, cùm tentatores rudius excipere soleat. 3. quia intuitus eum dilexit, Dominus autem hypocritas non amat. 4. quia non abiisset ille iuuenis tristis, nisi seriò perfectionem desiderasset. At Hieron. fuisse in hunc locum memoria lapsum quod ratus fuerit hunc iuuenem eundem esse cum illo Pharisæo tentatore, h Marci 12. Nam hunc locum Marci allegat, cum tamen Marcus vnum ab alio distinguat. at q. 1. ad Hedibiam, & lib. contra Vigilantium aliter exponit Beda ad cap. 10. Marci mutat sententiam, ac docet falli huius posterioris sententiæ sect.

i *Calu. 4. Inst. 13 § 13. sententia.*
Secundò, i Dominus non potuit perfectionem constituere in vendendis omnibus rebus. 1. hoc enim nihil est

ſine charitate. 1. Cor. 13. & hic adoleſcens mentiebatur, cum diceret ſe omnia ſeruaſſe mandata. Ergo Christus cum illi reſpondit, noluit eum hortari ad vendendum omnia: ſed ſolum propoſito illi huiuſ. mandato, quod implere non poſſet, illum oſtendere mendacem.

Probatur poſterior pars anteced. primò, quia vnum ex mandatis eſt diligere Deum ex toto corde, & proinde paratum eſſe dimittere omnia propter Deum nec effici triſtem, ſi hoc præſtandum ſit. At iſte iuuenis audito Chriſto, triſtis effectus eſt. 2. Præcepto tenemur perfecti eſſe. Mat. 5. k *Eſtote perfecti.* At iſte iuuenis vt patet, non erat perfectus. *k v. vltimo.*

Ad primam anteced. partem, omnium deſertionem rerum dupliciter conſiderari, vno modo ſecundum ſe, altero, vt eſt actus imperatus à dilectione, priori non eſt perfectio, ſed inſtrumentum ad perfectionem. Et tunc verborum Domini ſenſus erit: *Si vis perfectus eſſe ſume hoc inſtrumentum*, quod erit tibi facillima via ad perfectionem: poſteriori, eſt perfectio, quia includit gradum charitatis eximium. Et tunc erit ſenſus: *Si vis perfectus eſſe, vende omnia*, & opus perfectionis egregie facies.

Ad 2. negatur, tum propter dicta contra primam obiectionem: tum quia cum ſubiunxiſſet Petrus: *Ecce nos reliquimus omnia, &c.* quaſi diceret, *Ecce nos fecimus quod ipſe iuuenis facere noluit, quid ergo dabis nobis?* Non reſpõd. Chriſt. ſe non ſeriò loquutum, ſed ſolùm, vt oſtenderet illum iuuenem mentitum: Quin dixit: *Amen dico vobis quod vos qui ſecuti eſtis me, &c.*

Ad 1. probat. reſp. qui diligit Deũ ex toto corde non teneri omnia facere quæ conſulit, ſed tantum quæ præcepit Deus. Non præcepit autẽ iuueni vt vẽdat omnia, ſed tãtũ ſub cõditione dixit, *Si vis perfectus eſſe vẽde*, &c.

Ad 2. duo eſſe perfectionis genera in hac vita, vnum omninò neceſſarium ad ſalutem, ſcilicet obſeruationem mandatorum Dei, & illud in præceptũ cadit. Aliud neceſſarium tantùm ad excellentiorem gradum gloriæ in regno cælorum, quod ſolùm ad conſilium ſpectat, de quo loquitur Dom. Mat. 19. quidquid ſit de illo Mat. 5.

Tertiò, idem eſt, *Si vis perfectus eſſe*, ac, *Si vis vt nihil tibi deſit ad conſequendam ſalutem*. Quæ autem ſunt

necessaria ad consequendam salutem non sunt consilia, sed præcepta. Probatur maior 1. quod ille sit perfectus cui nihil deest. 2. quia cum dixisset adolescens: *Quid adhuc mihi deest*: Respondit Christus: l *Vnum tibi deest, vade, vende*, &c. Negatur maior. Nam sequeretur omnes diuites damnari, nisi vendant omnia quæ habēt, & dent pauperibus. At vt obseruat *m* August. hoc *n* Apostolus non præcipit, sed solùm vt diuites moueantur non superbè sapere, nec sperare in incerto diuitiarum, &c.

l *Marci* 10. *v.* 21

m *ep.* 89. *q.* 4.

n 1. *Timoth.* 6. *v.* 17. 18. 19.

Ad 1. minoris probationem, perfectum esse cui nihil deest in suo genere, nihil autem ei deesse ad salutem necessarium absolutè, qui ritè obseruat mandata. ad 2. defuisse iuueni aliquid ad perfectionem posterioris generis, non autem prioris, acquirendam.

Quartò verba Domini Matth. 19. sunt intelligenda vt illa Matth. 5. o *Si quis te percusserit in vnam maxillam, præbe illi & alteram*. Hæc autem quamuis præceptum importent, non tamen nisi in præparatione animi. Ergo & consilia non nisi in animi preparatione sunt obseruanda.

o v. 39. ὅστις σε ῥαπίσει ἐπὶ τὴν δεξιάν σου σιαγόνα, στρέψον αὐτῷ καὶ τὴν ἄλλην.

Negatur maior, 1. quia exempla Domini & Sanctorum sunt optima commentaria scripturarum. At Dominus percussus in maxillam non præbuit alteram, sed percutienti dixit: p *Quid me cædis*. Et Apostol. q *percutiet te Deus* (inquit ad Pontific.) *paries dealbate*. vnde intelligimus cum dixit Dominus *præbe illi & alteram*. intelligi in præparatione animi. Consilium autem de relinquendis omnibus rebus reipsa impleuit. Luc. r 9. & Apostoli Matth. s 19. 2. illud præceptum de altera maxilla præbenda, nequit regulariter obseruari, sine damno proximi, & offensa Dei, potest autem sine his Consilium de relinquendis omnibus, & proinde paria non sunt.

p *Ioan.* 18. *v.* 23.

q *cap.* 23. *vers.* 3. Τύπτειν σε μέλλει ὁ Θεός.

r *v.* 58.

s *v.* 27.

Quintò, t Consilium illud non est datum nisi illi iuueni, cum eo enim solo loquebatur Christus.

Contra 1. non dixit ea Christus adolescenti quomodocumque, sed, si vellet esse perfectus. Ergo spectat ad omnes, qui perfectionem assequi volunt. 2. quod Christus dixit u alicui vt Principi, accipiuntur dicta vt Prin-

t *ita Osiander apud Alphonsum Virnesium Philippica* 20.

u *vt Ioan.* 21. *v.* 17. *Pasce oues meas.*

cipibus omnibus. Ergo quod vni priuato, omnibus priuatis competunt. 3. quia Apostoli sibi quoque hæc dici crediderunt dicentes, *Ecce nos reliquimus*, hoc Dom. probauit: x *Amen dico vobis* (inquiens) 4. simillimæ sententiæ sunt ab eodem, eidemque dictę: *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata, & si vis perfectus esse*, &c, illa autem omnibus dicuntur, hæc etiam ergo.

x *Ma.* 19. v. 28

Sextò, probantur consilia, ex primo Corinth. 7. y *Bonum est homini non tangere mulierem.* z *Bonum est homini sic esse.* a *Solutus es ab uxore? noli quærere uxorem.* b *Dico autem innuptis, & viduis bonum est si sic permanserint, sicut & ego,* id est, *continentes, vt exponunt* c *veteres.* d *De virginibus præceptum domini non habeo, consilium autem do tanquam misericordiam consecutus à Domino vt sim fidelis.* e *Qui matrimonio iungit virginem suam, bene facit: & qui non iungit melius facit*, &c. Respondent f 1. his locis potius dissuaderi continentiam. Nam postquam dixerat: *Bonum est homini mulierem non tangere*, subiunxit: *propter fornicationem autem*, &c. quasi diceret, hortarer ad continentiam: tamen periculum fornicandi non me sinit hoc facere. sicut qui diceret, *Bonum esset non comedere, sed quia nequit sine miraculo fieri, propterea vnusquisque comedat.*

y v. 1. καλὸν ἀνθρώπῳ γυναικὸς μὴ ἅπτεσθαι.

z v. 26. καλὸν ἀνθρώπῳ τὸ οὕτως εἶναι.

a v. 27. λέλυσαι ἀπὸ γυναικός, μὴ ζήτει γυναῖκα.

b v. 8. λέγω δὲ τοῖς ἀγάμοις καὶ ταῖς χήραις, καλὸν αὐτοῖς ἐστιν ἐὰν μείνωσιν ὡς κἀγώ.

c *in hunc locum*

d *v.* 25.

e v. 38. ὁ ἐκγαμίζων καλῶς ποιεῖ. ὁ δὲ μὴ ἐκγαμίζων κρεῖσσον ποιεῖ.

Contra 1. quia non ait Paulus, *Consilium dare vellem*, sed, *do*, neque *bonum esse*, sed *bonum est*. 2. quia ineptissimè laudaret quod impossibile foret: nonne ridicule dixisset. *Bonum est non comedere, si cares cibo noli quærere cibum.* 3. quia PP. illa de Consilio exponunt. g Chrysost. h Ambros. i August. *Hoc malo* (inquit) *exhortatur advirginitatem, continentiamque perpetuam, vt aliquantulum à nuptiis etiam deterreat.* Ad rationem responsionis dico. 1. si propter periculum fornicandi esset nubendum, omnes nullo excepto, nubere deberēt: nullus est enim qui ab hoc sit tutus omnino periculo. Et tamen Lutherus excipit à nuptiis, eos qui donum continentiæ habent. 2. solùm monere Apostolum, vt quicumque vxorem duxit, eam retineat, & quicumque se fornicaturum sentit, vxorem potius ducat.

f *Luther. in Epithal.*

g *in hunc locum*

h *libr. de viduis, Hier. in Iouinianum.*

i *libro de sancta virginitate. cap.* 16.

l *v.* 18.

Respondent 2. l Dominum dixisse Genes. 2. k *Non est bonum hominem esse solum.* Et quia non debet Paulus pugnare cum Deo, loqui solùm Apostolum, de iis qui cer-

k *Petrus Martyr in hunc Pauli locum.*

ti ſunt ſe donum continentiæ habere, Deum verò de iis omnibus qui hoc dono carent.

Refellitur 1. quia cùm Deus hoc dixit nulli erant qui hoc dono carerent: dicta ſunt enim antequam Adam peccaret, & proinde cum donum continentiæ haberet. Quare non ſpectant ad eos qui hoc dono carent. 2. quia etſi non omnes habent hoc donum Dei, tamen poſſunt habere, ſi à Deo petãt, ſicut nõ omnes habent donũ cõiugalis continentiæ. Neque tamen dicent aduerſarij licere non habentibus fornicari, ſed debere petere à Deo qui dabit. 3. Deum loqui de bono ſpeciei, pro tempore quo mundus vacuus erat, de bono item quod ad vitam temporalem refertur. Paulum verò, de bono indiuidui, pro tempore quo mundus eſt plenus: & pro bono ad vitam relato æternam.

Reſpondent 3. ſolùm laudare Paulum continentiam, non tanquam Deo gratam, & meritoriam, ſed tanquam vtilem in hac præſenti vita, tùm *m* quod careat curis, & afflictionibus matrimonij, tũ *n* quod reddat expeditiores ad orandum, prædicandum, &c. Primò quia hoc ſignificat Paulus cum ait, o *Arbitror bonum eſſe propter præſentem neceßitatem*. Secundò cum ait, p *Tribulationes tamen carnis habebunt huiuſmodi*.

Contra, præter has vtilitates, Continentia valet ad placendum Deo, & præmia promerenda æterna. Primò quia id Paulus docet: q *Mulier innupta* (inquit) *& virgo cogitat quæ Dei ſunt, quomodo placeat Deo, vt ſit ſancta corpore, & ſpiritu*. Sanctitati autem quid reſpondet in alia vita, niſi præmium æternum? Secundò, ex PP. r Aug. *Mirabiliter deſipiunt, qui putant huius continentiæ bonum non eſſe neceſſarium, propter regnum cœlorum, ſed propter præſens ſæculum, quod ſcilicet coniugia terrenis curis pluribus, atque arctioribus diſtenduntur, qua moleſtia virgines, & continentes carent*. ſ Hieron. *Illa virginitas, hoſtia Chriſti eſt, cuius nec mentem cogitatio, nec carnem libido maculauit*. Ad 1. probationem, verba Pauli non ſignificare propter præſentes moleſtias fugiendas, ſed propter temporis breuitatem, quia Dominus prope eſt, & dies illi propinqui, de quibus dicitur: t *Væ prægnantibus*, &c. ita enim explicat Paulus cum ait: u *Tempus breue eſt*. v *Præterit figura huius*

m *ita Luther. in epithalamio.*
n *Melancht. in locis cap. de caſt.*
o v. 26. νομίζω τοῦτο καλὸν ὑπάρχειν διὰ τὴν ἐνεστῶσαν ἀνάγκην
p v. 28. θλῖψιν δὲ τῇ σαρκὶ ἕξουσιν οἱ τοιοῦτοι.
q v. 34. ἡ γυνὴ καὶ ἡ παρθένος ἡ ἄγαμος μεριμνᾷ τὰ τοῦ κυρίου ἵνα ᾖ ἁγία καὶ σώματι, καὶ πνεύματι.
r *ſup. cap. 13.*
ſ *1. in Ioannem.*
t *Matth. 24. v. 19.*
u v. 29. ὁ καιρὸς συνεσταλμένος.
x v. 31. παράγει τὸ σχῆμα τοῦ κόσμου τούτου.

mundi. & Hieron. ep. ad Eustoch. de virgin. Ad 2. intelligi quidem illa de afflictione temporali coniugatorum non tamen sequitur propter hanc solam vtilitatem esse continentiam sectandam. Solùm enim vult Paul. ostẽdere, vt obseruat *y* Hieron. continentes esse etiã quoad carnalia feliciores coniugatis: ac proinde continentiam quoquo modo esse matrimonio meliorem.

y in Iouinianum

Septimò, z *Melius est mihi* (inquit Paul.) *mori, quã vt gloriam meam quis euacuet.* a *Nam etsi Euangelizauero, non est mihi gloria: necessitas enim mihi incumbit. Væ enim mihi si non Euangelizauero.* b *Quæ est ergo merces mea? vt Euangelium prædicans sine sumptu ponam Euangelium.* quibus verbis ostendit se plus fecisse, quam sibi præceptum esset, & propterea apud Deum meruisse singularem gloriam.

z 1. Cor. 9. v. 15. καλὸν γὰρ μοι μᾶλλον ἀποθανεῖν, ἢ τὸ καύχημά μου ἵνα τὶς κενώσῃ.

a v. 16. ἐὰν γὰρ εὐαγγελίζωμαι, οὐκ ἔστι μοι καύχημα· ἀνάγκη γὰρ μοι ἐπίκειται· οὐαὶ δέ μοι ἐστὶν, ἐὰν μὴ εὐαγγελίζωμαι.

b v. 18. τίς οὖν μοι ἐστὶν ὁ μισθός, ἵνα εὐαγγελιζόμενος ἀδάπανον θήσω τὸ εὐαγγέλιον τοῦ χριστοῦ.

Respondent, *c* loqui tantum Paulum de opere debito coram Deo, quamuis non secundum iudicium hominum, & ideo nomine gloriæ, intelligi solum quandam coram hominibus gloriationem. Primo quia pro opere supererogationis nemo debet subire mortem. At, *melius est mihi* (inquit Paul.) *mori, quam vt gloriam* &c. Secundò quia Paulus desperat de mercede si illud opus non faciat. *Si* (inquit) *Euangelizauero, non est mihi gloria,* id est, si prædicauero accipiendo sumptus à populo, nihil lucrabor, *Quæ est ergo merces mea? vt Euangel.* &c. At tantum pro opere debito non facto, desperandum est de mercede. Tertiò, quia grauiter peccasset Paulus accipiendo sumptus à populo: abusus enim fuisset sua potestate & offendiculum Euangelio posuisset, vt patet cum ait: d *vt non abutar mea potestate, &c. v.* 18.

c Martyr in hũc locum.

d τὸ μὴ καταχρήσασθαι τῇ ἐξουσίᾳ μου ἐν τῷ εὐαγγελίῳ.

Contra 1. partem responsionis, primo Apost. illo toto capite probare intendit, sibi licuisse viuere ex sumptibus populi, exemplo, tùm Apostol. aliorum, tùm militũ, pastorum, agricolarum: Item ex lege Mosis, ordinatione Christi, & ex ipsa natura. Quod ergo non sumeret sumptus præceptum non fuit. Secund. quia *p* Chrysost. Ambr. *q* Aug. id de opere supererogationis intelligunt.

p in hunc locum

q de opere Monach. cap. 5.

Contra 2. part. est 1. *r* August. qui de gloria æterna intelligit. 2. quia falso gloriaretur Paulus. 3. quis credat Paulum gloriam suam posuisse in ore hominum? 4. quod Paulus vocat gloriam, infra mercedem appellat.

r supra cap. 10.

At non expectabat ab hominibus mercedem.

Ad 1. prob. maiorem distinguo. Si sensus sit nemo teneri regulariter propter opus supererog. mori admittitur. Si, non licere mori: negatur, Quot enim virgines maluerunt mori, quam nubere?

Ad secund. probationem desperare Paulum de mercede, non quidem debita operi necessario, sed operi supererogationis, vt *f* Chrysost. exponit.

Ad tertiam negatur. Ad rationem: verbum *Abutor*, Græcè καταχράομαι tria significare. 1. vti re aliqua contra eius institutionem. 2. præter institutionem. Ita Paulinus ep. 11. *t* ad Seuerum, vnde figura κατάχρησις. 3. vti simpliciter ita Plato ep. 8. Paulus in secunda significatione hoc verbum accepit, est enim ac si diceret *ne quantum possim vtar potestate mea, id est vehementer.*

Offendiculum vero non significat scandalum, sed interruptionem. *u* ἐγκοπὴν in Græco: metuebat siquidem Paulus ne auaritiores, timore alendi concionatores, retardarentur ab Euangelio, verùm sine culpa Pauli, primò, quia in cæteris Apostolis id contingere poterat, qui nihilominus accipiebant sumptus à populo nec est verisimile eos hac in re peccasse. 2. quia nulli iniuriam fecisset Paulus, suo iure vtendo.

Nonò *y* Apoc. 14. *Nemo poterat dicere Canticum, nisi illa centum quadraginta quatuor millia: hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati, virgines enim sunt, & sequuntur agnum quocumque ierit.*

Respondent *z* id intelligi de non coinquinatis idololatria, quæ est meretrix magna.

Contra 1. Ioan. indicat paucos fuisse huiusmodi coinquinatos: quid sunt enim 44. millia si cum turba sanctorum aliorum comparentur? At nō coinquinati idololatria sunt innumeri penè. 2. non dixisset Ioannes, *cum mulieribus*, sed, *cum muliere*. 3. de veris virginibus exponunt *a* Primas. Beda, Oecumen. Anse. Gregor. 3. p. pastorali cap. 29. & seqq.

f in hunc locum.

t Prompto filii Imperatoris assensu mater Augusta patefactis ad opera sancta Thesauris toto abusa fisco est.

u v. 12. πάντα στέγομεν, ἵνα μὴ ἐγκοπήν τινα δῶμεν τῷ εὐαγγελίῳ. *Omnia sustinemus, ne remorationem aliquam demus Euangel.*

y v. 3. οὐδεὶς ἐδύνατο μαθεῖν τὴν ᾠδὴν, εἰ μὴ αἱ ἑκατὸν τεσσαράκοντα τέσσαρες χιλιάδες, οἱ ἠγορασμένοι ἀπὸ τῆς γῆς. empti de terra. v. 4. οὗτοί εἰσιν οἳ μετὰ γυναικῶν οὐκ ἐμολύνθησαν, παρθένοι γάρ εἰσιν. οὗτοί εἰσιν οἱ ἀκολουθοῦντες τῷ ἀρνίῳ ὅπου γὰρ ἂν ὑπάγῃ.

z *Magdeburg. cent. 1. lib. 2. c. 4. col. 54.*

a *in hunc locum.*

Idem asseritur Exemplis, Et ex PP. Cap. x. & xi.

EXempl. *a* initio nascentis Ecclesiæ plurimi venditis omnibus communem, & cœlibem ducebant vitam. *b* Actor.2. Item *c* 21. quo tanquam aliquid eximium narratur, Philippum habuisse quatuor filias virgines. At quid magnum, si aliquando nupturæ fuissent? Hoc autem non fuerat in vsu ante Christum, nec vllibi præceptum. Ergo id faciebant, quod ita consuluisset Christus.

d PP. Græci, & *e* Orig. *Ea quæ supra debitum facimus, non facimus ex præceptis. Verbi causa, Virginitas non ex debito soluitur, neque enim per præceptū expetitur, sed supra debitum offertur.* *f* Euseb. *In Ecclesia Dei duo modi viuendi instituti sunt. Alter quidem naturam nostram, & communem hominum vitæ rationem excedens, non nuptias, non sobolem, non substantiam, non opum facultatem requirens, prorsus à communi & consueta cunctorum hominum vita abhorrens, & soli diuino cultui, ex immenso rerum cælestium amore addictus, &c. Et talis quidem existit in Christianismo perfectæ vitę modus. Alter vero remißior, atque humanior, hic & modesto coniugio, &c.* Vtrumque autem Christum instituisse docet initio capitis. *g* Basilius, *Voluit Dominus non præceptum esse ipsum virginitatis rectè factum, sed insigne animæ, virtutis studiosæ, ex propria ac libera potestate, id quod supra mandatum, & supra naturam est à seipsa perpetrantis.* Nazianz. *h* orat. 1. in Iulian. Epiph. hæres. 48. *i* Chrysost. *Nequaquam Dominum incuses, non mandat impoßibilia, multi & ipsa superant mandata.*

Latini, Cyprian. *k* *Neque hos iubet Dominus, sed hortatur, neque iugum neceßitatis imponit, quando manet volun-*

a Cap. 10.
b *v.*34 *ad finem*
c *v.*9. *Euseb.*3.*c.* 25. *apud Ruff.* 31. *Refert ex Polycrate has filias Philippi in senectute virgines occubuisse. Philo lib. de vita contemplatiua testatur suo tempore plurimos cœlibam duxisse vitam. Iustinus Apolog.*2. *ante medium, ait apud nullam gentem ita coli cœlibatum, ac apud Christianos. idē Tertull. in Apol. cap.*9.
d *Cap.* 11.
e *in* 15. *ad Rom.*
f 1. *demonstr.* 8.
g *libro de virg. vltra medium.*
h In legibus nostris alia parendi necessitatem imponunt, nec sine periculo permitti possunt alia non necessitate sed in electione & voluntate posita sunt, &c. *i homil.* 8. *de pœnitentia.*
k de habitu virginum prope finem.

l sed cum habitationes multas apud Patrẽ suũ esse dicat, melioris habitaculi hospitia demonstrat. Habitacula ista meliora vos petitis, carnis desideria castrantes maioris gratiæ præmium in cælestibus obtinetis.

tatis arbitrium liberum. l & m Ambrosius. *Qui præceptum impleuerunt dicere possunt serui inutiles sumus, quod debuimus facere, fecimus. Hoc virgo non dicit, non dicit ille, qui bona sua vendidit.* o Hieron. *Proponit Agonothetis, &c. plus amat virgines Christus quia sponte tribuunt, quod sibi non fuerat imperatum: maiorisque gratiæ est offerre, quod non debeas, quam reddere quod exigaris.* p Aug. *Quæcumq. mandat Deus, ex quibus vnum est, Non mœchaberis, & quæcumque non iubentur, sed speciali consilio monentur, ex quibus vnũ est. Bonum est homini mulierem non tangere, tunc recte fiunt, cum referuntur ad diligendum Deum, & proximum, & in hoc sæculo, & in futuro.* q Gregor. *Electi nonnumquam plus student agere, quam eis dignatus est Dominus iubere* r *&c. Vt videlicet plus impendant obsequio, quam acceperunt præcepto.*

m *Libro de viduis vltra medium.* o 1. *in Iouinianum.* p *in enchiridio ca.* 121. *& serm.* 18. *de verbis Apostoli.* Ambierunt virgines illam maiorem pulchritudinem cordis sui, tanquam dicerent, quid iubes ne adulteræ simus? hoc præcipis, amando te plus facimus quam præcipis. q 15. *Moral.* 5. r Carnis enim virginitas nequaquam iussa est, sed tantùm laudata. nam si illa iuberetur nimirum coniugium, iam culpa crederetur, & tamen multi virtute virginitatis pollent.

Ratione probatur.

CAP. XII.



N qualibet re naturali duplex solet esse perfectio. Vna necessaria ad esse, altera ad benè esse. Homo si habeat animam, & corpus, perfectus est in natura, & ad esse. si verò formosus, vel probus, aliam quandam habet perfectionem naturæ ornatum,

In qualibet republica, vltra præmia, & pœnas, transgredientibus, & obseruantibus leges, sunt præmia heroicis actibus decreta. Pari ergo ratione decet Christianum hominem duplicem habere perfectionem: & in Christiana Republica, præter communia præmia, esse præstantiora quædam heroicis dicata gestis.

Soluuntur [a] *obiectiones.*

a *Apud Petrum martyrem in.* 1. *Corinth.* 9.

CAP. XIII.



Rima, *b facilius est camelum per foramen acus transire, quam diuitem intrare in Regnum cælorum:* Illud est impossibile. Igitur & hoc, nisi Deo: nimirum quatenus docet vendere omnia, & dare pauperibus. At ea sine quibus non patet ingressus in regnum cœlorum cadunt in præcepta. Igitur & vendere omnia.

b *Math.* 19. *v.* 24. εὐκοπώτερόν ἐστι κάμηλον διὰ τρυπήματος ῥαφίδος διελθεῖν, ἢ πλούσιον εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ εἰσελθεῖν.

Respondeo, vtrumque esse possibile Deo, & manente camelo, camelo, & diuite, diuite. aliàs si solum esset Deo possibile, quia redigi potest camelus ad subtilitatem setæ, & diues fieri pauper, id non solum Deo sed etiam hominibus possibile foret.

Secunda, Nisi *c* quis renunciauerit omnibus quæ possidet non potest meus esse discipulus. Tenemur autem fieri discipuli Christi.

c πᾶς ἐξ ὑμῶν ὃς οὐκ ἀποτάσσεται πᾶσι τοῖς ἑαυτοῦ ὑπάρχουσιν, οὐ δύναταί μου εἶναι μαθητής. *Luc.* 14. *v.* 33.

Resp. renunciandum esse omnibus in animi præparatione. Nam inter ea quæ Dominus renuncianda esse dicit, numerat vxorem, & propriam animam: quibus, non nisi in eo casu, est renunciandum.

Tertia, *d* Dominus iubet se diligi ex toto corde, ex tota anima, & ex omnibus viribus. Quid ergo superest quod erogemus?

d *Deuter.* 6. *v.* 5. *Math.* 22. *v.* 37. *Marci.* 12. *v.* 30. *Luc.* 10. *v.* 27.

Respond. his non præcipi, vt Deum secundum omnes gradus charitatis possib. diligamus, solùm vt Deum præcipuo diligamus amore eique nihil anteponamus,

aut æquemus: (quod plus & minus contingere poteſt. Qui enim abſtinet ſe propter Deum à licitis, magis diligit quam qui ab illicitis ſolùm abſtinet. Et tamen vterque diligit ex toto corde.) Nam paſſim in ſcripturis illa vox *Totum*, vel, *omnis*, ita accipitur. Math. 2. *e Turbatus eſt Herodes, & omnis Hieroſoly. cum illo.* Ideſt magna pars habitantium Hieruſalem. 2. Reg. 15. v. 13. *Toto corde vniuerſus Iſrael ſequitur Abſalom.* Geneſ. 31. v. 6. *ſcitis quod totis viribus ſeruierim patri veſtro*, cùm tamen multa alia eodem tempore feciſſet Iacob. Cor autem anima, virtus, vires, pro vno & eodem accipiuntur. 1. quia Math. Marc. & Lucas referunt præceptum hoc dilectionis, ex Deuter. 6. & tamen non *f* conueniunt omnes in numero, & ordine harum vocum. 2. *g* Dauid dicitur ſequutus Dominum in toto corde ſuo, *h* Ioſias ſequutus in toto corde, tota anima, & tota virtute: nec tamen quis præponeret Ioſiam Dauidi. 3. Moſes *i* requirit vt Deus quæratur in toto corde, & tota animæ tribulatione. At Samuel, *k* vt quæratur in toto corde. Quare ſenſus horum verborum eſt, *diligendum eſſe Deum ſincere.*

Quarta, *l* Auguſtin. *m* Bernard. & D. *n* Thomas docent præceptum dilectionis impleri nõ poſſe. Quomodo ergo ſupra pręceptum illud aliqua ſupererogari poterunt?

Reſpond. Primò, hos etiam *o* PP. docere, non facere præuaricatorem, ſi non impleatur. Nam etſi ratione finis (quem iuxta eos, iudicat ex ſe hoc præceptum) nequeat impleri, & ei nihil addi poſſit: ratione tamen medii impleri, & ei addi poſſe. Reſpond. ſecundò verius eſſe hoc præceptum quantum eſt ex ſe ſimpliciter impleri poſſe in hac vita.

I. quia ſcriptura Deuteronom. *p* 10. Lucæ. *q* 10.

e *V.* 3. ἀκούσας δὲ ἡρώδης ὁ βασιλεὺς, ἐταράχθη, καὶ πᾶσα ἱεροσόλυμα μετ' αὐτοῦ.

f *Moſes dixerat.* Diliges ex toto corde, ex tota anima, & ex tota fortitudine tua. *Math. dixit* ex toto corde, in tota anima, & in tota mente tua *Marc. addidit.* Ex tota virtute tua. *Lucas*: Ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente tua.

g 3. *Reg.* 14. *v.* 8. h 4. *Reg.* 23. *v.* 25. i *Deuteron.* 4. *v.* 29. k 1. *Reg.* 7. *v.* 3. l *Lib. de ſpiritu, & litera cap. vltimo.* m *Serm.* 50. *in Cantica* n 2 2. *q.* 44. *ar.* 6. o *Aug. d. ſupr.* Neque enim ſi eſſe nondum poteſt tanta dilectio Dei quanta illi cognitioni plenæ, perfectæque debetur, iam culpæ deputandum eſt. *Bernard. ſupr.* Mandando impoſſibilia non præuaricatores homines fecit, ſed humiles. p *V.* 12. & *cap.* 13. *v.* 3. q *V.* 17 & 28.

præceptum hoc, vt quod obseruari queat proponit. 2. Deus *r* promisit se facturum, vt in nouo Testamento diligatur in toto corde, tota anima &c. Deus autem non mentitur. 3. multi hoc mandatum impleuerant vt Dauid. *ſ* 4. quia *t* PP. docent nihil impossibile fuisse nobis imperatum à Deo. *u* Aug. *Quomodo* (inquit) *est graue cum sit dilectionis mandatum.* x *Neque enim imperaret hoc Deus vt faceremus, si impossibile iudicaret, vt ab homine fieret.* Et Bernard. serm. 50. in Cantica in hanc sententiam inclinat.

Quinta, *y Quam angusta porta est, & arcta via, quæ ducit ad vitam, & pauci sunt, qui inueniunt eam.*

Resp. legem Domini difficilem esse ex natura sua, quia est difficile virtutis medium attingere: & difficiliorem ex naturæ nostræ corruptione: sed facilem habenti gratiam, quæ naturam sanat, inclinat & dirigit ad bonum, vnde (inquit Christus) *Iugum z meum suaue est, & onus meum leue.* Item *mandata* a *eius grauia non sunt.*

Sexta, In opere nostro semper aliquid deest. Ergo nusquam implemus legem. Probatur antecedens. 1. quia Paulus *b* ait se mente seruire legi Dei, carne autem legi peccati. 2. *c* Iob verebatur omnia opera sua. 3. Isaias *d* vocat pannum menstruatæ omnes iustitias nostras. 4. Dauid *e* clamat: *ne intres in iudicium cum seruo tuo Domine, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens.*

Negatur antecedens. 1. quia alioquin delusisset dominus iuuenem illum cui dixit: *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.* idem enim est ac si dixisset: *si vis in cælum ascendere fac tibi*, remigium alarum. 2. quia sequeretur hominem numquam peccare: nec enim peccat, qui non facit quod non potest. 3. Deus esset iniquior Tyranno, quippe qui peteret, quod nemo soluere posset.

Ad 1. probation. Resp. loqui Paulum de motibus concupiscentiæ inuoluntariis, qui non peccata, sed pœnæ sunt. Ad. 2. illum vereri, siue metuere, qui videt malum quod vitare potest, si enim non posset, desperaret. Si ergo Iob verebatur opera sua, certè malum quod eis immisceri poterat, vitare *f* poterat. Ad 3. loqui

r *Deute.* 30. *v.* 6. *Hierem.* 24. *v.* 7.
ſ 3. *Regum.* 14. *v.* 8. *Iosias.* 4. *Reg.* 23. *v.* 25.
t *Origen. homil.* 9. *in Iosue. Hilarius in illud.* Latum mandatum tuum &c. *Hierony.* 3. *contra Pelagianos.*
u *libro de natura, & gratia cap.* 96.
x *In Psal* 59.
y *Math.* 7. *v.* 14. τί στενὴ ἡ πύλη καὶ τεθλιμμένη ἡ ὁδὸς ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ζωήν, καὶ ὀλίγοι εἰσὶν οἱ εὑρίσκοντες αὐτήν.
z *Math.* 11. *v.* 30 ὁ ζυγός μου χρηστὸς καὶ τὸ φορτίον μου ἐλαφρόν ἐστιν.
a 1. *Ioan.* 5. *v.* 3.
b *Romanor.* 7. *v.* 25.
c *Iob.* 9. *v.* 28.
d 64. *v.* 6.
e *Psal.* 142. *v.* 2.
f *Et proinde hoc non impediebat quin legem impleret.*

Isaiam in persona grauissimorum peccatorum, qui si quæ bona opera moralia faciunt, ea multis criminibus inquinant. Ad 4. resp. 1. nullum hominem iustificari coram Deo ratione venialium peccatorum, quæ tamen charitatem non aufferunt. 2. non posse iustificari comparatum Deo, cuius tanta perfectio est, vt illius intuitu, Angeli etiam videantur immundi.

g *Luc.17.v.10.* ὅταν ποιήσητε πάντα τὰ διαταχθέντα ὑμῖν λέγεται ὅτι δοῦλοι ἀχρεῖοι ἐσμὲν ὅτι ὃ ὠφείλομεν ποιῆσαι, πεποιήκαμεν.

Septima, *g Cum feceritis hæc omnia, dicite, serui inutiles sumus quæ debuimus facere, fecimus.* Nam seruus quidquid est, Dom. est & quidquid facit domino acquirit.

Respond. non esse in textu, *cùm feceritis hæc omnia,* simpliciter, sed *quæ præcepta sunt vobis.* Ad probationem, nihilominus posse seruum quædam facere ad quæ non tenetur, quamuis si faciat, Domino acquirat.

Octaua, iubemur quotidie dicere: *Dimitte nobis debita nostra.* Ergo numquam facimus, quantum debemus. Respon. hoc quotidie dicendum propter venialia peccata.

h *Matth.17.*

Nona, dubitantibus *h* Apostolis de salute, cum dicerent. *Quis poterit* saluus esse: non respondit Dominus, *quinimo etiam supererogare potestis*, sed, *quod impossib. est hominib &c* Respond. apud homines impossibile esse, & saluari, & opera supererogationis facere: apud Deum vtrumque possibile esse.

i *Vers. 10.*

Decima, *Maledictus qui facit opus Dei negligenter* Hierem. *i* 48. Nemo autem est, cui non subrepat aliqua negligentia. Ergo nemo satisfacit debito suo erga Deum.

Resp. in Hebræo haberi. ארור: עשה מלאכת יהוה רמיה *arur gōsĕh melĕchĕth Iehŏua remiiah Maledictus faciens opus Dei fraude, siue fraudulenter.* Vnde constat loqui Hierem. de negligentia graui.

k *Ioan.13.v.34.* ἐντολὴν καινὴν δίδωμι ὑμῖν, ἵνα ἀγαπᾶτε ἀλλήλους. καθὼς ἠγάπησα ὑμᾶς.

l *1.Ioan.3.v.16. & 17.*

m *V.13.*

Vndecima: *k Hoc est præceptum meum vt diligatis inuicem sicut dilexi vos.* At Christus sic nos dilexit, vt pro nobis sit mortuus. Ergo *l* & debemus pro fratrib. animas ponere. hæc autem est summa Charitas Ioan. *m* 15. Ergo nullus remanet consiliis locus Ad primam conclus. verã esse cum id exigit necessitas salutis proximi. Si igitur id faciamus, cum huius. non exigit necessitas, opus supererogationis faciemus.

Duodecima. Quidquid boni habemus, accipimus à Deo. Ergo sunt omnia nostra ei debita.

Ad conseq. esse debita si exigat, non esse si non exigat: non exigit autem quidquid possumus, sed tantùm quod præcepit.

Decimatertia. *n Quod reliquum est fratres, quæcumque sunt vera, quæcumque honesta, quæcunque iusta, quæcumque pura, quæcumque accommoda, quæcumque boni nominis, si qua virtus, & si qua laus hæc cogitate quæ & didicistis. &c.*

n *Philipp.* 4. τὸ λοιπὸν ἀδελφοὶ ὅσα ἐστὶν ἀληθῆ, ὅσα σεμνὰ, ὅσα δίκαια, ὅσα ἁγνὰ, ὅσα προσφιλῆ ὅσα εὔφημα εἴ τις ἀρετὴ, καὶ εἴ τις ἔπαινος ταῦτα λογίζεσθε.

Respond. hæc esse negatiuè accipienda, vt sensus sit, Nihil cogitetis, neque agatis nisi quod iustum, quod verum &c. & hoc modo multa possunt superaddi affirmatiua. Alioquin si iuberet Paulus affirmatiuè: deberemus etiam Mathematicas demonstrationes cogitare quæ verissimæ sunt. Et quis potest cogitare omnia quæcumque vera sunt?

Decima 4. vel potes aliquid facere vltra legem, vel non, si prius, ergo teneris: quia lex requirit omnes vires tuas: si non, conuenimus. Resp. legem solùm requirere obseruantiam præceptorum: non autem omnes nostras vires.

Decimaquinta, dicere nos facere plusquam teneamur superbia non caret, fitque Christo iniuria, qui frustra diceretur mortuus.

Respond. hanc superbiam non timuisse virgines quæ apud *o* Aug. dicunt *Amando te plus facimus quam præcipis.* Neque PP. citatos. Hinc autem nulla fit iniuria Christo, quia non asserimus posse suis viribus ea præstare, sed tantum gratia Christi.

o *Serm.* 18. *de verbis Apostol.*

Decimasexta. Nolle Deum amare, si plus possimus est grauissimum peccatum. 1. quia est negare Deum esse summum bonum. 2. est abuti Dei dono. 3. quia est ingratitudinis peccatum. non enim paria Deo referre valemus. Ergo nihil superaddere possumus. 4. qui talentũ *p* abscondit, punitus est à Deo. Ad anteced. verum esse 1. si fiat ex contemptu. 2. si ex superbia. 3. si ex pigritia, quod nolis amplius proficere. hoc enim repugnat statui viatoris. 4. si necessitas exigat plus Deum amaturũ falsum autem si ideò tãtùm nolis plus diligere, quod ad altiorem gradum ascendere non velis, etsi intendas

p *Mathæi* 25.

proficere quoad conditionem, & gradum tuum. Ad 1. probat. negatur:quia ille Deum agnoſcit ſummum bonum,qui eum ſuper omnia diligit, quod præſtatur ſi ei nihil anteponatur, aut æquetur: quamuis non tam ardenter ametur, quantum poſſet:alias ſemper peccaremus, quis enim amat Deum intenſiſſima affectione ſibi poſſibili?

Ad 2. illum abuti dono Dei,qui eo non vtitur,quando eſt neceſſarium:non abuti, qui paratus eſt vti cum neceſſitas poſtulat. Ad 3. nullam eſſe ingratitudinem præſto eſſe ad parendum Deo cum iuſſerit, & reddere de facto quod exigit. Superbiam eſſe præſcribere Deo legem, id eſt facere præceptum à ſe inſtitutum, quod ipſe non inſtituit tale. Ad 4. hunc fuiſſe punitum, quia præceptum negotiandi habebat.

Explicatur nomen, & definitio voti.

Cap. XIIII.



Omen voti apud latinos ambiguum eſt. Significat enim promiſſionem, orationem, & deſiderium: Græcis votum εὐχή, Hebræis כרה *nĕdĕr* oratio προσευχή Hebræis תפלה *thephillah*, eſt; votum autem eſt, *Religioſa promiſſio alicuius excellentioris boni, Deo facta, libera voluntate.*

Dicitur *Promiſſio*: quia votum eſt quaſi contractus inter Deum, & hominem: includit enim obligationem vnius ad alterum, non ſolùm ratione veritatis, qua tenetur qui vouit verum facere, quod dixit, ſed etiam ratione fidelitatis, qua tenetur alteri fidem datam ſeruare. Quæ obligatio nequit naſci ex ſolo propoſito aliquid faciendi.

Religioſa, vt intelligamus formaliter, & quoad internum actum votum eſſe virtutis Religionis actū: quamuis materialiter, & exteriori actu, alterius virtutis eſſe poſſit.

Excellentioris boni: vt determinetur materia voti. Nec enim voueri poteſt, niſi quod melius eſt facere, quam omittere.

Deo facta: qua ratione differt votum a iuramẽto: illud enim fit ſoli Deo & ſanctis vt excellentiſſimo modo Dei naturam participant. Hoc autem hominibus per Deum.

Libera voluntate, vt diſtinguatur votum à lege communi, hæc enim etiam inuitos ligat: illud, non niſi volentem.

PRIMA PROPOSITIO de voto.

Omne quod fit ex voto eſt cultus Dei, etſi alioquin non ſit a Deo præceptum.

CAP. XV. ET XVI.



Vther *a* & *b* Caluinus *c* docent tria de voto primò vota ad colendum Deum, non niſi ex rebus præceptis fieri poſſe proinde vnum eſſe fidelibus cõmune votum promiſſionem in baptiſmo.

a *cap. 1.*
b *de votis monaſticis.*
c 4. *Inſtit.* 13.

Secundò, fieri poſſe de rebus non præceptis, ſed tantùm ad expeditius huius peragenda vitæ negotia, aut vitanda peccata, & ſimilia, dũmodo non referantur ad colendum Deum, vel peccatis ſatiſfaciendum.

Tertiò, vota monachorum impia, & irrita eſſe, quod fiant cum opinione diuini cultus, & de rebus nuſquam a Deo præceptis *d* Petrus Martyr dicit. 1. vota in veteri Teſtamento fieri potuiſſe, non autem in nouo. 2. Pro-

d *libro de Cælibatu & votis monaſticis.*

missionem quæ fit in Baptismo nullo modo votum esse.

Probatur tamen nostra propositio primò vouere est actus religionis, Isaiæ.19. *e In illo die cognoscent Aegyptij Dominum, & colent eum in hostiis & muneribus* id est (vt explicat) *& vota vouebunt, & soluent.* Ergo & implere votum. Nam promittere & soluere ad eandem spectant virtutem. Sed per id quod fit ex voto etiamsi non præceptum, impletur votum, igitur per id & colitur Deus.

e v.21.

Secundò, *e* omne votum est promissio, Deo facta: & prouide votum implere, est fidem Deo seruare. At Deo seruare fidem est Deum immediaté colere. Ergo cuiuslibet voti impletio erit cultus Dei.

e *teste etiã Caluin. 4. Instit.13. initio capitis.*

Tertiò, iuramentum est cultus Dei etiamsi fiat de re non præcepta vt admittit *f* Caluin. Ergo & votum. Sunt enim adeò similia vt *g* Iuramentum pro voto sæpè vsurpetur in Scripturis. Et sicut per vnum protestamur Deum immutabilem: ita per aliud eum esse bonum, cui placeant virtutum actus.

f 2. *Inst.* 8.§.23.
g *vt Nume.*30.

Quartò, soluere falsis diis votum, etiam de re non præcepta, est idololatriæ actus. Igitur vero Deo soluere, erit latriæ cultus.

Quintò, omnis actus virtutis etiam non præceptus, factus propter Deum, ad eius cultum refertur *h* Lucæ 2. *i* Iacobi 1. Igitur multo magis si fiat ex voto.

h *v.* 36.37.38. *de Anna.*
i *v.*27

Sexto, si quis voueat abstinere triduò a vino, & non soluat, peccat non certè peccatò intemperantiæ: non enim est actus necessarius temperantiæ abstinere a vino. Ergo peccat, quia Deum afficit iniuria non seruando fidem. Igitur, si abstineat, Deum honorat.

Septimò votum de re præcepta, non est votum, nisi cum res illa præcipitur, vt non præcepta, sicut probabitur infra. Igitur vel votum de re nõ pręcepta erit cultus Dei, vel nullum votum erit cultus Dei.

Octauò, si votum de re non præcepta non est cultus Dei. Ergo nec ipsum vouere, nullibi enim præcipitur. At Caluinus contendit vouere esse actum religionis. Igitur debet etiam admittere votum de re non præcepta esse cultum Dei.

Nonò, probatur exemplis. *k* Iacob vouit ſub conditione. At præcepta non debent ſub conditione fieri, ergo vouit de re non præcepta : ad colendum Deum, quia habere lapidem pro domo Dei id eſt pro ara, & offerre decimas, ſunt religionis actus. Dauid *l votum vouit Deo Iacob*, extruere templum, quod maximè ad religionem ſpectat. At illud non præceperat Dominus 2.Reg. 7. Leuitici 27. Numer. 6. & 30. habentur vota de rebus non præceptis, quorum tamen ſolutionem Deus ſeueriſſimè exigebat. Et proinde conſtat placuiſſe Deo.

k Geneſ. 28.

l *Pſal.* 131. *v.* 2.

Obiicitur omnis cultus voluntarius id eſt quem Deus non præcepit Deo placere nequit. 1. quia Paulus reprehendit *m* Coloſſ. 2. omnem ἐθελοθρησκείαν, quod noſter interpres vertit ſuperſtitionem. 2. quia *n Quod non eſt ex fide peccatum eſt.* Ergo votum de re non præcepta non poteſt fieri ad colendum Deum.

m *v.* 23.

n 14. *Rom.* 24.

Reſp. Ad anteced. & 1. probationem ſolùm reprehendi cultum qui nec à Deo probatur, nec ex natura ſua eſt materia cultus diuini vt ſunt res inanes. Ad 2. reſpond: 1. cum interpretatione communi veterum, ibi fidem pro conſcientia accipi, vt ſit ſenſus peccatum id omne eſſe quod fit contra conſcientiã 2. per fidem nos etiam intelligere non ſolùm placere Deo quæ præcepit, ſed etiam quæ conſulit: cuiuſmodi ſunt vota: & proinde eſſe etiam ex fide.

SECVNDA PROPOSITIO.

Non fuit Iudæorum proprium vota facere: sed cum Christianis id etiam est commune.

CAP. XVII.



PRimò, id prædixit Isaias 19. *Colent eum hostiis* &c. iuxta Interpretes omnes.

Respondet Martyr. Non intelligi ibi apud Isaiam veras hostias & vota, sed solum spiritualem cultum, voluit enim Isaias cultum futurũ exprimere per eum qui tũc erat in vsu: alias nusquam Iudæi intellexissent. Contra 1. quia etsi non habeamus cum Iudæis eadem vota, & hostias: si tamen nullas verè haberemus malè explicuisset cultum Christianorum, per hostias, & vota: Non enim explicatur aliquid, per id quod ei nullo modo simile est 2. nullam rationem Martyr reddere potest, quare hunc locum metaphoricè interpretetur nisi quia apud Christianos non sunt verè vota & hostię: at id petere principium est hoc enim in quæstione versatur.

a v. 11. Secundò, probatur proposit. ex *a* psal. 75. *Vouete, & reddite Domino Deo vestro,* quod etiam ad Christianos spectare docent PP.

b cap. 24. Tertiò, 1. ad Timoth. 5. de viduis quæ votum fregerant dicitur. Cum *Luxuriatæ fuerint* &c. vide *b* infra.

Quartò, votum non est Iudaica ceremonia. Nulla ergo est ratio, cur solis tribuatur Iudæis: probatur anteced. 1. quia cæremoniæ omnes sunt externæ, votum autem sola mente perfici potest. 2. illæ dicuntur propriæ cæremoniæ Iudaicæ, quæ vel Christum significabant venturum, vel a Mose institutæ fuere: prius non competit voto: quid enim votum ieiunij, eleemosy. &c. commune habet cum illa significatione? neque posterius, nam ante Mosem, vouit Iacob 3. post Mosem non cessa-

cessatunt vota, teste *c* Augustin. At omnes cæremon. Iudaicas Christus abrogauit.

Soluuntur obiectiones.

CAP. XVIII.



Rima, in Testamento veteri frequens fit mentio voti: in Nouo, nec nominatur quidem, nisi agatur de Iudaicis votis.

Resp. 1. si quid concluderet argum. inferret etiam vsuram non esse Christianis prohibitam. Nam eius fit mentio frequens in veteri Testamen. in nouo colligitur quidem ex illis: *a Mutuum date, nihil inde sperantes* &c. sed obscurius multò quam votum ex his Pauli *Qui primam fidem irritam fecerunt*. Nam illud non omnes de vsura intelligũt: Istud autem omnes, de voto. 2. etsi nomen voti non habeatur in nouo, rem tamen ipsam haberi vt patebit infra 3. quamuis nihil haberetur in nouo hac de re, sufficere tamen antiqui Testam. testimonia cum Ecclesiæ explicatione, & vsu.

a Luc 6. v. 35. δανείζετε μηδὲν ἀπελπίζοντες.

Secunda, ridiculus haberetur filius, qui tabulis obsignatis, ac testibus vellet se tradere potestati patris, cum iam sit ei subditus. Et in Testamẽto veteri cauit Deus ne sibi vouerent Israëlitæ primogenita pecorum, quia sibi debebantur iure. At non minus sunt Christ. obstricti Deo, quã illa primogenita, aut filius patri. Quid ergo per votum illi tradere poterunt?

Ad maiorem, filium, id posse facere in iis quibus de iure non subditur patri, vt nuptiis, & [parapharnalibus bonis]. De Primogenitis autem illis non reliquerat liberam potestatem Iudæis Deus, & propterea non poterant voueri: sicut & cætera. Ad minorem, quamuis quidquid habemus, accepimus a Deo, vt ait *b* DAUID, & teneamur reddere cùm exegerit: tamen multa nobis reliquisse libera. vnde multa sunt DEI, & nostra simul:

b *Paralip. 29. v. 14.*

Dei, quia dedit:nostra, quia possumus pro arbitrio de illis disponere:dummodò non contra Deum.

Tertia, Nihil est liberum in particulari. Nam quando aliquid occurrit in particulari, aut repugnat saluti propriæ, vel aliorum, & sic necessario reiiciendum, aut conducit ad huius. salutem, & tunc necessario expetendum.

Negatur propositio: ad probationem, id esse necessariò expetendum quod necessariò ad salutem conducit:non autem,quod tantùm vtiliter conducit, alioquin malè Apost. dixisset. *Quod vult faciat, non peccat si nubat.*

Quarta, libertas Euangelica minuitur per vota.1.quia Christus voluit esse libera genera vitæ, at qui vouet, se adstringit ad vnum 2.Christus nos liberauit a lege.

Negatur propositio.ad probationes si ita est,ad quid ergo se legibus matrimonij hæretici astringunt?2.quomodo igitur dixit Petrus Martyr, nihil esse liberum 3. negatur vtraque:liberati autem sumus per Christum non a lege gratiæ sed a peccato, & a cæremonialibus antiquis.

vide lib. 4. de summo Pontif. Jmp. 17. ad 5. argum.

Quintò, qui vouet iniuriam facit Deo 1. quia illi repugnat, facit enim necessarium, quod Deus voluit esse liberum 2.arguit Deum insipientiæ,quasi nesciuerit alteri tam benè prospicere, quam sibi homo prospexerit 3.inuidiæ,quasi noluerit.

Neg. proposi. ad 1. probationem, Deum non fecisse plurima libera affirmatiuè, sed negatiuè tantùm,id est, quia noluit obligare, vt suam nobis testaretur benignitatem: nosmetipsos obligare ipsi per vota,vt gratitudinem, & pietatem reddamus. quæ non magis pugnant inter se,quam benignitas domini,& gratitudo serui.ad 2. & 3.negatur: quia etsi Deus hæc non præcepit, consuluit tamen,&eius inspiratione aspiramus ad vota.

TERTIA PROPOSITIO.

Non est propriè votum promissio quæ fit in Baptismo.

CAP. XIX.



Onnulli *a* doctores volunt res præceptas cadere sub præcepto:alij *b* negant. Sed conciliantur, si dicamus, rem præceptam, conceptam, & acceptam sub intentione se obligandi, etiamsi res illa præcepta non esset, recipere votum: non recipere, cum sola intentione acceptandi, & testificandi obligationem quæ antea iam erat vt Exodi 16. *c* In Baptismo, *d* promittimus nos legem Dei seruatutos. Quæstio igitur est, *Num hæc promissio sit prioris generis* vt vult Caluinus, & Lutherus, an posterioris vt sentit cum Theologorum opinione communi nostra propositio, quæ probatur.

a Dominic a Soto 7. de Iustitia q. 1. ar. 3. Alphons. a castro 1. de lege pœnali. 10.
b d. Thom. & Bon. in 4. dist. 38.
c v. 8.
d Tertull. lib. de corona militis Cyprian. 1. ep. S. Hierony. Apolo. 1. in Ruff. &c.

Primò, vota censentut omnino libera *e* Deutero. 23. At illa promissio in baptis. est omnino necessaria. Omnes enim ad baptismum diuina lege obligantur: Baptismus verò non datur ab Ecclesia, sine illa promissione.

e v. 21 22.
f ep. 1.

Secundò, vota paruulorum à parentibus edita, redduntur irrita nisi rata fiant a pueris adultis, vt docet *f* Bernard. votum enim est lex particularis, quam quisque sibi imponit, si velit: ac proinde voluntatem propriam necessariò requirit. At promissio quæ fit in baptismo, non expectat paruulorum annos, vt reddatur valida.

Tertiò, alioquin sequeretur 1. omnia Christianorum peccata esse duplicia quia contra legem præcepti, & contra votum in baptismo. 2. esse sacrilegia, quia contra voti religionem. 3. non minus peccare sæcularem fornicando, quam monachum. Quæ omnia aduersantur communi fidelium indicio.

Obiicitur primò grauius peccant, & puniuntur Christiani, cum legem non seruant.

Resp. id esse verum, non ratione voti, sed ingratitudinis.

g in psal. 75. Secundò, *Quid debemus vouere?* g (inquit Aug.) *credere in illum, sperare ab illo vitam æternam* &c.

Resp. ibi accipi votum largo & communi modo, scilicet pro qualibet promissione. quamuis hæc acceptio voti difficilè inueniretur in scripturis.

Tertiò, Ecclesia cogit baptizatos legem seruare. Quare, nisi ob promissionem quæ obligationem affert, quam non affert lex ipsa? Non enim potest cogere Ethnicos Ecclesia.

Resp. cogere baptizatos non tam ratione promissionis, quam quod per baptismum facti sint filij, & membra Ecclesiæ. Omne enim mẽbrum debet subiici capiti, & filius parenti.

QVARTA PROPOSITIO.

Paupertas voluntaria rectè Deo vouetur.

CAP. XX.

a v. 3. μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι, ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν.

b *in hunc locum*

c *Chryso. in hũc locum, & Aug. 1. de serm. Domini.*

d v. 25.



Rimò, ex illis *a* Matth. 5. *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum.* Per pauperes *b* Caluin. intelligit afflictos. Sed tunc prima beatitudo coincideret cum tertia, vel vltima. *c* Quidam intelligunt humiles, alij intelligunt pauperes affectu tantùm. Sed neutra expositio est primò intenta, tum quia in textu est πτωχὸς quæ vox propriè significat mendicum, tum quia pauperes, de quibus loquitur ibi Christus, opponit diuitibus *d* Lucæ 6. Quidam fortè intelligerent pauperes actu

tantùm, ſed his, cùm ſint miſerrimi, non arridet Beatitudo. Reliquitur ergo intelligẽdos eſſe eos qui liberè affectu, & actu ſunt pauperes vt exponunt *e* Ambroſius *f* Nicen. *g* Hierony. &c. At id omne rectè Deo vouetur, quod eius teſtimonio probatur. Ergo paupertas voluntaria, cum ſit huius generis, rectè vouetur Deo.

Secundò, *h ſi vis perfectus eſſe vade* &c. Item, *Ecce nos reliquimus omnia* &c. In quibus 1. *i* Sup. probauimus conſilium Euangel. eſſe, & proinde bonum eſſe vouere. 2. Chriſtus etiam hortatur ad votum, parum enim prodeſſet vendere omnia, & dare pauperibus, ac remanere libertatem redeundi ad diuitias.

e *in 6. Lucæ.*
f *in 5. Mathæi.*
g *Leo ſerm. de illis Domini verbus Math. 5. Baſily q. 285.*
h *Math. 19.*
i *cap. 9.*

Tertiò, Actor 4. *k Multitudinis autem credentium erat cor vnum, & anima, nec quiſquam eorum quæ poſſidebat aliquid ſuum eſſe dicebat, ſed erant illis omnia communia.* Quod factum fuiſſe ex voto docet Aug. ſerm. 1. de communi vita clericorum, quo ait idipſum ſe cum ſuis facere voluiſſe, quod primos Chriſtianos feciſſe teſtantur Acta, ſupr. nec in tali vita licere cuiquam habere proprium.

k v. 32. Τοῦ δὲ πλήθους τῶν πιστευσάντων ἦν ἡ καρδία καὶ ἡ ψυχὴ μία, καὶ οὐδὲ εἷς τι τῶν ὑπαρχόντων αὐτῷ ἔλεγεν ἴδιον εἶναι ἀλλ᾽ ἦν αὐτοῖς ἅπαντα κοινά

Quartò, Ananias & Saphira vouerunt illam vitam communem. Nam fraudaſſe de prætio agri dicuntur, quod dici non poſſet, niſi rem promiſſione iam obligatam ſubripuiſſent. Rem non præceptam vouerũt. Nam (inquit Petrus) Ananiæ: *l Nonne manens tibi manebat, & venundatum in tua erat poteſtate?* Illud votum Deo factum erat, & proinde eius violatio ſacrilegium fuit: nam dicuntur mẽtiti ſpiritui ſancto, & morte repentina perierunt: quam non eſt veriſimile inflictam fuiſſe, ob mendacium ſimplex, vel auaritiam, ambitionem, aut hypocriſim vt vult Petrus Martyr. Ita exponunt *m* Chryſoſto. *n* Hierony. *o* Auguſt. *p* Fulgent *q* Greg. *r* Arator *ſ* Beda.

l Actor. 5. v. 4. οὐχὶ μένον σοὶ ἔμενε, καὶ πραθὲν ἐν τῇ σῇ ἐξουσίᾳ ὑπῆρχε.
m Hom. 12. in Acta Quare hoc feciſti? voluiſti habere? oportebat initio habere & non promittere: nũc autem poſtquam cõſecraſti, maius ſacrilegium commiſiſti.

Quintò, ex PP. *t* Vrbano 1. *Quicumque veſtrum vitam communem ſuſcepit, & vouit ſe nihil proprium habere, videat ne pollicitationem ſuam irritam faciat.* *u* Baſil. in

n *ep. ad Demetriad. quæ eſt. 8. primi tomi.* o *ſerm. 10. aliàs 12. de diuerſis.* p *ep. de debito coniugali ca. 8.* q *1. ep. 33.* r *lib. 1. in Acta Actor.* ſ *in hunc locum* t *ep. ſua decret.* u *cap. vltimo.*

x in psal.25. constitut. monasticis, Hierony. ep. 22. Aug. x *Alius* (inquit) *vouet relinquere omnia, & ire in communem vitam, in societatem sanctorum: Magnum votum vouit.* Ioan Cassianus 4 de Institutis renunciantiũ.13. y Concil. Aurelian. 1. quo grauiter puniri iubentur, qui contra professionem suam aliquid proprij possidere voluerint. y Can. 12.

z Brentius in confess. Vvitemberg. cap. de votis monasticis.

Obijcit z *hæreticus*, is qui paupertatem vouet, aut pauper est, aut diues: si prius, quidnam ergo vouet?

Respondet Catholicus, vouet quidquid lucrari potest. *Hæret.* Sed erit instar insani ægroti, qui voueret morbum? *Cathol.* Negatur, quia non consulit morbum Christus, consuluit paupertatem: tenemur sanitatem curare, non tenemur autem ditescere. *Hæret.* si diues est, aut omnia ponit in communi, aut dat pauperibus, vt mereatur magis, & de cætero, viuat ex eleemosynis, si primum prouidet sibi de certiori, & proinde nihilo pauperior fit *Cathol.* vera paupertas est nullius rei dominium habere, quod maximè fit, quando omnia in communi ponuntur. *Hæret.* si secundum, dupliciter peccat, 1. contra fidem, quia suis nititur meritis, non Christi 2. contra charitatem, quia tenemur non esse proximis molestos extra necessitatem *Cathol.* Negatur vtrumque: primum nam merita nostra vim suam habent ex meritis Christi, quare in meritis suis aliquam ponere fiduciam decenter, est ponere in Christi meritis, secundum, quia neminem pauperes ad eleemosynam cogunt: quinimò dant occasionem diuitibus comparandi regnum cælorum.

QVINTA PROPOSITIO.

Obedientia religiosa rectè vouetur Deo.

CAP. XXI.



PRimò, quia laudantur, & remunerantur à Deo filii Ionadab, Hierem. 35. qui vt obedirent Patri, non bibebant vinũ, non serebant agros, non habebant domos, sed in tentoriis habitabãt. Quod nulla lege fieri tenebantur, etiam iussu parentis, Nam quod ait Apostolus: a *Filij obedite parentibus per omnia*, intelligendum, vel in omnibus quæ ad patris potestatem spectant, vel ante pubertatis annos.

a *Coloss*. 3. *v*. 20. τὰ τέκνα ὑπακούετε τοῖς γονεῦσιν κατὰ πάντα.

Secundò, etsi teneamur in præparatione animi nosmetipsos abnegare, id est in omnibus subiicere iudiciũ proprium, ac voluntatem alterius imperio: b *qui enim voluerit animam suam saluam facere perdet eam*, tamẽ non tenemur id facere actu extra necessitatem, vt praxis, nusquam reprehensa, docet, & proinde non est præceptum Esse autem hanc abnegationem bonum, patet, quia est sequi Christum. Quod autem est ita bonum, & præstari potest ab hominibus, quis negabit non consuli à Deo cum ait: *Vende omnia, &c. & sequere me*? At perfecta huiusmodi sequela includit votum, non enim est perfecta abnegatio obedire ad tempus, ac retrocedere posse. Igitur & votum ibi consuluit Christus.

b Matth. 16. v. 25 ὃς γὰρ ἂν θέλῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ σῶσαι, ἀπολέσει αὐτήν.

Tertiò, homines cupientes vitam agere communem rectè faciunt, si eligant sibi aliquem in Præpositum, iuxta illud Prouerb. 3. c *Ne innitaris prudentiæ tuæ*. Præposito constituto bonum est, & Deo gratum illi obedire. Hebræor. 13. d *Obedite præpositis vestris*. Igitur & obedientia ipsa rectè voueri poterit.

c *v*. 5.

d *v*. 17.

Quartò, ex vsu antiquæ Ecclesiæ: nam apud

P iiij

veteres viguisse obedientiam monasticam constat ex *e* Basilio, *f* Hieron. *g* Sulpitio *h* Augustino. Hanc fuisse ex voto cōnstat ex *i* Cassiano, qui voti, & professionis nominatim meminit. *k* Gregor. hom. 20. in Ezech.

Quintò, ex miraculis. Quidam iussu Abbatis in clibanum ardentem ingressus, illæsus exiuit. Alter cum tribus annis in irriganda arida virga moratus esset, ipsa refloruit. Hæc apud *l* Sulpitium *m* Sanctus Maurus ad Abbatis imperium ambulauit super aquas. *n* Et Abbas Ioannes propter obedientiæ virtutem, ad prophetiæ gratiam sublimatus est.

o Obiicitur primò, omnibus obediendum est ex præcepto. probatur 1. ex Paulo Philipp. 2. p *Superiores inuicem arbitrantes.* 2. ex Petro, q *subiecti estote omni humanæ creaturæ.*

Negatur propositio. Ad 1. probation. Ibi solutio, nam Paulus vt patet ex textu, agit de humilitate qua iudicamus omnes nobis meliores. Et certè loqui non potest de obedientia qua teneamur omnibus parere: alioquin cum hæc verba Pauli ad omnes spectant, si omnes obedire tenentur, quinam Præpositi erunt? Ad 2. Per *humanæ creaturæ*, intelligi habentem imperandi potestatem, subiungitur enim, *siue regi tanquam præcellenti*, &c.

Secundò, Præpositus monasterii liber est ab obedientia, sine vlla dispensatione. Igitur illa non est votum obligans coram Deo.

Respondeo, esse liberum ab obedientia quoad exercitium tantum, quia deest cui obedientiam præstet, non autem quoad obedientiam in se. Cuius rei signum est, quod si priuetur officio, rursus actu obedire teneatur, sine alio voto.

e in constit. Monasticis, can. 22. Nunc rursus serm. de Obedientia exerceamus, ostendentes quantā obedientiā ab exercitationibus erga Præfectum exacta doctrinæ ratio exigat.

f *ep. ad Eustoch. de cust. virginit.* Prima apud eos confœderatio est obedire maioribus

g *Dialogo 1. de virtutibus sancti Martini.*

h 1. *de moribus Ecclesiæ.*

i 4. *de institutis renuntiantiũ.* 33.

k Cum quis suum aliquid Deo vouet & aliquid nō vouet sacrificium est: cùm verò omne quod habet, omne viuit, omne quod sapit omnipotenti Deo vouerit, holocaustum est.

l *Sulpit. supr.* m *Gregor. 2. Dialog. 7.* n *Cassian. 4. de institutis Renunciantium.* 25. o *Luth. obiectio lib. de votis Monast.*

p τῇ ταπεινοφροσύνῃ ἀλλήλους ἡγούμενοι ὑπερέχοντας ἑαυτῶν. q 1 Petri 2 v. 13.

SEXTA PROPOSITIO.

Votum Continentiæ continetur in illis verbis B. Mariæ. [a] *Quomodo fiet istud quoniam virum non cognosco?*

a Luc. 1 v 34. πῶς ἔσται τοῦτο, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω.

CAP. XXII.



PRimò, illa verba: *virum non cognosco*, significare nequeunt, actu non cognosco: alioquin inepta esset interrogatio, cùm statim responderi posset, etsi nunc virum non cognoscas, postea cognosces. Significant ergo, *non licet mihi cognoscere*. Id autem non erat, aut quia vir eius, aut ipsa essent impotentes. Nam hac de re nihil scire poterat Maria, cùm nondum peruenisset ad virum, neque vi alicuius legis communis: nulla si quidem huiusmodi erat. Ergo alicuius particularis, id est voti.

Secundò, ex PP. *b* Nyssen. *Quoniam Deo dicatam, & consecratam carnem, veluti sanctum quoddam donarium, intactam seruari oportebat, propterea etiamsi Angelus sis, inquit ac de cælo veneris, etiamsi supra hominem sit id quod apparet, attamen vt virum cognoscam, fieri non potest.* Augustinus *Hoc* (scilicet nascendum Christum ex virgine Deo sacra) *indicant verba, quæ sibi futurum annuntianti Angelo Maria reddidit. Quomodo, inquit, fiet istud quoniam virum non cognosco? Quod profectò non diceret, nisi Deo virginem se ante vouisset.* *c* Beda in 1. Lucæ. *d* Anselm. de excellentia virginis. *e* Rupertus, Bernard. serm. 4. super Missus.

f Obiicitur primò his verbis Mariam potius voluisse malignè restringere, sicut Zacharias, potentiam Dei. Sunt enim verba dubitantis.

Contra 1. quare ergo non fuit punita sicut Zacharias,

b *Orat de Nat. Domini.*

c Propositum suæ mentis reuerenter exposuit, vitam videlicet virginalem se ducere decreuisse

d *lib. de excellentia virginis.*

Virgo tenera & delicata, regali stirpe progenita, & speciosissima, totam intentionem suam, totum amorem suum, totum studiũ suum ad hoc intendit, vt corpus, & animam suã Deo, virginitate perpetua consecraret.

e *lib. 3. in Canti.*

f *Caluin. in hũc locum apud Marloratum.*

saltem nec reprehensa? 2. quare cum ea adeò familiariter conuersatur Angelus? Ad probat. respondet g Ambros. Bernard. & Beda fuisse hæc verba quærentis, ac discere cupientis modum quo res fieret, quę cum voto videbatur pugnare.

g *in hunc locum*

h *eiusd. Calu. su.*

b Secundò, B. virgo non emisit votum ante coniugiũ 1. quia delusisset maritum. 2. quia non potuisset se per nuptias tradere alteri.

i *ita Nyssen. & Aug. sup. Albertus magnus libro de laudibus virginis. Scotus in 4. dist. 30. q. 2.*

Resp. 1. *i* negando antecedens. Ad primam probationem, ideo non illusisse marito, quòd sciret reuelatione edocta illum non petiturum debitum. Ad secundam non licere equidem ei qui vouit Continentiam, alteri nubere, cum periculo violandi votum: posse tamen in alio genere nuptiarum si adsit infallibilis certitudo non violandi votum. Nonne coniugati qui ex voto continent, manent obligati ad inuicem, & tamen Deo se tradunt per votum, cum eoque spirituales contrahunt nuptias?

k *ita D. Thomas 3. p. q. 28. ar. 4.*

l *eiusd. Calu. sup.*

Secund. quidquid sit de antecedente, negatur consequens. *k* potuit enim post celebratas nuptias nondum consummatas votũ emittere consentiente marito

l Tertiò, non voti ratione, sed tanti mysterii admiratione, scilicet quod intelligeret se pariturum Deum sine viri habitatione, Mariam hæc protulisse verba. Hæc enim coniectura probabilis & simplex est.

Contra 1. non est probabile cogitasse virginem hanc conceptionem fore absque viri copula, cũ omnes quot quot antea etiam viri magni ab Angelis prænunciati per viri copulam fuerint generati. Secundò, Virgo humillima erat, non ergo credibile, se putasse illicò Messiæ matrem. 3. non erat curiosa, si igitur sciuisset se virginem parituram, non curiosè scrutata fuisset modũ mysterii. 4. cum dixit, *Quoniam virum non cognosco*, idem est ergo ac si dixisset, *Virgo equidem pariam, sed quomodo hoc fiet sine viro?* vel, *quomodo istud, an quia non cognoscam virum?* vtrumque ineptum. Quis enim dubitare posset si sit virgo paritura, hoc fore sine viri coniunctione.

m *Petrus Martyr lib. de cælibatu, & votis.*

p v. 12.

Quartò, si ex his *Quomodo fiet istud, &c.* colligitur votum. Ergo ex illis etiam Exodi 6. *n Quomodo audiet me*

Pharao, cum sim labiis incircumcisus? An vouerat Moyses labiorum incircumcisionem? Et Ioan. 3. *o* Nicodemus, Non nasci denuo, cum ait, *Quomodo potest homo nasci, cum sit senex.* *o v. 4.*

Negatur consequent. Nam illa virginis verba nequeunt oriri nisi ex impedimento libere assumpto, & proinde ex voto: At illa Exodi 6. & Ioan. 3. non nisi ex impedimento esse necessario, & proinde non inferunt votum.

SEPTIMA PROPOSITIO.

Votum Continentiæ in his continetur. [a] *Sunt Eunuchi qui se castrauerunt propter regnum cælorum.*

a Math. 19. v. 12.

CAP. XXIII.

Primò, non est Eunuchus qui solùm se continet, sed qui nequit non cōtinere. Eunuchi autē, de quibus in hoc loco agitur, non coguntur continere vitio naturæ, ab istis enim illos Christus seiunxit, neque lege aliqua communi, cum nulla sit prohibens nuptias. Ergo lege particulari, id est voti.

Secundò, si loqueretur Christ. de continentibus sine voto dixisset, *Qui se castrant quotidie*, At dixit, *Qui se castrauerunt*, vt ostenderet nimirum, Eunuchos de quibus agebat, sibi omnem amputasse nubendi facultatem, vnica voluntatis actione.

Tertiò ex PP. *b* Epiph. *Quinam* (inquit) *hi fuerunt qui se castrauerunt propter regnum cælorum, quam generosi Apostoli ac monasticam vitam degentes, & deinceps virgines?* Hierō. in hunc locum: *Vnusquisque* (inquit) *consideret vires suas vtrum possit virginalia implere præcepta.* Quæ sunt autem illa, nisi obligatio non nubendi? *c* Fulgent. *Quisquis seipsum castrauerit propter regnum cælorum,* Deinde explicās quid sit, *&* (inquit) *in corde suo cōtinentiā Deo vouerit.* &c.

b hæresi 58. quæ est Valesiorum.

c libr. de fide ad Petrum cap. 3.

f *Ita Petrus Martyr sup.*

g *Math.* 19.v. 10.

εἰ οὕτως ἐστὶν ἡ αἰτία τοῦ ἀνθρώπου μετὰ τῆς γυναικός, οὐ συμφέρει γαμῆσαι

Obiicitur f Primò Dominus his verbis, volebat respondere propositioni discipulorum: hæc autem erat: g *si ita est causa hominis cum vxore non expedit nubere*, scilicet ad euitanda coniugij incommoda. Igitur vt ad propositum responderet Christus differere debuit tantùm de incommodis, vel vtilitatibus coniugij, non autem de Continentiæ voto.

Secundò, hîc parabola est. At in parabolis non est facienda vis in metaphoris, quæ passim assumuntur: sed in scopo parabolæ: alioquin ex parabola de villico iniquitatis colligeretur, licere eleemosynas facere de alterius bonis.

Ad. 1. non solùm voluisse dominum respondere huic propositioni: sed aliquid maioris perfectionis ostendere. Alioquin rueret tota metaphora Eunuchor. & castrationis.

Ad. 2. negatur Maior. solùm enim ibi sunt duo metaphorica verba, quæ nisi aptam contineant similitudinem, tota Christi inepta redditur oratio, non continēt autem, nisi qui dicuntur metaphoricè Eunuchi, habeāt voluntariam necessitatem Continendi, sicut Eunuchi propriè dicti naturalem habent duntaxat necessitatem.

Ad minorem, licet in parabolis prolixis possit aliqua pars nihil significare: tamen id in quo parabola præcipuè consistit non potest non significare. Illud autem, in hoc loco, est in vocibus *Eunuchi*, & *castrationis*, vt patet. Ad rationem Minoris: quòd villicus ille sibi fecerit de alienis bonis amicos, non vacare significatione, cum sit præcipuum parabolæ. vult enim Dominus docere, vt sicut ille villicus de bonis Domini sui fecit sibi amicos, ita & nos faciamus de bonis Domini nostri nempe Dei. Vocatur tamen villicus iniquitatis, quia id fecit contra voluntatem Domini sui. Nos autem, quia Deo volente, eius vtimur bonis ad eleemosynam, non peccamus.

OCTAVA PROPOSITIO,

Idem votum habetur in his: [a] Damnationem habent,quia primam fidem irritam fecerunt. 1.*ad Tim*.5.

CAP. XXIIII.



PRimò, per, *Primam fidem*, vel intelligit Apoſtolus fidem datam carnali marito, & hoc non: agit enim ibi de viduis. At *mortuo* b *viro ſoluta eſt mulier, cui vult nubat:* vel fidem Chriſto ſponſo datam. Hæc autem non poteſt eſſe ſimplex Continendi propoſitum: tùm quia propoſitum ex ſe non habet relationẽ ad aliud, nec fides dici poteſt: tùm quòd mutari poteſt illud propoſitum ſine culpa. At Apoſtol. ait eas damnationem habere, quia mutauerant fidem. Igitur loquitur de fide quæ promiſſionem includit, & proinde votum.

Secundò ex Concil, c Carthag. 4. *Si quæ viduæ quantumlibet in minoribus annis poſitæ, & matura ætate à viro relictæ ſe deuouerunt Domino, & veſte laicali abiecta ſub teſtimonio Epiſcopi, & Eccleſiæ religioſo habitu apparuerint, poſtea verò ad nuptias ſeculares tranſierint, ſecundum Apoſtolum damnationem habebunt, quoniam fidem caſtitatis, quã Domino vouerunt irritam facere auſæ ſunt.* Idem in Concil. d Tolet.4.

Tertiò ex ſummis Pontificib. Clem. e conſtit.3. Innocent. 1. ep. 2. cap. 13. & Gelaſio. 1. epiſtol. 1. cap. 23.

Quartò, ex PP. Tertull. f de monogamia. Baſil. g de virginita. h Hierony. i Epiphan. k Aug. l Fulgent ac

a 1.*Timoth* 5.*v*. 11. Adoleſcẽtiores viduas deuita: cum enim luxuriatæ fuerint in Chriſto nubere volunt. *v*. 12. Habentes damnationem quia &c. νεωτέρας χήρας παραιτοῦ· ὅταν γὰρ καταστρηνιάσωσι τοῦ Χριστοῦ, γαμεῖν θέλουσιν v.12 ἔχουσαι κρίμα, ὅτι τὴν πρώτην πίστιν ἠθέτησαν.

b *Rom*.7.*v*.3.& 1. *Corinth*. 7. *v*. 39.

c *Can*.104.

d *Can*.54. *aliàs*. 55.

e *Cap*. 1.&.2. &

f *Non procul à fine.*

g *Parum vltra medium.*

h 1. *In Iouin*. & *in cap*.44. *Ezech*.

i *Hæreſ*.48.

k *De ſancta virginit*. 23. & *in Pſal*.75.*ac libro de bono viduitatis*. *c*.8. & 9.

l *Epiſt*.1.

m *Vt Chrysost. Theodor. Theop. Ambros. Primasius, Beda. Haymo, &c.*

n *Ita Lutherus libro de votis Monasticis.*

o V. 32. Ego hunc in fidem meam recepi. *ait Iudas ad Iosep. de Beiam.*

p V 3. Nunquid incredulitas illorum fidem Dei euacuauit.

m omnibus expositoribus huius loci.

Obiicitur *n* Primò, fides nusquam alibi in scripturis accipitur pro voto. Ergo per primam fidem hîc intelligitur fides Christiana, quam viduæ illæ perdiderāt deficiendo ad Iudaismum, vel Paganismum, vt facilius nuberent. 1. quia Apostolus eas dixit abiisse post Sathanam. 2. Luxuriatas in Christum. Vtrumque autē Apostasiam à fide Christi importat.

Contra. 1. fides Christiana propriè dicitur corrumpi vel amitti, non autem irritari: id enim propriè conuenit pactis, & votis. 2. nulla erat ratio cur huius. viduæ propter nuptias deficerent à fide: quis enim prohibebat illas nubere Christianis maritis?

Ad anteced. resp. fidem accipi in scripturis non rarò, pro constantia in promissione seruanda vt Genes. *o* 44. & Rom. *p* 3. quæ si Deo præstetur, proculdubio votum erit. Conseq. autem negatur.

Ad Consequentis primam rationem, *abire post Sathanam* contingere posse per omne peccatum mortale. Ad secundam. *Luxuriari in Christum*, esse scortari in iniuriā Christi. at iuxta aduersarios non possunt ibi esse idem *Deficere à fide, & Luxuriari in Christum.* Nam Apostolus ait eas luxuriari in Christum, & postea nubere velle: illi verò dicunt eas nubere velle, & postea deficere. Ergo prius est luxuriari in Christum, deinde nubere velle, vltimo deficere à fide.

q *Ita Caluin.*

Secundò *q* potest intelligi per *primā fidem*, fides in baptismo data, quam irritam fecerant scortando. Ergo inde non est necesse deducere votum.

Negatur antecedens: quia nulla mulier promittit in baptismo nusquam se nupturam. Cur ergo damnationem incurrunt, si postea nubere volunt?

r *Caluin.*

s 1. *Timo.* 5. *v.* 9.

Tertiò, *r* potest intelligi tantum de voto viduarum quæ sexagesimū excesserant annum. Has enim tantùm eligi *s* iubet Apostol. Ergo ad iuuenes virgines extendi nequeunt illa Pauli verba.

Negatur Anteced. Nam, vt patet ex textu, reprehendit Apostolus Adolescentiores viduas, quòd primam fidem irritam fecissent.

Ad probationem, non loqui Apostolum de electio-

he, siue admissione ad votum continentiæ, sed vel ad præfecturam, & ordinem Diaconissæ iuxta *t* Tertullian. vel ad numerum viduarum quæ alebantur ab Ecclesia iuxta *u* Chrysost. *x* Ambros. Hier. verbum namquam *y* καταλέγεσθαι adscribi in catalogum significat.

Quartò, saltem potest intelligi promissio non quidem Deo, sed tantùm, Ecclesiæ facta, ad expeditius ministrandum in officio Diaconissarum.

Contra, si votum Deo factum rescindi potest iuxta aduersarios, ab eo qui stimulis carnis agitatur, quanto magis ea ratione rescindi poterit factum Ecclesiæ. Cur ergo istas viduas damnat Apostolus? Certè non quia iam scortando irritam fecerant primam fidem vt fingit Caluinus (cum enim hæc scortatio fuerit, iuxta eundem Caluin. emendata per nouam honesti coniugii voluntatem, non erat cur de præsenti arguerentur à Paulo cum ait: *Habentes damnationem)* sed quia nubere volebant.

Quintò, *z* hic locus est ambiguus. Ergo certi aliquid inde deduci nequit.

1. Negatur anteced. nec enim id est ambiguum, quod vno & eodem modo omnes expositores interpretati sunt. 2. negatur consequens: nam ex locis ambiguis *a* possunt stabiliri dogmata, si accedat vel communis PP. cõsensus, vel Ecclesię explicatio per approbata Cõcilia.

Sextò, *b* illud *Habentes damnationem*, non significat pœnam peccato debitam coram Deo, sed solùm infamiam apud homines. Nam, teste Martino Bucero κρίμα ambiguum est, & accipitur interdum pro accusatione coram hominibus. Ergo huius. viduæ non malè faciebant coram Deo, velle nubere, & proinde nullum votum habebant: sed tantum coram hominib. quia incontinentiæ famam incurrebant.

Negatur anteced. Ad probationem opponimus Bucero. 1. Paulum qui vbique κρίμα accipit pro damnatione criminis magni. Rom. *b* 3. Secundò Ioan. Apost. cap. *c* V. 17. Non misit Deus filium suum in mundũ ἵνα κρίνῃ vt iudicet mũdum V. 18. Qui credit in eum οὐ κρίνεται non iudicatur: qui autem nõ credit iam κέκριται iudicatus est.

t *Libro de velãdis virginib. & lib. 1. ad vxorẽ.*

u *In hunc locũ.*

x *Epist. ad Saluinam.*

y χήρα καταλεγέσθω μὴ ἔλαττον ἐτῶν ἑξήκοντα γεγονυῖα ἑνὸς ἀνδρὸς γυνή.

Vidua Eligatur non minus annorum sexaginta quæ fuerit vnius viri vxor.

z *Ita Petrus Martyr. supra.*

a *Eiusd. Petri Marty.*

b *V. 8.* ὧν τὸ κρίμα ἔνδικόν ἐστι. Quorum dãnatio manifesta est *& cap. 13. V. 2.* οἱ δὲ ἀνθεστηκότες, ἑαυτοῖς κρίμα λήψονται. Qui verò resistunt sibi ipsis damnationẽ acquirunt.

3. quo ter accipit hoc verbum in hac significatione. 3. PP. citatos, qui hoc in loco, intelligunt damnationem coram Deo. 4. si nulla, iuxta aduersarios, est nũc turpitudo sanctimoniales nubere, cur tunc temporis fuisset voluisse idem has viduas quod cõtinere nequirent?

Idem votum asseritur ex Conciliis.

CAP. XXV.

d *Aliâs* 18. *circa an.* 308. *Domini.*
e *Can.* 15. *alias.* 16.
f *Can.* 33.
g *Can.* 104.
h *Can.* 54. *alias* 55.
i *Can.* 10. *alias.* 16.
k *Etsi uxorem* duxerit excõmunicetur, & de vxoris malè sociatæ cõsortio etiam iudicis auxilio separetur: quod si iudex ad hoc solatium dare noluerit, excommunicetur.
l *Circa ann.* 891.




IN Oriente Ancyran. can. 19. d *Quotquot virginitatem pollicitam præuaricati sunt, professione contempta, inter digamos habeãtur.* Calced. e *Virginem quæ se Domino consecrauit, similiter & Monachum non licere nuptialia iura contrahere, quod si hoc inuenti fuerunt perpetrantes, excommunicentur.* siue [*maneant excommunicati.*] In Africa Carthag. f 3. & g 4. In Hispania Tolet. h 4 *Duo sunt genera viduarum, seculares, & sanctimoniales.* Et infra. *Eæ si ad nuptias transierint, iuxta Apostolum, non sine damnatione erunt quia se primum Deo vouentes, postea Castitatis propositum abiecerunt.* In Gallia, Turonens. i 2. *Si qui in monasterio cõuersi sunt, nullatenus exinde habeant licentiam euagandi, nec quod absit, vllus eorum coniugem ducere,* k *&c.* In Germania Moguntinen. tempore l Arnulphi cap. vltimo. In Italia Romano, sub Syluestro can. 10. & foroiulien. tempore Caroli magni.

CAP. XXVI.

Ex Pontificum & Imperatorum responsis.

CAP. XXVI.



LEMENS 3. Constitution. *a oportet* (inquit) *non temerè facere professionem, sed cum consilio, & considerationc. Præstat enim eam non vouere, quam vouere, & non reddere.* loquitur autem de viduis. Syricius.ep. 1. *b* ca.6. Inn.1 ep.2.c.12. eas quæ post votum nupserunt ait esse adulteras Christi, id est sacrilegas. Leo. 1. epistol. *c* ad Rusticum Narbon. Episcop. *f* Gelas. *Virginibus sacris temerè se quosdam sociare cognouimus, & post dicatum Deo propositum incæsta fædera, sacrilegaque miscere, quos potius æquum est à sacra communione detrudi.* Gregor. primo epistola 33. & 40.

Constantinus *g* legem, qua steriles priuabantur hæreditate, abrogauit, propter eos qui ex voto cælibatum colebant *i* Iouinianus Imperator sanxit capite plectendos, qui sacram virginem vel ad coniugium peterent, vel eam inspicere impudicè deprehenderentur.

a Cap. 1.

b *Qua docet nec publicas leges, nec Ecclesiastica iura permittere Monachis, vel sanctimonialibus nuptias post votum.*

c *Quæ est. 90. cap. 13.* Propositum Monachi proprio arbitrio & voluntate susceptũ, deseri non potest absque peccato. f *Epist. 1. cap. 22.* g *Apud Euseb. 4. de vita Constantini cap. 26.* i *Apud Socratem 6. Histor. 3. & extat in Codice.* l *Si quis de Episcopis, & Clericis.*

Ex patribus,

CAP. XXVII.



Gnatius *a* ep. ad Tharſenſ. iubet honorari virgines Deo ſacras. Dionyſ. *b* ait monachos promittere in Eccleſia publicè ſe renunciare vitæ diuiſibili id eſt ſæculari: ſæcularis enim diuiſus eſt, cùm partim, de Deo, partim de vxore cogitet. *c* Martialis dicit ſe Valeriç virgini perſuaſiſſe virginitatem ſuã Deo vouere *d* Tertull. *Nupſiſti Chriſto, illi tradidiſti carnem tuam, illi ſponſaſti maturitatem tuam.* Clem. *e* Alexãd. *Dominus dixit, qui vxorem duxit, non repudiet eam, qui non duxit non ducat: qui autem profeſſus eſt ſe numquam ducturum, ſine vxore perſeueret.* Origen. homil. 23. in Numer. *f* Hilar. *Deo ergo vouenda ſunt contemptus corporis, Caſtitatis cuſtodia, ieiunij tolerantia* Cyprian. g *Qui ſe Chriſto dicauerint, & tam carnem quam mentem Deo deuouerint, opus ſuum conſumment, magno præmio deſtinatum.* Athan. *h* *Poſtquam continentiam profeſſa es, corpus tuum ſanctificaſti.* Baſil. i *Cùm virginitatem Domino profeſſæ ſunt, carnali poſt modum voluptate malè blanda delinitæ, ac deuictæ, ſtupri ſcelus honeſto coniugij nomine obtegere cupiunt.* Nazian. ora. *k* de obitu patris, *l* Optatus, *m* Epiphan. *Tradiderunt ſancti Dei Apoſtoli peccatum eſſe, poſt decretam virginitatem ad nuptias conuerti.* *o* Chryſoſt. *p* Sulpitius *q* Ruff. Ambroſ. *r* *Initiatas ſacris myſteriis, & conſecratas integritati puellas nubere prohibes. Vtinam potuiſſem reuocare nupturas &c.* *ſ* Hierony. *Moris eſt in Ægypto, & Syriæ monaſteriis, vt tàm virgo, quàm vidua, quæ ſe Deo vouerint, & ſæculo renuntiantes, omnes delicias ſæculi conculcauerint, ...*

a *Et ep. ad Antiochenſes.* Virgines (*inquit*) agnoſcant, cui ſe conſecrauerunt.

b *Cap. 6. parte 2. Eccleſ. Hierarch.*

c *Ep. ad Tholoſanos.*

d *In fine libri de velandis Virginib.*

e *In fine libri 3. Stromatum.*

f *In Pſal. 64.*

g *libro de habitu virginum.*

h *Libro de Virginitate 3. pag. aut circa poſt initium.* ἐξ ὅλου γὰρ ἐπάξιον τῆς θεοῦ ἐγκρατεύσασθαι, τὸ σῶμά σου ἡγιασμένον ἐστί.

i *libro de Virginitate parum à medio.*

k *Vltra medium vt enim nos Deo vouimus (voucrat autem continentiam, & Religionẽ vt patet in carmine de vita ſua) ſi diſcrimen effugerimus, noſmetipſos obtulimus.* l *Lib. cõtra Parmen.* m *Hæreſ. 64. quæ eſt Apoſt.* o *ep. 6.* p *In Martino ante medium* q *10. hiſtor. 8.* r *3. libro de virgin. ante mediũ* ſ *ep. ad Sabin.*

tarint crinem, monasteriorum matribus offerant desecandum. t Augustinus. *Nescio quæ castimonialis nubere voluit, quid voluit? quod & mater ipsius, aliquid mali voluit: mali planè, quare? quia vouerat Domino Deo suo?* Fulgent. u ep. 3. cap. 4.

Respondet Petrus Martyr, primò non esse prouocandum à scripturis ad PP. At neque etiam prouocamus: sed tantùm ab hæreticorum iudicio ad iudicium Patrum.

Secundò, quatuor ob causas cæpisse coli cælibatum in Ecclesia. 1. ob verba Christi, & Pauli supra, malè intellecta à Patribus. 2. Vt Christiani expeditius fugerent persecutiones. 3. quia tunc suspicabantur Ethnici Christianos antelucanis horis ad orandum, & synaxim conuenientes, nefandis libidinib. vacare. 4. quia bona pars Christianorum erat ex Ethnicis, qui maximè semper suspiciebant cœlibem vitam.

Ad. 1. causam, ostendat Martyr malè intellecta à PP. verba Christi, & Pauli ad. 2. & 3. potuisse quidem esse huius rei aliquas causas non tamen præcipuas. 1. quia dùm PP. Continentiam laudant, nusquam earum meminerunt. 2. quia cùm cessarunt huius. causæ debuisset cælibatus cessare, & tamen floruit semper in Ecclesia. Ad. 4. à Iudæis non autem à gentibus cæpisse coli cælibatum in Ecclesia. 1. quia B. virgo. Christus, Apostoli, ac Religiosi sub Marco ex Iudæis erant. 2. quia hoc ipsum fatetur Petrus Martyr. x in. 1. Corinth. 7.

t In Psal. 75. u Hic est vnigenitus Dei filius, vnigenitus etiam virginis filius, vnus omnium sacrarum virginum sponsus, sanctæ virginitatis fructus, decus & munus, quē corporaliter sancta virginitas peperit, cui spiritualiter sancta virginitas nubit, à quo sancta virginitas fœcundatur, vt perseueret intacta à quo decoratur, vt permaneat pulchra, à quo coronatur, vt regnet perenniter gloriosa. x Neque iudicamus *(inquit)* de cælibatu, quod sit in præsentia, vt hactenus erat in Iudaismo, & apud Ethnicos parum honestus.

Probatur rationibus.

CAP. XXVIII.

PRima, id omne rectè Deo vouetur, quod illi gratius est fieri, quam non. huiuſ. est Continentia. 1. Corinth. 7. *Qui matrimonio iungit virginem ſuam, bene facit, & qui non iungit melius facit.* Ig. &c.

Secunda quia melius & gratius est Deo, aliquid facere ex voto, quam ſine voto. 1. quia ſcriptura ad vouendũ hortatur. 2. quia opus eo melius, quo à pluribus virtutibus procedit. Qui autem continet ſine voto, Temperantiæ ſolùm, qui verò ex voto, ſimul & Religionis actum exercet. 3. quia, quod fit ex voto, maiori Charitate & liberalitate fit: offertur enim Deo opus, & facultas operis. 4. quia melius est, quod fit ex voluntate confirmata in bono (ſicut fit per votum) quam quod fit, ſine hac voluntate. 5. quia per votum homo ſe munit cõtra Diaboli tentationes, & propriam mutabilitatem.

Soluitur prima & ſecunda obiectio.

CAP. XXIX. ET XXX.

a Cap. 29.
b Pſ. 53. v. 6.
c 2. Corinth. 9. v. 7.
d 1. In Iouini.
e 2. libro de vita contempl. cap. vltimo.

PRima *a* melius est, & Deo acceptabilius quod est magis voluntarium *b* Dauid enim, & *c* Paulus docent opera noſtra non eſſe ex neceſſitate facienda. Hieron. *d* verò *maioris gratiæ eſt* (inquit) *offerre quod non debes, quàm reddere quod exigaris.* Et *e* Proſper: *Sic abſtinere, vel ieiunare debemus, vt nos nõ neceſſitati ieiunãdi ſubdamus.*

Negatur propoſitio, ſi agatur de libertate à voto. Ad probationem, Dauid, Paulum, & Proſperum loqui tantùm de libertate à coactione, ſiue quis cogatur abſolutè, ſiue motus tantùm aliquo timore ſeruili: ideò ſubiungit Proſper, *Ne iam non deuoti, ſed inuiti rem voluntariam faciamus.* hæc enim coactio triſtitiam gignit, & de perfectione operis minuit. Hierony. verò loquitur tantùm

de libertate à præcepto: præmittit enim *Ideò plus amat virgines Christus quia sponte tribuũt, quod sibi non fuerat imperatum.*

Secunda, *f* Qui stimulum carnis patiuntur id est, *g* qui etsi tentationi planè non consentiant, tamen & iacula intus, & carnis delectationem, ac membrorũ perturbationem sentiunt, iubentur nubere in scripturis. 1. Corinth. 7. *h* *Qui non se continent nubant, melius est nubere, quam vri.* Item. *Propter fornicationem vnusquisque vxorem suam habeat.* 1. Timoth. 5. *k* *Volo iuniores nubere, matresfamilias esse, filios procreare.*

At nullus scit, quandiu sine huiusmodi stimulis viuere poterit: aduenient enim, cum minus putabit.

Ergo interim nullo modo continentiam vouere poterit: vt cum huius. acciderint stimuli, præcepto satisfacere possit.

Respondeo Primò, Apostolum non loqui de his qui huiusmodi stimulis tentantur, sed qui incontinenter viuunt, ita vt se flagitiis polluant. 1. quia Paulus rationẽ reddens, quare qui non se continent debeant nubere, subiunxit: *melius est nubere quam vri*, id est non Continere. alioquin nulla esset ratio. At incontinentia non tentationem, sed flagitium significat. 2. eadem ratione vult coniuges debitum inuicem reddere cum ait: *Reuertimini in idipsum: &c.* qua vult nubere qui non se cõtinent. At illud vult, ob periculum incontinentiæ, vt patet ex textu, ergo & istud. 3. quia propter fornicationem vult vnumquemque habere vxorem. At fornicatio non est tentatio, sed graue peccatum. 4. vult. iuniores nubere ne detur occasio aduersario maledicendi. At propter occultas tentationes non posset maledicere: sed ob manifesta flagitia. 5. quia ita PP. interpretãtur *l* Hierony. *melius nubere quam vri, id est melius est maritum ducere, quam fornicari.* Aug. de *m* Sancta virginit. 34 cap. Chrysosto. *n* *significat* (inquit) *Apostolus quanta sit concupiscentiæ tyrannis: hoc autem est quod dicit, si magnam violentiam pateris & libidine incenderis*, laboribus te, & sudoribus libera, ne quando decidas. At tyrannis, violentia magna, periculum, casus, quid significant quam tentationẽ adeò grauem vt in flagitiũ perducere soleat.

f *Cap. 30.*
g *Ita Luther. in Epitalam. Cal. & Martyr. in 1. Corinth. 7.*
h *V. 9.* εἰ δὲ οὐκ ἐγκρατεύονται, γαμησάτωσαν· κρεῖσσον γάρ ἐστι γαμῆσαι ἢ πυροῦσθαι.
i *Ibid. v. 2.*
k *V. 14.* βούλομαι νεωτέρας χήρας, viduas, γαμεῖν, τεκνογονεῖν, οἰκοδεσποτεῖν.
l *In Apologia pro libris suis contra Iouinianum.*
m Melius nuberent, quam vrerentur id est quam occulta flamma concupiscentiæ in ipsa cõcupiscentia vastarentur.
n *In hunc locum.*

Respondeo. 1. his verbis Apostolum non imperare sed solùm suadere nuptias, tanquam remedium quoddam facile. 1. quia non est magis imperare cùm dicitur: Qui nō se continent nubant, quàm dici ab imperatore. *Qui non vult pugnare, fugiat, melius est enim fugere, quam occidi.* At hîc nullum est imperium, sed tantùm permissio. Igitur & illic: potest enim vstio restringi inedia & lachrymis. 2. vt monuit incontinentes solutos vt nubant, sic monet coniugatos vt redeant ad inuicem. At his loquitur, *o secundum indulgentiam, & non secundum imperium.* Igitur neque illis. 3. si esset præceptum, maximè cum ait *volo iuniores nubere.* At neque est in his, nam subiungit: *filios procreare*, quod certè in præceptum non cadit. 4. ex PP. *p* Chrysost. *Volo iuniores nubere, quia ipsæ volunt. An verò matrimonium præcipit? absit sed neque prohibet.* Ambros. *q* libro de viduis, Hierony. ep. 11. & Aug. de bono viduitatis cap. 8. ex quibus patet falsam esse maiorem argum. aduersarior.

Respondeo tertio, distinguendo maiorem. De solutis, cùm instat stimulus carnis, transeat: de vinculo voti obstrictis negatur. 1. quia idem est periculum in coniugato, qui caret vsu cōiugii, vel ob morbum, vel ob diuturnam absentiam alterius coniugis, atque in voto obstrictis. At huius. coniugato non licet propterea alia vti vxore, Ergo neque voto obstrictis nubere, ob periculum fornicandi. Et cum nullam aliam rationem reddāt aduersarij quare nubere debeat nihil concludunt. 2. ex PP. *r* Ambros. *Dicit aliquis melius est nubere, quam vri, hoc dictum ad non pollicitam pertinet, ad non velatam &c.* Hierony. *s si nupserit virgo non peccauit, non illa virgo quæ semet Dei cultui dedicauit, harum enim si quæ nupserit habebit damnationem &c.* Augusi. *t* Gregor. *u* Chrysost. *x* Poterit ergo ante stimulum carnis aliquis vouere: Et cùm aduenerit stimulus, quia ad eum non spectant verba Pauli siue præceptum, siue indulgentiam sonent, nubere non licebit.

o 1. *Cori. 7. v. 6.* τῦτο δὲ λέγω *hoc autem dico.* κατὰ συγγνώμην, ὀ κατ' ἐπιταγήν.

p *In hunc locū.*

q Non puto quòd iuniores reuocandas putarit, à viduitatis affectu, maximè cum dixerit melius est nubere, quam vri nam vtique pro remedio nuptias suasit vt peritura sanetur, nō pro electione pręscripsit, casta & continens quod sequatur.

r *Ad Virginem lapsam cap. 5.*

s *1. in Jouin.*

t *Libro de adulterinis coniugiis cap. 15.* Illis qui se non continent, vtique expedit nubere & quod licet expedit, quæ autem vouerint continentiam nec licet, nec expedit,

u *Lib. Pastoralis parte 3. admon. 28.* x *l. de Virg. c. 39. & hom. 16. in priorē ad Cor.*

Soluitur tertia.

CAP. XXXI.



Tertia, quod non est in potestate nostra, nequit esse materia voti. Nam si quis voueret se ministraturum pauperibus: deinde incideret in morbum, cuius ratione ministerium illud implere non posset, solueretur a voto. Sed continentia nusquam est in nostra potestate. Nam donum Dei est *a* Sap. 8. item Math. 19. *b* *Non omnes capiunt verbum hoc, sed quibus datum est.* c *Qui potest capere capiat* 1. Corinth. 7. d *vnusquisq; proprium donũ habet* &c. Item: *e* *Qui statuit in corde suo firmus non habens necessitatem.* Nemo autem certo scire potest an huiusmodi donum habeat, & multo minus an se perseuerauerit in illo. Ergo nusquam licebit continentiam vouere, & si de hac votum sit emissum rescindi poterit, maximè si quis incidat in morbum concupiscentiæ. Admittitur maior. Ad minorem: Dei dona esse duplicia. alia quædam sine hominis cooperatione dãtur, vt sanitas, prophetia: alia cum eius cooperatione: prioris generis non sunt vllo modo in nostra potestate: sunt posterioris: Etsi enim necesse sit gratiam Dei præuenire hominem, tamen Deus semper ad-est omnibus cum auxilio sufficienti, quo quisque operari potest, si velit: in quibusdam autem etiam cum efficaci, quo reipsa homo operatur. Et quia Deus ita iuuat, vt nullum cogat, sed quisquis potest eligere gratiam oblatam si velit: propterea dicuntur hæc dona esse in potestate nostra: cuiusmodi sunt virtutes Theologales, & morales, inter quas est Continentia 1. quia scriptura ad eam *f* hortatur. At quid opus exhortatione, ad id quod non est in nostra potestate? *g* Nec dicas hortari eos qui habẽt huiusmodi donũ. Nã si iuxta aduersar. qui non habent donum, nequeunt continere, qui habent non pos-

a *v.* 21. Sciui quoniã aliter nõ possem esse cõtinens, nisi Deus det.
b v. 11. ὐ πάντες χωρῦσι τὸν λόγον τῦτον, ἀλλ' οἷς δέδοται.
c *v.* 12.
d *v.* 7.
e *v.* 37.
f *vt probatur supra cap.* 9.
g *ita Petrus Martyr.*

sunt non continere: ad quos spectabit illa exhortatio? 2. non dixit Christus, *sunt Eunuchi* facti a Deo, sed, *qui se castrauerunt.* At quomodo se castrauerunt, si hoc non erat situm in illorum potestate? 3. qui habet facultatem faciendi, aut non faciendi aliquid id situm habet in sua potestate. at *h* Paulus *Quod vult* (inquit) *faciat, non peccat si nubat.* 4. laudantur, & præmiantur cælibes in scriptura, at pro operibus extra nostrā potestatem, non meremur præmium: nec enim ob prophetiam simpliciter est præmium 5. non minus est *k* donum Dei credere, quam continere. At nihilominus credere possunt omnes, qui volunt, nec respondeas fidem esse necessariam absolutè, ad salutem, non autem continentiam. Nam hoc non obstat quin fides sit æquè donum Dei, ac continentia. Nec enim credere *l* possumus nisi præueniamur a Deo, & ei cooperemur liberè 6. ad impossibile non est peccatum, ergo si quis continere nequeat, ei non erit peccatum fornicari, si non adsit facultas ducendi vxorem, & tentatione prematur. Nec dicant posse petere a Deo continentiam & obtinebit, quia tūc est necessaria ad salutem: non obtinere autem certò, si adsit facultas nubendi, vel continentiæ votum: quia oratio debet nasci ex fide, fides niti promissione Dei: Nulla est autem promissio Dei circa cælibatū perpetuum. Hoc enim facilè soluitur, nam sufficit generalis promissio, qua promisit Christus: *m si quid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis.* Alioquin si particularis, requiretur: nec fides, nec spes, aut charitas, & continētia, quo modo necessaria, peti posset, vbi enim de his promissio particularis. 7. ex PP. *n* Tertull. *Elige quod bonum est* (loquitur de continentia) *si non potes, est quia non vis. Posse enim si velis, ostendit, quia tuo arbitrio vtrumque reliquit.* o Origen. *Qui vult capere verbum, quod de castitate positum est, petat: credens dicenti, & accipiet non dubitans de illo, quod dictum est. Omnis qui petit, accipit.* p Hierony. *His datum est qui petierunt, qui voluerunt, qui vt acciperent laborauerunt.* Nazianz. *q* orat. 31. Ambros. *q* cum audis quibus datum est, adde datum esse iis, qui volunt & assentiuntur.

h 1. *Corinth.* 7. *v.* 36.
ὃ θέλει ποιείτω οὐχ ἁμαρτάνει.
i *vide sup. c.* 9.
k *Ephes.* 2. *v.* 8. Gratia saluati estis per fidē, & hoc non ex vobis, Dei enim donū est. *&* 2. *Thess.* 3. *v.* 2. non omnium est fides.
l *Joan.* 6. *v.* 44. Nemo potest venire ad me nisi pater qui misit me, traxerit eum.
m *Joa.* 16. *v.* 23. ὅτι ὅσα ἂν αἰτήσητε τὸν πατέρα ἐν τῷ ὀνόματί μου, δώσει ὑμῖν. *item ca.* 15. *v.* 7. *& ca.* 14. *v.* 13. *Luc* 11. *v.* 9.
n *lib. de Monogamia prope finem.*
o *in hunc locum Math.* 19. Qui pōt capere &c.
p *in eundem locum Math.*

de viduis, r Chrysosto. *His datum est, qui sponte id eligunt.* s &c. August. 6. Confess. 11. Basil. libro de virginitate vltra medium.

r *in eund. Mat. locum.*

Ad conclus. negatur posse rescindi votum ob concupiscentiæ morbum: nec enim valet similitudo illa de ægroto quia huius. ægrotus nequit, etiamsi velit, implere votum ministrandi pauperibus, ob morbum, etsi enim peteret sanitatem, non tamen propterea sequitur obtinere. At qui nubit post votum, non vult implere votum, quod posset si a Deo peteret. Nam, vt inquit t August. *Qui te hortatur vt voueas ipse adiuuat vt reddas.*

s quod ideò dixit vt ostenderet superiore auxilio nobis opus esse, quod quidem omnibus paratum est, si volumus in hac lucta euadere superiores.

Obiicitur primò, haberi apud math. 19. in Græco *ὐ πάντες χωρῦσι non omnes capiunt*, id est, *sunt capaces*. At qui non est ad aliquid capax. ad id potestatem non habet.

t *in psa.* 137.

Secundò non dixit Dominus *omnes capiant*, sed, *qui potest capere capiat*. Docens non esse omnibus facultatem continendi.

Tertiò, Apostolus non libertatem, sed necessitatem nubendi in quibusdam exponit, cum ait, *Qui statuit in corde suo firmus non habens necessitatem.*

Ad 1. χωρῶ interdum significare naturalem potentiam ad capiendum quam qui non habent dicuntur propriè incapaces: interdum actualem, seu voluntariam capacitatem, quam qui non habent, non dicuntur incapaces, sed non capere, sicut qui consilium aliquod non admittit dicitur non capere illud, quamuis si vellet caperet. atque de hac capacitate loquitur Christus hoc in loco 1. quia si illam priorē significaret idem esset, *Qui potest capere capiat*, &, *qui est capax, sit capax.* quod est ridiculum 2. sensus esset non omnes esse capaces continentiæ, quod libenter admittunt aduersarij. At id nequit concludi ex præcedentibus, cùm ait Christus *sunt Eunuchi &c.* videlicet sunt Eunuchi natura, sunt & ab hominibus castrati, sunt & propria voluntate, siue dono Dei: Ergo, *non omnes capiunt*, id est *non omnes continere possunt*, potius enim sequitur, omnes continere possunt.

Ad 2. omnes ibi Dominum monere, vt vtantur facul-

tate propria qua possunt continentiam habere: siue iam eam eis inspirauerit Deus, siue non, nam tunc possunt efflagitare à Deo: ita enim alibi dixit *u Qui habet aures audiendi audiat*: non quòd omnes non habeant aures, sed vt earum facultate vtantur.

u *Math.13.v.9* ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω.

Ad 3. non intelligi necessitatem coniugij ob carentiam doni continentiæ, sed necessitatem iungendi filiam matrimonio si nolit cælibatum, vel non iungere si nolit nubere, aut nullus sit qui eam ducere velit. vnde hic locus non est ad propositum.

Soluuntur aliæ a ratione ductæ.

CAP. XXXII.



Quarta, *a* si, cælibatus coniugio præstat videtur diuersitas sexus, & inclinatio ad prolem frustra.

Resp. id non esse frustra, quod ad speciei conseruationem est institutum, si a quibusdam indiuiduis exerceatur, ab aliis non. alioquin frustra tot semina cum fructibus nascerentur, cùm ex eis paucissima ferantur.

Quinta, si omnes continere vellent, periret mundus. Respond. cum *b* Hieron. 1. videri impossibile omnes contineri velle 2. si *c* id esset, tanto melius fore: quia citius ciuitas Dei compleretur, & accelareretur terminus sæculi.

a *Iouinia. apud Hiero. 1. in Ioui. Lutheri in sermone de matrimonio, Erasmi in Encomio matrimonij.*
b *sup. 2.*
c *ita Aug. c. 10. de bono coniugali & 23. de bono viduitatis.*

Sexta, ex cælibatu læditur Respublic. Christiana. 1. quia minuitur fidelium numerus 2. quia minus commodè resisti potest infidelium multitudini.

Negatur propositio. Ad 1. probationem, magis minui numerum fidelium ex monogamia quam ex cælibatu, ideò enim valdè multiplicantur Turcæ quòd

polygami sunt, etsi apud eos sunt etiam cælibes, nec tamen dicetur Monogamia lædere rempubl. Christian. aut polygamiam introducendam. Ad 2. victorias inimicis non nasci ex paruitate numeri fidelium, sed discordiis principum. Nam tempore Caroli mag. quo frequentissi. erant monachi, & sanctimonial. mirabiliter floruit res christiana.

Septima, cùm nocet corpori notabiliter Ieiunij votum, eo ipso soluitur: ergo & cœlibatus, cùm ex ipso oriuntur incurabiles morbi. Negatur consequens 1. quia cibus est per se ordinatus ad salutem indiuidui ideò cùm eius abstinētia lædit notabiliter, est omittēda. At coniugij actus non ita ordinatur per se, sed tantùm per accidens, idque non indubitanter. At non est violandum quod per se est bonum, vt votum, propter incertum, & per accidens 2. quia nulli sunt morbi, qui non possint alia via curari: vt testantur periti, & pii medici.

Octaua, impedire propensionem naturalem (qualis est ad gignendum) est aduersari authori naturæ.

Respondeo, duplicem esse propensionem naturalem hominis: vnam in rem absolutè, & secundum se consideratam, alteram in rem cum omnibus suis spectatam circumstantiis. Si enim (verbi gratia) morbum secundú se spectes, abhorrebis, si propter gloriam Dei, amabis. contra priorem facere non erit ilicò peccatum, sed contra posteriorem: quia sola est propriè propensio humana. Cœlibatus ergo soli priori repugnat: posteriori enim est maximè conformis, velut modus ad purius, & feruentius Deo seruiendi.

Nona, virginitas non est virtus, sed res indifferens. 1. quia virtus per se appetibilis est, virginitas tantum vt ad Deum relata. 2. omnis virtus contrarium vitium habet, virginitas nullum.

Respondeo, virginitatem non esse virtutem, vt est tantùm negatio quædam coniugii, vt autem est perfecta libidinis refrænatio, secluso voto, non esse quidem specialem virtutem, sed actum temperantiæ perfectum. Ad 1. probat. hoc posteriori modo virginitatem esse ap-

petibilem per se. Ad 2. Actus virtutum perfectos non opponi vitiis, sed tantum necessarios.

d Erasmi in colloquio Proci & Puellæ.

d Decima, pomarium melius est, quod post flores parturit fructus, vitis melior quæ amplexa palum, vel vlmum vuis est grauida, quam quæ humi iacens computrescit, rosa fœlicior, quæ manu atteritur hominis, quã quæ in frutice senescit, vinum fœlicius, quod bibitur antequam arescat. Denique vna virgo si nubat, poterit multas efficere virgines.

e ita Aug. libro de sancta virginitate cap. 10.

Respond. virginem Christi fructum centesimum habere, vlmo nobilissimæ scilicet Christo iunctam non humi putrescere sed grauidam Spirit. S. & castis Christi amplexibus tactam semper remanere floridam, cùm ipsa coniugia marcescant. *e* Nasci quidem virgines ex coniugio imò & scorto: non coniugii meritis, sed ex ordine, & bono naturæ. At virginem sacram, non nisi ex voto. [Deinde si virginem esse, nullius est excellentiæ, quid necessarium erit nubere vt procreentur virgines?]

Soluuntur ex Conciliis.

CAP. XXXIII.



VNdecima, *Quotquot (*inquit Concil. *a* Ancyr.) *virginitatem pollicitam præuaricati sunt professione contempta inter bigamos habeantur.* At 1. Bigamia non est peccatum. Ergo nec solutio virginitatis promissæ. 2. Concilium nō dirimit huius. matrimoniū, ergo legitimum erat. a *can.* 19.

Ad 1. part. minoris negatur consequens. 1. quia concil. non ait eos esse bigamos sed tantum eos inter bigamos reiicit in pœnam: & cum pœna culpam sequatur, constat eos verè peccasse. 2. quia eos præuaricatores, & professionis contemptores vocat. Ad secundam non dirimi matrimonium, quia nullum erat.

Duodecima, Concil. Gangren. can. 9. damnat continentes qui execrantur nuptias, can. 10. qui despiciunt coniugatos damnat.

Resp. damnare solùm qui execrantur nuptias vt malas & abominabiles, sicut patet ex textu.

Decimatertia, *Si qua se virgo* (inquit Concil. *b* Chalced.) *Deo dedicauerit similiter, & monachus, nō licet eis iungi nuptiis, si vero inuenti fuerint hoc facientes, maneant excommunicati. Statuimus verò, posse in eis fieri humanitatem, si ita probauerit loci Episcopus.* Id est (iuxta Petrum Martyrem) posse dispensari ab Episcopo, circa connubium. b *can.* 15. *aliàs* 16.

Sed hæc humanitas, de qua Concilium, non est indulgentia nuptiarum, sed absolutio ab excommunicatione, ante mortis articulum, si illi ad pœnitentiam venerint, vt exponit Concil. Triburiense, can. 23.

Soluuntur ex Patribus.

CAP. XXXIIII.



Ecimaquarta, Iustinus in Apologia meminit quidem continentiæ, sed non voti.

a apud Euseb.4. hist.22. in Ruffi. 23. Decimaquinta, *a* Dionys. Corint. monet Pinytum Episc. Gnosiorum, ne fratres compellat ad seruandam continentiam. Resp. quid inde? num propterea illam sponte suscipere ac vouere fas non erit?

b in cap. 9. Decimasexta, *b* Irenæus meminit vxoris cuiusdam Diaconi. Resp. 1. inde non colligi votum continentiæ illicitum esse. 2. Irenæum non dixisse huiusm. Diaconum non continuisse ab vxore, post susceptum ordinẽ. quare hoc testimonium nihil habet contra nos.

c 1. Pædag. 10. Decimaseptima, *c* Clem. Alexand. ait Christianos debere aut purè viuere, aut matrimonium contrahere. Igitur Monachi & sacerdotes impure viuentes contrahere debent. Resp. debere vitam emendare, & purè viuere.

d lib. de Monog. Decimaoctaua, *d* Tertull. tractans illud: *Volo iuniores nubere. Ad eas* (inquit) *dirigit, quales supra denotat, iuuenculas viduas, quæ in viduitate deprehensæ, & aliquandiu affectatæ, postquam in deliciis habuerunt Christum, nubere volunt, habentes iudicium, quod primam fidem resciderunt, illam videlicet à qua in viduitate inuentæ, & professæ eam, non perseuerant. Propter quod vult, eas nubere, ne primam fidem susceptæ viduitatis postea rescindant.* At vel loquitur Tertull. de viduis quæ vouerant, quod verisimile est: Nam ait ad eas Paulum dirigere sermonem, cum dicit, *Volo iuniores nubere.* Et sic licebit nubere post votũ: vel loquitur de his quæ minimè vouerant, & proinde eis non licebit vouere.

Res. cum ait Tertull. *Propter quod vult eas nubere, ne primam fidem susceptæ viduitatis postea rescindant,* apertè monere se loqui tantum de iis quæ non vouerant: sed neq.

de omnibus agit, sed solùm de iis quæ continere nolebant, neque illis imperat, sed tantùm consulit. Nã quæ semel vouerunt, & primam resciderũt fidem, id est, non perseuerauerunt in professione viduitatis, vt interpretatur Tertull. quomodo possunt nubere, ne primam fidem rescindant? cùm iam resciderint. Ad minorem, dirigere sermonem ad eas quæ vouerant, nihil aliud esse, quam eas respicere, & ex earum ruina aliis prospicere ne in simile periculum incidant.

Decimanona, Cypr. 1. ep. 11. loquens de virginib. sacris: *Quod si* (inquit) *ex fide se Christo dicauerunt, publicè & castè sine fabula perseuerent, ita fortes & stabiles præmium virginitatis expectent: si autem perseuerare nolunt, vel non possunt, melius est vt nubant, quam in ignem delictis suis cadant.* Ergo 1. licet post votum nubere. 2. sunt quidam qui continere nequeunt.

Negatur conseq. prima: nam sensus verborum posteriorũ Cypr. est: *Si dũ de voto faciendo deliberant, se nõ perseueraturas cogitant, melius est vt nubant, quam in ignem delictis suis cadant.* 1. quia in ead. epist. ait sacras virgines grauissimè peccare, si alicui misceantur viro, & adulteras in Christum esse. 2. ibid. loquens de huiusc. virginib. lapsis, iubet separari, nec posse matrimonium cum stupratoribus inire asserit. 3. dixit posse nubere si perseuerare nolunt, id est cùm possent, si vellent: alioquin si perseuerare nolle, est perseuerare non posse, frustra & ineptè subiunctiuè addidisset, *vel non possunt*. At quæ vouerunt & perseuerare possunt, nec quidem aduersarij concedunt nubere posse. Igitur cum ait Cypr. *si perseuerare nolunt*, &c. loquitur de virginibus antequam voueãt.

Ad 2. vide *e* supra. e *cap.* 31.

Vigesima, post narrationem abrogatæ legis à Constãtino, qua cœlibes priuabantur hæreditate, *f* Euseb. ait mulieres se ad perpetuam virginitatem Deo cõsecrasse. f 4. *de vita Constantini* 26.
Ergo hoc tempore cœpit solemnis consecratio virginũ. Resp. siue præmittat, siue non, nihil refert. Nam Euseb. non ait tunc se mulieres consecrasse: sed quia iam multi cœlibes viuebant, in horum fauorem hanc durã Constantinum abrogasse legem. g *Epistola ad Dracontium.*

Vigesima prima, g Athan. ait se nouisse Episcopos, &

monachos qui genuerint filios. Resp. & nos agnouisse vt Lutherum, Bucerum, &c. At ipsemet *h* Athanas. ponit inter impedimenta vitę monasticæ alligatum esse vxori aut habere filios.

h cohortatio. ad Monachos.

Vigesimo secundò, Basil. ait libro de virginit. præstabilius esse virgines sacras nubere, quam flagitiosę viuere. Mendacium.

i [Hic omittuntur quędā testimonia, quia vel solùm probāt nuptias esse bonas, vel in cœlibatu habendam esse virium ratione vel extra Eccl. nihil prodeße continentiā, corporis contemptū &c. vel non esse cogēdum ad cœlibatum: quæ admittimus libenter.]

Primò, ex ipso Basilii loco, *Nam* (inquit) *si abiecta viri iugo, & ad vitam, ad quam conseruandæ domus, & procreandorum liberorum gratia, facta est inutilis, & professæ virginitati pudenda futura est.* (Quæ autē est professæ virginitati pudenda futura, nisi quæ nondū vouit?) *tota res damni plena est. Et longè præstabilius esset ipsam viro coniunctam ad vitam gubernari, &c.* Secundò ex eod. libro, *Virginitatē professę, deinde à carnis voluptatibus incitatæ scortationis peccatum, nuptiarum nomine velare volunt, non ignorantes, opinor, etiam si ignorantiam simulent, quod quæ sponsi sui dexteram præterit, neque huius est sponsa, quam illegitimè reliquit: neque illius cui seipsam per affectū vitiosum adiunxit, iuxta leges, vxor reperiri potest.*

i Vigesima tertia. *Melius est* (inquit *k* Epiph.) *Lapsum à cursu, palam sibi vxorem sumere secundum legem, & à virginitate multo tempore pęnitentiam agere, & non quotidie iaculis sauciari.*

k hæres. 61.
l ibidem.

Resp. 1. videri velle Epiph. minus malum esse nubere post votum, quam perpetuò scortari, tamen ita nubere esse malum apertè fatetur. *Sancti* (inquit *l*) *Apostoli tradiderunt peccatum esse, post decretam virginitatem conuerti ad nuptias.* 2. [videri probabilius] Epiphanium loqui de his qui sine voto in cœlibatu flagitiosè viuebant, quos hortatur ad nuptias. Quia, *melius est* (vt ait) *vnum peccatum habere*, id est scortationem vnam, *quam multa*, id est scortationes multiplicare. Nam ibid. duo distinguit virginum genera, vnum sine voto, aliud cum voto. Nec est probabile Epiphanium hortari ad nuptias eos quos Apostolicas sanctiones ab eis excludere sciebat.

m [hic prætermittitur locus ex Chrysost. in oratione de cohabitationę regularium mulierum: vbi hortatur virgines vt potius nubant quam viris cohabitare. Nam loquitur apertè de nuptiis ante votum, quod tamen omiserunt Centuriatores Centur. 5. c. 4. col. 444. cum hoc testimonium producūt.

m Vigesima quarta, *Ergone* (inquit *n* Chrysost.) *in-*

n lib. 3. cōt. vituperatores vitæ Monast.

tem-

tempestiuè liberos nostros ab deserti commoratione reuocemus, verum studij cælestis disciplinam in eis solidam permittamus, altisque radicibus arbusta firmari; & siue decem annos, siue etiam viginti nutriendi illi sint in monasterio, non perturbemur.

Resp. fuisse duo genera hominum in monasterio, vnum profitentium vitam monasticam, & hi cum essent votis astricti redire nequibant: alterum eorum qui instruerentur tantum, & exercerentur, qui redire poterãt cùm nullis tenerentur votis, vt patet ex ipso Chrysost. dum hortatur ciues omnes, vt filios suos ad monasteria mittant, imò & illic ipsi coniugati aliquandiu commorentur. De posterioribus ergo istis tantùm Chrysost. loquitur.

Vigesimaquinta, *Sanctum Virginum propositum* (inquit o Hieron.) *& cælestis angelorumque familiæ gloriam, quarumdam non bene se agentium nomen infamat, quibus aperte dicẽdum est, vt aut nubant, si se non possunt continere, aut contineant si nolunt nubere.* Quæ verba nequeunt intelligi de iis quæ nondum vouerant, quia nemo infamat ordinem in quem non fuerit ascriptus.

o *epist. ad Demetriadem.*

Resp. loqui de ancillis sacrarum virginum, quæ cùm p votum non haberent, & tamen versarentur inter sacras virgines, parum pudicè viuebant vt constat ex sequentibus: *Digna res risu* (inquit) *immo planctu incedentibus dominis, ancilla virgo procedit ornatior, vt pro nimia consuetudine quam incomptam videris dominam suspiceris.* Ideo autem dominas infamabant, quia vt ibi ait Hieronym. *Mores, & studia dominarum plerumque ex ancillarum & comitum moribus iudicatur.*

p *vt patet ex epist. 22. ad Eustochiũ qua illam monet vt ex ancillis, si quas eiusdem habeat propositi magis honoret, si quæ dissimulat, & seruitutem refugit huic legẽdũ esse Apostolum, melius est nubere quã vri.*

Vigesimasexta, ex eod. q Hieron. *Si virgo es quid times diligentem custodiam? Si corrupta, cur non palam nubis? Non tibi displiceat eius conuersatio, quæ te sponso tuo virginẽ consecrauit.* Vnde patet loqui de sacra virgine.

Resp. loqui de quadam virgine, quæ priuatim continentiam vouerat (nam in ead. ep. ipsam hortatur vt se transferat in monasterium) deinde relicta vidua matre cuidam adhæserat iuueni, non sine suspicione impudicitiæ: eamque monet, vt minus eligat malum, id est potius quàm perpetuò scortari, nubat post votum simplex

q *ep. 47. de vitando suspecto contubernio.*

quia ratum erit matrimonium, quamuis nubendo peccet vt ipse docet Hieron. *Neque verò* (inquit) *hoc dico, quòd post peccatum tollam pœnitentiam, vt quod male cœpit, male perseueret, sed quòd desperem in istiusmodi copula diuulsionem.*

Viges. sept. ex Aug. 1. cum ait [r] esse difficile scire cur Deus, vni det continentiam, alteri non. Si enim in nostra potestate esset, facilè redderetur ratio: nimirũ quia vnus vult, alter verò minimè. 2. docet nuptias post votum esse ratas. 3. [t] non audet anteponere virginitatem Ioannis coniugio Abrahæ.

Ad 1. loquitur Aug. de dono [u] continentię efficaci, atque idem dici posset de dono fidei aliarumque virtutũ. Ad 2. agit de simplici voto. Ad 3. non confert virginitatem simpliciter cum coniugio, sed vnius personæ virginitatem cum alterius coniugio. Etsi enim præstet virginitas coniugio vt ipse fatetur [x] Aug. fieri tamen potest vt coniugium vnius cum maiori humilitate, aliisq. virtutibus incedat, quam alterius virginitas.

r de sancta virginit. cap. 40. & 41.

s libro de bono viduitatis, c. 9. & 10. ac ep. 70.

t libro de bono coniugali ca. 21.

u vide sup. c. 31.

x libro de bono coniugali cap. 23. Hic etiam testimonium Aug. ex 34. de S. virginitate omittitur, qui ait quasdam virgines sacras melius nubere quam vri: nam ead. est resp. atq. ad 26.

Viges. oct. [y] Gregor. *Ante triennium* (inquit) *omnium Ecclesiarum Siciliæ subdiaconi prohibiti fuerunt, vt more Romanæ Ecclesiæ suis vxoribus non miscerentur, quod mihi durũ atque incompetens videtur. &c.* Vnde 1. constat tunc non fuisse votum continentiæ annexum ordini sacro. 2. morem hunc continendi incœpisse ab Occidentali Ecclesiã, ignotum Occidentali. 3. Voluisse Gregorium hunc decretum temperare, & non potuisse quantum volebat. Sed hæ omnes consequentię sunt falsæ. Prima, quia non sequitur alibi quam in Sicilia non vouisse continentiã subdiaconos, imò ex abusu non vouebant in Sicilia, propterea enim iussit ibidem Gregor. nullum deinde admitti nisi continentiam voueret. 2. [z] patet sup. 3. quia summa præditus potestate Gregor. erat, nec verebatur hominum vultum, in iis quæ ad Deum spectabant.

y 1. ep. 42.

z in testimoniis Græcor. Patrum cap. 37.

Vigesima nona. [a] Gelasius loquens de viduis quæ cõtinentiam voueant. *Nos talibus* (inquit) *nullum laqueum debemus iniicere, sed solùm adhortationes præmij sempiterni, pœnasque proponere diuini iudicij, &c.* Respon. sensum esse proponendum viduis, antequam voueant, præmia si vouerint, & supplicia, si post votum, fidem non seruaue-

a ep. 1. cap. 23. ad Episcopos Lucaniæ.

tint, non autem eis tunc esse prohibendas nuptias, quod eis in laqueum vertatur.

De iuniorum votis.
CAP. XXXV.

Lutherus a contendit non esse viros ante 70. vel 80. an. admittendos ad monastica vota. b Caluinus fuisse nefas olim mulieres admittere ad continentiam ante an. 60. Primò, ex 1. Timoth. 5. *Adolescentiores viduas deuita*, id est, *reiyce*. Item, *volo iuniores nubere, &c.*

Secundò, Concil. Rom. sub Syluestro can. 10. prohibet velari sanctimoniales ante 72. Tertiò, c Gregor. id vetat ante 60.

Prima propositio: *Licet vota continentiæ, paupert. & obedientiæ in quacumque ætate emittere, si adsit vsus liberi arbitrij.* Probatur

Primò, Thren. 3. d *Bonum est viro cum portauerit iugum ab adolescentia sua.* Matth. 19. e *sinite paruulos venire ad me.*

Secundò, exemplis B. Mariæ, Antonii, Pauli, Hilarionis, Benedicti, Bernardi, Techlæ, Agnetis, Ceciliæ, Agathæ, Luciæ, Claræ, &c. qui in iuuentute continentiam sunt professi.

Tertiò, ex PP. f Athanasius ait pueros profiteri virginitatem edoctos à Christo. g Basil. in prima ætate esse pueros admittendos in monasterium, sed non ad professionem ante rationis vsum. Ambros. h *Non ergo* (inquit) *ætas reiicitur florentior, sed animus examinatur. Ac certe Techlam non senectus*, & c. i Hierony. epistola ad Eustochium k de virginitate. August. l *Respice agmina virginũ, puerorum, puellarumque sanctarum. In Ecclesia tua eruditum est hoc genus*, &c. & *propter regnum cælorum seipsos non quia minatus es, sed quia hortatus es, castrauerunt.*

Secunda propos. *Ad professionem publicam, seruanda est ætas, quam Ecclesia præscripsit.* Probatur, Ecclesię est præscribere leges quæ ad cultum Dei externum, & publicũ spectant: his autem legibus esse obtemperandum supra probatum m est.

a *libro de votis monasticis.*
b 4. *Instit.* 15. § 19.
c 3. *ep.* 11.
d *v.* 27.
e *versu* 14. ἄφετε τὰ παιδία, καὶ μὴ κωλύετε αὐτὰ &c nolite eos prohibere. κωλύειν πρὸς μὲ.
f *de humanitate verbi.*
g *in qq. fusé explicatis q.* 15.
h 3. *de virginib.*
i sed virtus probauit, & hinc quid plura contexã, cùm omnis ætas habilis Deo, perfecta sit Christo.
k *qua docet in cænobiis suo fuisse tempore omnis hominis ætatis.*
l *de sancta virginit.* 36.
m 1. *de Rom. Pontif. à ca.* 16.

Tertia, *huiusmodi præscriptio fuit varia in Ecclesia*. Probatur, Nam in Concilio *n* Cæsaraugustano, & *o* Agathensi iubetur mulieribus expectari 40. ann. ante publicam professi. in *p* Carthag.3. expectatur 25. nisi aliqua necessitas cogat vt exposuit Concil.*q* Mileuit. Gregor. I. *r* vult non esse aliquem recipiendum ad monasticam vitam in Insulis vbi est habitatio molestior ante 18. multi can. *ſ* ante 14. Concil. denique Tridentinum id vetat ante 16.

n *c.vltimo.*
o *can.*13.
p *can.* 4.
q *can.*26.
r 1.*ep.*48.
ſ *vt Can.* Ad nostram &c. *Significatum, extra de regulari. Conc.Triburens. can.*24. *permittit professionem ante* 12.

Ad 1. arg. *t* resp. supr. Ad 2. resp. fortasse locum esse corruptum: hoc enim nusquam fuit in vsu. 2. loqui tantum de virginibus quæ antequam vouerent, petierant viros: diutiùs enim erant probandæ.

Ad 3. loqui de Abbatissa tantum, *Iuuenculas Abbatissas* (inquit) *fieri vehementissime prohibemus nullam igitur*, u &c.

t *cap.*24.
u fraternitas tua nisi sexagenariam virginem, cuius ætas hoc, atq. mores exegerint, velari permittat.

Licere filiis, cùm ad annos pubertatis venerint nec eorum auxilio egeant necessariò parentes, ingredi religionem parentibus inuitis.

Cap. XXXVI.

Negant id hæretici, si parentes superstint. Primò, quia præceptum de obediendo parentibus in omni ætate obligat. Secundò, vxor non potest inuito marito, seruus domino, Religionem ingredi. Ergo neque filius inuito parente. Tertiò, *Quicumque* (inquit *a* Concil. Gangrense) *filij à parẽtibus, prætextu diuini cultus, abscedunt, nec debitam reuerentiam rependunt illis, anathema sint.*

a *can.*16.

Quartò, *b* Basil. negat filios esse recipiendos ad professionem monasticam, nisi offeratur à parentibus. Probatur tamen nostra propositio, Primò ex scriptura Gen. 12. *c* *Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo*

b *in qq. fuse explic. q.*15.

c *v.* 1.

Patris tui, d Deut.33. *Qui dixerunt patri suo & matri suæ: Nescio vos*, e *&c.* Psal.44. f *Obliuiscere populum tuum, & domum patris tui. Et concupiscet Rex decorem tuum.* Mat.10. g *Qui amat patrem vel matrem plusquã me, non est me dignus* Secundò ex sacris canonib. h Concil. Tolet. *Parentibus filios religioni tradere, non amplius, quàm vsque ad quartũ decimum eorum ætatis annum, licentia poterit esse: postea verò, an cum voluntate parentum, an suæ deuotionis sit solitariũ votum, erit filiis licitum, religionis assumere cultum.* Conc. Tribur. i can.24. Item. k c. *Cũ virum*, loquens de puella nubili: *Tunc quia liberum habet arbitrium in electione propositi, parentum sequi non cogitur voluntatem.*

Tertiò, ex PP. Chrysost. l *Cum spiritualia impediunt parentes, nec agnoscendi quidem sunt.* m Hieron. *Si quis te corripit quòd sis Christiana, quòd sis virgo, non cures quòd matrẽ deserueris, vt in monasterio inter virgines viueres: talis detractio, laus tua est.* n August. *Sed quid dicit* (scilicet mater) *aut quid allegat? forte decem illos menses, quibus viscera eius onerasti, & dolores parturitionis, ac labores educationis? hoc hoc interfice verbo salutari, hoc perde matris, vt in vitam æternã inuenias eam.* Gregor. homil.37. in Euangel. o Bernard. *Sola causa qua non licet obedire parẽtibus, Deus est.* Ipse enim dicit: *Qui amat patrem, aut matrem, &c.*

Quartò, rationibus, 1. *Cui licet maritum eligere, cur non licet Deum præferre?* p inquit Ambr. At licet filiis contrahere matrimonium parentibus inuitis. Ergo, & inuitis ingredi monasterium. 2. licet viro, inuita vxore, ingredi religionem ante consummatum matrimonium. q c. Verũ. & cap. ex Publico. Ergo & inuito patre. 3. quilibet ingenuus post annos pubertatis est sui iuris, in iis quæ ad personam, & statum suum pertinent. Quidni ergo tunc poterit vti suo iure? 4. magis est r obediendum Deo quã hominibus. Deus autem consulit perfectam vitam.

Ad 1. deberi parentibus duo à filiis obedientiam, & honorem, videlicet temporalia subsidia: primum debet exhiberi in Domino, vt loquitur s Paulus, & proinde nõ obligat, cùm pietatem impedit: secundùm, cùm sit affirmatiuum, non obligat nisi in casu necessitatis.

Ad 2. negatur conseq. nam neque vxor, neque seruus habent potestatem corporis sui, sed coniux & Dominus

d *v.9.*
e Hi custodierunt eloquiũ tuum, & pactũ tuum seruauerunt.
f *v.12. & 13.*
g *versu 37.* ὁ φιλῶν πατέρα, ἢ μητέρα ὑπὲρ ἐμὲ οὐκ ἔστι μου ἄξιος.
h *can. vltimo.*
i *habetur 20. q. 2. can. puella.*
k *de regularib.*
l *homil. 84. in Ioannem.*
m *ep. de suspecto contubernio.*
n *ep.38.*
o *epist.3.*
p *lib. de virgini.*
q *de conuersione coniugatorũ.*
r *Actor. 5. v. 29.*
s *Ephes. 6. v. 1.*

t *Luc.* 14. *v.* 26. filius autē est hac in re sui iuris, si peruenerit ad pubertatis annos.

Ad 3. loqui Concil. in illos qui Euangelij prætextu: t *Si quis venit ad me,& non odit patrem,&c.* parentes, vxores, & liberos, etsi indigerent maximè,deserebant.

Ad 4. loqui Basil. de filiis in minori ætate: *Eos* (inquit) *qui sub parentibus sunt, dùm ab illis ipsis adducuntur, coram multis testibus suscipiemus.*

Licere coniugatis ex consensu vouere continentiam.

CAP. XXXVII.



a *Petrus Martyr in* 1. *Corinth.* 7. *Centuriast. centur.* 4. *ca.* 10. *col.* 1304.

b 1. Corinth. 7. v. 5. μὴ ἀποστερεῖτε ἀλλήλους, εἰ μή τι ἂν ἐκ συμφώνου πρὸς καιρὸν, ἵνα σχολάζητε τῇ νηστείᾳ, ieiunio, καὶ τῇ προσευχῇ καὶ πάλιν ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνέρχησθε. c ὃ οὖν ὁ θεὸς συνέζευξεν, ἄνθρωπος μὴ χωριζέτω v. 6.

d *v.* 7.

Negant *a* hæretici, Primò,quia Paulus loquens de coniugatis: b *Nolite* (inquit) *fraudare inuicem, nisi forte ex consensu ad tempus, vt vacetis orationi,& iterum reuertimini in idipsum.*

Secundò, *Quod Deus coniunxit homo non separet.* Matth. 19. Affirmant Catholici Primò, ex ipsomet loco Pauli. Nā cum subiungit. *Hoc autem dico secundum indulgentiam,non secundum imperium,* non potest referri ad illud: nolite fraudari inuicem: ibi enim imperium est non indulgentia: neque ad illud, *Nisi ex cōsensu ad tempus,vt vacetis orationi.* Nam hoc indulgentia non indiget. Id enim dicitur indulgeri, quod non libēter conceditur, libenter autem concedebat Paulus abstinentiam à coniugio, cum dicat: d *Cupio omnes esse sicut meipsum.* Igitur referri debet ad illud *Iterum reuertimini in idipsum.* Ergo qui perpetuò continerent ex consensu, rem gratam Paulo facerent. At illi non poterat esse res grata nisi licita. Igitur &c.

e *sup. q.* 12.

f *ep. ad Ediciam*

g 9. *epist.* 39.

Secundò ex PP. e Basilio, *Eos* (inquit) *qui in coniugio matrimonii ad talem vitam accedunt, percunctari oportet, an ex consensu hoc faciant, &c.* August. f *Quod Deo pari consensu ambo voueratis, perseueranter vsque in finem reddere ambo debuistis: à quo proposito si lapsus est ille, tu saltem constantissime perseuera.* g Gregor. *Si verò vtrisque conueniat continentem vitam ducere, hoc quis audeat accusare, quando certum est, quod omnipotens Deus, qui minora concessit,*

maiora non prohibuit? Theodoret. 4. Histor. *h* 13. Hilarius Arelatens. epistol. *i* ad Augustinum, quæ preponitur libris de prædestinatione.

Tertiò, exemplis, Mariæ, & Ioseph, qui veri coniuges fuerunt *k* Mathæi. 1. Ammonis *l* & vxoris eius: Paulini, *m* & Tharasiæ: Maturiani, *n* & Maximæ: Eduardi Angliæ *o* regis, & eius vxoris: Henrici *p* 1. Imperatoris, & Kunegundis: Vrceoli Ducis *q* Venetorum & vxoris, sanctæ *r* Catharinæ Suecæ, & mariti eius: Boleslai *ſ* pudici regis Poloniæ, & [Kunegundis.] Alphonsi. *t* 2. Regis Castellæ & vxoris. Qui nusquam reprehensi fuerunt duntaxat ab Ecclesia, imò multi eorum claruerunt miraculis, vt Alphonsus, sancta Catharina, Vrceolus, &c.

Quartò, ratione. Nam tota causa cur non liceat coniugi vouere continentiam, est quod non habeat potestatem corporis sui, sed alter coniux. at hæc causa cessat, cum ex consensu fit votum.

Ad. 1. patet respons. ex 1. nostro argumento. Ad. 2. Resp. non solui etiam matrimonium per continentiæ votum teste August.

h *Quo laudat Pelagium Laodicensem Episcopum quod prima die nuptiarum continentiam cum vxore vouerit.*
i *Qua ait fratrem suum vouisse continentiam perpetuam cum vxore.*
k *v.* 20.
l *Apud Palladium. cap.* 8.
m *Apud Aug ep.*32.
n *Apud Victorem.* 1. *libro persecut. Vvandalicæ.*
o *Apud Surium tom.* 1. p *Sed secundi Regis apud Krantzium* 3. *cap.* 32. *suæ Saxoniæ* q *apud Volaterranum lib.*4. r *Apud eund. lib.* 21. ſ *Apud Ioannem Janitium.* t *Apud Volaterr. lib.*2.

Per vota solemnia solui matrimonium, ratum sed non consummatum.

CAP. XXXVIII.

HAc de re sunt duo errores Primus *a* Magdeburgensium, qui contendunt matrimonium nullo modo solui posse siue cõsummatum sit, siue non. Contra·

Primò, definitur cap. ex b *publico*, matrimonium ra-

a *Centur.* 1. *lib.* 2. *ca.* 12. *col.*637. *Kemnit. contra sess.* 24. *Trident. Concil. can.* 6.
b *De conuers. coniug. &* 27. *q.* 2. *can. Desponsatam.*

tum solui per monasticam professionem, non autem consummatum. Et Concil. Trident. *c si quis dixerit matrimonium ratum, non consummatum, per solemnem religionis professionem alterius coniugum, non dirimi: anathema sit.*

c *Sess.24. can.6*

Secundò, exemplis sanctæ *d* Techlæ. *e* Alexii, Cæciliæ, *f* Leobardi, qui ante matrimonium consummatum, sed ratum, perpetuam castitatem professi sunt.

d *Apud Epiph. hæres.78.& Ambros.lib.2. de Virginib.*
e *Apud Metaphrastem.*
f *Apud Gregor. Turonens.*

Tertiò, ratio docet licitum esse transire de statu minus perfecto, vt est coniugium, ad perfectiorem, vt est Religio, si id fieri queat sine vllius detrimento. At ante consummatum matrimonium, ita res se habet. Omne namque detrimentum quod oriri potest ex matrimonii solutione, est, vel ob prolem, quæ non tam benè educari poterit, vel quòd nequeat alteri nubere mulier, & quamuis posset, non tamen æquè benè cum non sit amplius virgo. At in matrimonio soluto ante consummationem neque est proles, neque minus æquè benè poterit alteri nubere mulier.

Dices pari ratione dirimetur matrimonium non consummatum ob sacrum ordinem, maximè ob Episcopatum. Cuius contrarium definiuit Ioan. *g* 22. Resp. non esse similem rationem. Nam coniugium repugnat per se professioni monasticæ, non autem ordini sacro, vel Episcopatui: sed tantùm, ex decreto Ecclesiæ.

g *Extrauag.* Antiqua concerta. *de voto.*
h 1. *Corinth.7.v 39.*

Quartò, in matrimonio duplex inuenitur vinculum, vnum spirituale, quod ex solo consensu nascitur, alterum carnale, quod ex copula oritur. Istud per mortem corporalem *h* dirimitur. Igitur & illud per ciuilem, qualis est monastica professio: qua quis opibus, & propriæ voluntati renunciat.

Obiicitur primò Math.19. & 1. Corinth.7. matrimonium insolubile dicitur. Hîc autem includitur, & ratum tantùm. 1. quia ratum est verè matrimonium, nec à cõsummato differt vlla essentiali differentia. 2. quia est verè sacramentum, significans Christi, & Ecclesiæ vnionem inseparabilem. 3. quia per ratum dat vir vxori potestatem corporis sui, & è contra. Ergo neuter potest inuito altero continentiam vouere.

Negatur minor. nam Deus non dixit: *Quod Deus*

coniunxit &c. nisi postquam dixerat: *i Et erunt duo in carne vna.* Ad 1. rationem: ratum, & consummatum, nõ differre quidem essentiali differentia, neque vt res perfecta, & operatio: alioquin pari ratione, antequam presbyter exerceat ordines dici posset sacerdotium ratum, & non consummatum: sed vt imperfectum ab imperfecto, sicut homo mãcus ab homine, cui nulla pars deest. Quod autem deest in matrimonio non consummato id solum facit matrimonium insolubile. Hoc enim sacram. triplicem significationem habet. 1. coniunctionis Christi cùm anima per gratiam. 2. cum Ecclesia per charitatem. 3. cum eadem per naturæ conformitatem. Prima sufficit ad constituendum sacramentum, & hanc habet matrimonium tantùm ratum: sed quia solubilis est coniunctio Christi cum anima per gratiam: ideò & matrimonium ratum solubile, quia verò simul illas alias significationes habet consummatum, quæ rem insolubilem significant, ideo consummatum est insolubile. vnde patet respons. ad 2.

i *Math. 19. v. 7.* ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν. *ex Genes. 2. v. 24.*

Ad 3. non teneri coniugem reddere debitum cum detrimento boni sui spiritualis, quando id fit sine detrimento alterius.

Secundus *k* error, est asserentium solui etiam matrimonium consummatum per ingressum Religionis. Primò, quia Basil. in quæstionib. fusè explicatis videtur dicere, virum inuita vxore posse ad religionem transire. Secundò, id fecit Theon. *l* Abbas, qui postea multis virtutibus, & miraculis claruit.

k *Ita Iustin. C. de Episcopis & clericis. l. final.*

l *Apud Cassianũ col. 21. cap. 9.*

Contra, Primò, Quando scriptura pronunciat matrimonium insolubile, non loquitur de non consummato. *m* Ergo de consummato intelligi debet, vel de nullo. Secundò ex can. ex publico supr. Tertiò, ex PP. Hierony. *n* reprehendit Cælantiam, quòd sine licentia viri Continentiam vouisset. *o* August. docet eos, qui ita faciunt debere nonobstante voto cogi ad reddendum debitum. Gregor. *p* reprehendit legem ciuilem quæ contrarium permittit: idem prohibent oct. synod. & Nicolaus. 1. ep. ad Carolum Regem ac decreta alia apud Gratian. 27. q. 2.

m *Vt probatũ est.*

n *Ep. 14.*

o *Ep. 45. & 199*

p *9. ep. 39.*

Ad. 1. resp. 1. fortasse loqui Basil. de matrimonio nõ

consummato. 2. si de consummato: non velle, absolutè posse inuita parte coniugem transire ad religionem: sed debere lachrymis & orationibus impetrare à Deo, vt hac in re prouideat, & partem inclinet ad consensum. Ad. 2. esse exemplum mirandum, non imitandum.

De Eremitis.

CAP. XXXIX.



Agdeburg. *a* reprehendunt Eremitas, Primò quod quasi odio humani generis in solitudines recesserint, contra illud Math. *b* 24. *Ecce in deserto est, nolite exire.* Et Hebr. *c Non deserentes collectionem.* Secùdò, quòd deseruerint officia charitatis mădata à Deo contra illud, *Adiuuemus* d *nos inuicem:* nec enim Eleemosynam, aut visitationē ægrotorum exercere possunt.

Tertiò, se exposuerunt multis periculis, & tentationibus contra illud: *e Non tentabis Dominum Deum tuum.* Quartò, quòd sui ipsius fuerint homicidæ, nimiis ieiuniis, aliisque afflictionibus contra illud *Habeto f honorem corpori.* Quintò, quòd stulto labore seipsos vexauerint, vt Simeon stylites, qui in altissima columna pluribus annis vixit.

At vitam Eremiticam esse sanctam, ac Deo gratam probatur. Primò exemplo Heliæ quem vehementer laudat scriptura, qui *g* vt plurimum versabatur in Carmelo monte, semper pilis induebatur, zona pellicea præcinctus. Secundò exemplo Ioannis Baptistæ, quē, & Heliam dicunt *h* PP. fuisse Eremitarum principes.

Respondent. 1. *i* Ioannem habitasse reuera cum suis parentibus. Sed ideò dici habitasse in deserto, quia domus parentum suorum erat, in montanis Iudææ, qui locus vulgo dicebatur desertum.

Contra. 1. *k* dicitur Ioannes latitasse in desertis vsque in diem ostensionis suæ ad Israel. Et petunt *l* ab eo Iudæi quis esset. At si habitasset in domo paterna,

a *Centur.* 4. & 5. *cap.* 6. & 10. Caluin. 4. *Inst.* 13. §. 16.
b *V.* 26. ἰδοὺ ἐν τῇ ἐρήμῳ ἐστί, μὴ ἐξέλθητε.
c 10. *v.* 25.
d *v.* 24. *cap.* 10. *ad Hebr.*
e *Math.* 4. *v.* 7. οὐκ ἐκπειράσεις κύριον τὸν θεόν σου.
f *Coloss.* 2. *v. vlt.*
g 4. *Regum.* 1.
h *Nazianz. in Apologia postquam ex fuga rediisset, Chryso. homil.* 96. *in Math. Hiero. partim ep. ad Eustoch. de Virginit. custod. partim epist. ad Paulinum de institutione monachi, Isidor.* 2. *cap.* 15. *de officiis diuinis.*
i *Centuria. Centur.* 1. *lib.* 1. *c.* 10. *col.* 357.
k *Luc.* 1. *v. vlt.*
l *Ioann.* 1.

eum facilè antea cognouissent filij Israel. 2. *m factum est verbum Domini super Joannem in deserto, & venit in omnem regionem Iordanis:* (quam Mathæus desertum *n* vocat) *prædicans Baptismum pænitentiæ.* Idest venit de deserto in desertum. At nulla erat ratio quare Lucas, secundum desertum vocaret regionem, si æquè erat desertus locus, ac is vnde exiit Ioannes.

Respondent. 2. Ioannis vestem fuisse quidem ex pilis cameli, sed benè contextam, quali homines tunc ordinariè vtebantur.

Contra. *Quid o existis in desertum videre* (inquit Christus) *hominem mollibus vestitum? Ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt.* Quomodo ergo Ioannes vestiebatur mollibus?

Respond. 3. cibum Ioan. non fuisse locustas, sed genus quoddam cancrorum prohibitorum in lege, quos propterea piscatores proiiciebant, sed quibus libertate Euangel. vteretur Ioannes. Contra. 1. Græca vox ἀκρίδες nihil significare potest, nisi vel locustas, minuta animantia, vel herbarum summitates. 2. p *Venit Joannes non manducans panem neque bibens vinum* id est vtens adeo tenui victu, vt nullo vti videbatur. At quomodo id, si his cancris, optimis piscibus vescebatur? 3. quia Magdeburgensib. duntaxat repugnant *q* PP.

Secundò probatur vita Eremitica ex *r* PP. Basilius comparat illam martyrio *ſ* Nazianz. eam vocat cælestem vitam, *t Christi partem, fructus passionum Christi, religionis Christianæ columen, populi decus, mundi fundamentum, cum cœlestibus pulchritudinib. elegantiam propemodum certantē.* Chrys. *u Si quis nunc* (inquit) *ad Aegypti veniat solitudinem, paradiso prorsus omnem illam Eremum videbit digniorem, & innumeros Angelorum choros in corporibus fulgere mortalibus x* Hierony. *O desertum, Christi floribus vernans, ô solitudo, in qua illi nascuntur lapides, de quibus in Apocal. ciuitas magni regis exstruitur, ô Eremus familiarius Deo gaudens! y* Augu. *Nihil de iis, qui secretissimi penitus ab omni hominū conspectu, pane solo, & aqua contēti desertissimas terras incolunt, perfruētes colloquio Dei, cui puris mētibus inhæserūt. z* Iust. *Solitaria vita, atq; in ea contēplatio res planè sacra est, & quæ suapte natura animas ad Deum adducat.*

m *Luc. 3. v. 2.* ἐγένετο ῥῆμα θεοῦ ἐπὶ Ἰωάννην τὸν τοῦ Ζαχαρίου υἱὸν ἐν τῇ ἐρήμῳ, v. 3. καὶ ἦλθεν εἰς πᾶσαν τὴν περίχωρον τοῦ Ἰορδάνου κηρύσσων βάπτισμα μετανοίας.

n *Cap 3. v. 1.*

o *Math. 11. v. 8.* Τί ἐξήλθετε ἰδεῖν [εἰς τὴν ἔρημον] ἄνθρωπον ἐν μαλακοῖς ἱματίοις ἠμφιεσμένον, ἰδοὺ οἱ τὰ μαλακὰ φοροῦντες, ἐν τοῖς οἴκοις τῶν βασιλέων εἰσίν.

p *Luc. 7. v. 33.*

q *Euseb. 9. demonstr. cap. 5.*

r *Hierony. epist. 4. ad Rusticum,* & *Bernar. serm. de Ioan. Baptist.*

ſ *Ep. ad Chilonē.*

ſ *Apolog. pro fuga sua.*

t *Ep. ad Hellenium.*

u *Homil. 8. in Math.*

x *Ep. 1. ad Heliodorum.*

y *Lib. 1. de morib. Eccles. 31.*

z *Nouell. 133.*

Tertiò, ex effectu, nam veteres eremitæ magna ex parte in viros perfectissimos, & miraculis clarissimos euaserunt, vt testantur *a* scriptores vitarum eorum?

Quartò, vita *b* eremitica est fastigiũ religiosæ vitæ si hæc ergo perfecta, & Deo grata, quanto magis illa.

Quintò, cõtẽplatio est optima pars *c* teste Chrysto. Ad hanc autem optimum medium est solitudo, quæ omnem strepitum rerum distrahentium animum procul arcet. quare Dominus vt suo nos doceret exemplo, cum orare vellet secedebat solus *d* in montes, & loca deserta: medium etiam, optimũ ad eam est ieiunium 1. quia *e* vbique in scripturis iungitur orationi 2. quia reddit puriorem animam: nam teste *f* Galeno, animæ voluptatib. deditæ, in multo demersæ sanguine, tanquam in luto, nihil subtile contemplari possunt. *g* Vnde sacerdotes Ægyptij vt vacarent contemplationi syderum, neque vxores habebant, neque vllum propinquum videbant, & cibo vtebantur tenuissimo.

Sextò, gratissima est Deo victoria cupiditatum, & patientiæ exercitatio, ac fructus dignos pænitentiæ ferre. Quæ omnia præstat austeritas solitariæ vitæ.

a *Athanas. Hie-Palladius. item Cassian. in collat. Theodor. in historia Religiosa Euagrius 1. c. 21. & 4. c. 7. &c.*
b *Hieron. ep. ad Rusticum Aug. sup. 3. ca. Benedictus in Regula cap. 1.*
c *Luc. 10. v. vlt.*
d *Luc. 5. v. 16.*
e *vt Tobiæ 12. v. 9. Matth. 17. v. 21. Luc 2. v. 37.*
f *exhortatione Medicinæ.*
g *teste Hierõn. 2. in Iouinianũ.*

Ad 1. negatur: nã Eremitæ secedunt in solitudinem ob vitæ purioris, & perfectioris studium. Testimonium verò ex Math. intelligitur ad literam de Antichristo, mysticè de hæreticorum dogmatibus, qui Christum inuenire volunt in quibusdam sensibus scripturarum planè inuiis, & desertis. Testimon. ex 10. Hebræor. solùm arguit eos qui ex odio, vel inuidia non conueniebant in Ecclesiam, quia nimirum non haberent optatum sibi locum, & ideò conuenticula faciebant.

Ad 2. maxima præstare officia charitatis, per orationes suas quibus totam iuuant Ecclesiam: nec ad alia tenentur, nisi se se offerret necessaria occasio.

Ad 3. exponere se periculo simpliciter non esse peccatum: alioquin nauigare, vel militare nulli liceret: sed temerè se exponere, conscium scilicet propriæ debilitatis.

Ad 4. negatur, cùm nonobstantibus his afflictionibus carnis, diutissimè vixerunt Eremitæ cum magna vtilitate spirituali, quod est sufficienter honorem cor-

pori habere : is enim solùm requirit vt corpori nõ substrahamus necessaria, & sine vtilitate, vel necessitate non affligatur.

Ad quint. negatur : nec est nouum fieri quædam instinctu spiritus Sancti, quæ hominibus stulta videntur, vt nudum incedere per ciuitatem Isaiæ 20. cathena lignea seipsum circũdare Hiere. 28. comedere panem in fimo bouino coctum, & per dies 390. dormire super latus sinistrum, & per 40. super dextrum Ezech. 4. &c. cuius generis est illud factum Simeonis stylitæ teste *h* Theodoret gratissimum enim fuisse Deo Simeonem patet 1. ex miraculis 2. ex conuersione innumerabilium hominum ad Christianismum 3. prædictione futurorum.

h *in Apologia, pro Simeone.*

De antiquitate, & ratione tonsuræ monachorum.

CAP. XXXX.



Ntiquitas habitus. *a* Dionys. *sacerdos* (inquit) *signo crucis eum consignatum* (scilicet monachum) *tondet, omnique veste detracta eum alia induit.* *b* Eusebius scribit, ex Egesippo, Iacobum fratrem Domini nusquam vsum lanea veste, sed syndone linea. *c* Athanas. monet sanctimonialem vt fuscam gerat vestem Basil. *d* Multa tractat de habitu monachi. *e* Chrysostomus ait monachos imitari habitu Heliam, & Ioannem, *f* Palladius docet vsas sanctimoniales, suo tempore, cucullis *g* Tertullian. meminit habitus Deo dicati quo vtebantur sanctimoniales *h* Ambros. *si forte* (inquit) *Christianus vir attentior sacrosanctæ religionis vestem mutauerit, indignum facinus appellant.* loquitur de Paulino, qui ex senatore factus fuerat monachus, & eo multos gentilium senatorum offenderat *i* Hierony.

a *6. Eccl. Hier.*
b *2. histor. 22. in Ruff. 21.*
c *lib. de Virgin. ante medium.*
d *ep. 1. ad Gregorium.*
e *homil. 69. in Math.*
f *cap. 41. hist.*
g *de velandis Virginib.*
h *6. ep. 36.*
i *Ep. 15.*

Tunicam (inquit) *fuſciorem induta ſe repente Domino conſecrauit* *k* Auguſt ait peccatum eſſe ſi vel ſanctimonialis gerat ornamenta nuptarum, vel nuptæ virginum gerant veſtes. Concil. *l* Gangrenſ. circa an. 324. reprehendit monachos qui ob habitum ſuperbiebant, & alios contemnebant Chriſtianos *m* Carthagin. 4. diſtinguit habitum laicalem à religioſo.

Ratio habitus. mutatio veſtis *n* ſignificat mutationem vitæ. certus & peculiaris habitus eſt 1. *o* ad deſignandam profeſſionem vitæ 2. ad internoſcendos ab aliis monachos deſeruit. *p* Cucullus, ſignificat ſimplicitatem, & innocentiam infantilem, ad quam monachi redire cupiunt. Infantes enim dum adhuc in faſciis verſantur, velis quibuſdam, quaſi cucullis teguntur. *q* Veſtis horridá, tum ad agendam pœnitentiam, dum ad contemptum eſt mundi.

Antiquitas Tonſuræ. Dionyſ. ſupr. *r* Anicetus iubet radi caput in modum ſpheræ *ſ* Athanas. *t* Pallad. *u* Hierony teſtantur conſueuiſſe ſanctimoniales tonderi. *x* Epiph. & *y* Auguſt. reprehendunt monachos, qui more aliorum nolebant tonderi *z* Hierony. & *a* Aug. meminerunt tonſuræ ſacerdotalis *b* Iſidorus dicit eſſe ab Apoſtolis tonſuram, & coronam clericorum, & monachorum *c* Beda ſanctum Petrũ geſtaſſe primum coronam capillorum, toto reliquo capite detonſo, & ad eius imitationem omnes clericos, & monachos idem ſuſcepiſſe. Concilium *d* Carthag. 4. prohibet clericos alere comam, aut barbam *e* Tolet. 4. clericos iubet toto capite detonſo, ſolum circulum capillorum ſupra aures relinquere. *f* Iuſtinianus diſtinguit tonſuram nouitiorum a tonſura profeſſorum.

Ratio tonſuræ. *g* 1. ad exprimendam imaginem ſpineæ coronæ Chriſti, in iis qui ſpecialius Chriſtum patientem imitari volunt *h* 2. ad ſignificandum, debere clericos, & monachos omnia ſuperflua, & præcipuè vitioſas cupiditates amputare, vt ſic maneat vertex, id eſt animus liber, & apertus diuinis contemplationibus, & illuſtrationibus. 3. ad ſignificãdam regalem dignitatem, quandoquidem ſeruire Deo regnare eſt. *i* 4. vt inſinuetur, illa nudatione capitis, vita pura, & aperta, quam

k 6. *contra Fauſtum.* 9.
l *can.* 12.
m *can.* 104.
n *Diony.* 6. *Eccl. Hierar.*
o *Baſil. in qq. fusè explic. q.*
p *Caſſ.* 1. *de inſt. cænobiorum.*
q *Caſſ. & Hier. ſup.*
r *ep. ad Gallos.*
ſ *lib. de Virgin.*
t *ſup. cap.* 41.
u *ep. ad Sabinianum.*
x *hæreſ.* 80.
y *de opere Monachorum c. vlt.*
z *ep. ad Aug.*
a *ep.* 141.
b 2. *de officiis diuin.* 4.
c 5. *hiſtor. Anglor.* 22.
d *can.* 44.
e *can.* 40.
f *in Authenticis coll.* 7. *tit.* 5. *c.* 2. & 3.
g *Beda. ſup.*
h *Iſidor. ſup. & Rabanus.* 1. *de inſt. Cleric.* 3.
i *Diony. ſup.*

monachus exhibere debet 5. in signũ pœnitentiæ. Nam antiquitus pœnitentes non nisi tonsi recipiebantur. Ex quibus constat mentiri *k* centuriastas, dum aiunt habitum, & tonsuram monach. res superstitiosas esse, nec conformes scripturæ ac vsui purioris Ecclesiæ. *k cent. 4. cap. 6. col. 467.*

Obiicitur Primò, leuit. 19. *l* *Non attondetis comam in rotundum.* Secundò, leuit. 21. *m* de sacerdotibus dicitur. *Non radent caput, nec barbam.* idem prohibetur Ezech. 44. Tertiò Hieremias ridet *n* idolorum sacerdotes habentes caput & barbam rasam. Quintò, *Docete* (inquit *o* Optatus.) *vbi vobis mandatum sit radere capita sacerdotibus, cum è contrario tot sint exempla proposita fieri non debere?* l *v. 27.* m *v. 5.* n *Baruch. vlt. v. 30.* o *contra Parmenianum.*

Ad 1. resp. 1. monachos non tondere comam in rotundum, hoc enim non est scindere, sed ornare comam 2. Deum neque id reprehendere simpliciter, sed si fiat prauo animo, vt in cultum dæmonis, gentilium more.

Ad 3. non præcipi sacerdoti leuit 21. ne caput radat absolutè, sed ne in morte alicuius propinqui, in signum doloris: voluit enim Deus sacerdotes esse constantiores cæteris. Ezech. vers. 44. prohibetur tantùm, ne viderentur sacerdotes Dei, similes sacerdotib. gentilium qui toto capite raso idolis sacrificabant. Nam alioquin *p* Ezechiel qui sacerdos erat, iubetur a Deo radi, & *q* Nazaræus completo tempore consecrationis suæ. p *Ezech. 5. v. 1.* q *Num. 6. v. 18.*

Ad 4. id non ideò solũ, quod haberent caput & barbam rasam: sed quia in honorem ligneorum Deorum, qui cultores remunerare nequirent.

Ad 5. rasuram reuera tunc non fuisse in vsu, sed tantum tonsuram, vnde Clem. *r* Alexandr. *Pili tondendi sunt, non nouacula, sed tonsorũ forcipibus:* quod adhuc vigerent sacerdotes Isidis, qui radebant caput. Cum autem iam cessauerit huiusmodi causa, rasura potuit meritò introduci. r *Pedag. 11.*

Licere Monachis manibus laborare.

CAP. XXXXI.



ID negabant *a* Messaliani, & Euchitæ, quòd deberent monachi in Dei confidere prouidentia, & ex alienis viuere laboribus.

Primò, ex Mat. 6. *b* *Nolite solliciti esse animæ vestræ dicentes, quid manducabimus.* Secundò *c* Ioan. 6. *Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternã.* Refelluntur, Primò, Actor 20. *d* *Ad ea* (inquit Paulus) *quæ mihi opus erant, & his qui mecum sunt, ministrauerunt manus istæ.* [Quod nequit intelligi per laborem prædicationis, & orationis, nam non rectè dixisset ministrauerunt manus, sed potius *e* ministrauerunt mens aut lingua.]

Secundò, 1. Corinth. 9. ait se operatum ob victum, cùm ad id non teneretur. At ad Euangelij prædicationem tenebatur.

[Tertiò, Actor 18. v. 3. dicitur Paulus tunc exercuisse artem scenofactoriam, cum Aquila Pontico]. Ergo si nonobstante fiducia in Dei prouidentia, licuit Paulo laborare manibus ad victum, quidni & monachis?

Ad 1. & 2. non prohiberi moderatam victus sollicitudinem, sed tantùm immoderatam, & superfluam, quæ contingit 1. cùm quis ponit in quærendo cibo suum vltimũ finem. Primũ enim quærendum est regnũ Dei, propterea dicitur: *Operamini cibum qui non perit* &c. 2. cum quis vix credit sibi affuturum Deum, etiãsi quod in se est faciat, propterea dicitur: *Nolite solliciti esse animæ* &c. 3. cum quis adeò sollicitus est, vt de rebus cra-

a *apud Epiph. hæres.* 80.
b *v.* 25. μὴ μεριμνᾶτε τῇ ψυχῇ ὑμῶν τί φάγητε, καὶ τί πίητε.
c *v.* 27.
d *v.* 34.
e [*Quãuis artifices omnes, quorum opus & proximus finis, totus corporalis est, dicantur laborare manibus, etsi forte pedibus etiam: tamen, concionator facilè dici non posset ita laborare; tũ quia opus suum moraliter est spirituale magis: tũ quia, fortasse, cui nullomodo essent necessariæ manus ad opus, non diceretur operari manibus, vix enim inuenies artifices quibus manus non requirantur ad opus. Deinde quidquid sit vsus nusquam id obtinuit. certè cum distinguere volumus artifices a literatis illos vocamus manuoperarios quod Galli dicunt* manouuriers.]

stini,

ſtinis grauiter cogitet, quæ tempeſtatiuè craſtina die examinarentur, cui obiicitur illud: *Nolite ſolliciti eſſe de craſtino.*

Non teneri monachos ad laborem manuum magis quam quoſuis ſæculares.

CAP. XXXXII.



Teneri affirmant *a* Guilielmus de ſancto amore, Vviclef. & *b* Caluin. Primò, Paulus *c* præcepit Chriſtianis labore manuum quærere victum: vel ergo eſt verè præceptum, vel conſilium: ſi prius obligat etiam monachos; ſi poſterius ergo qui conſilia obſeruant, cuiuſ. ſunt monachi, & illud ſeruare tenentur.

Secundò, *d* Auguſt. docet Religioſos teneri ad implendum hoc Apoſtoli præceptum.

Tertiò, quia teſte *e* Epiph. *f* Hierony. *g* Augu. *h* Caſſian. omnia antiqua monaſteria benè inſtituta ſecundum legem Apoſtoli, laborabant manibus.

Contraria tamen opinio eſt vera Primò, ſi ita operari eſt præceptum æquè obligat ſæculares, ac Religioſos omnes quod nullus affirmat: ſi cõſiliũ. Ergo ſolùm obligat eos qui ſe ad id ſpõtè obligarũt, cuiuſmodi non ſunt iam communiter Religioſi. 2. vel id præceptũ eſſet naturale vel poſitiuum. Si prius, vel abſolutè obligat, & tunc non obligat ſingulos, ſed tantùm Rempub. in qua debent eſſe alij opifices, alij iudices &c. & hac in parte non competit religioſis laborare manibus, ſed orare, pſallere &c. vel obligat in certis caſibus, hi autem ſunt 1. ſi quis nihil habeat vnde viuat, nec poſſit licitè habere niſi operando. 2. ſi quis non poſſit alteri prouidere de cibo, niſi operando. 3. ſi nequeant niſi operando vitari ocium vel tentationes. At hi caſus non minus obligant ſæculares, quam religioſos. Si poſterius, oſtendant vbinam illud ſit poſitiuum præceptum.

a *apud Vvald. 4. doct. ar. 2. ca. 22.*
b 4. *Inſtit. 13. §. 10.*
c *Epheſ. 4. v. 28. 1. Theſſ. 4. v. 11.*
d *libro de opere Monach. c. 17.*
e *hæreſ. 80.*
f *ep. 4. ad Ruſt.*
g 1. *de moribus Eccl. 31.*
h 2. *ca. 3. & li. 3. cap. 2. de Inſtit. Cænobior.*

Ad 1. resp. 1. Paulum scribere tantùm ad sæculares: vt patet, & maximè iuxta aduersarios, qui volūt tunc temporis nullos fuisse monachos. 2. numquam præcipere absolutè, esse operandum, sed solùm ad euitandum furtum, scandalum, vel otium.

Ad 2. August excipere a labore manuum. 1. qui Ecclesiastica ministeria exercent, quales sunt nunc mendicantes. 2. qui in sæculo diuites, bona sua pauperibus dederunt: solū ergo eos qui in sæculo viuebant ex opificio & in religione sibi solis vacāt, obligat, si operando non impediantur a maiori bono, & non operando, perniciosè ociosi degant: si enim quis eorum vellet perpetuò orare, aut legere, & inueniat qui gratis taliter alat: quidni id poterit facere?

Ad 3. resp. non omnes antiquos monachos laborasse manibus: vt patet ex Sulpitio in vita Sācti Martini: qui verò laborabant, id ex cōstitutione regulæ habebant 1. quia se nō poterāt aliter sustentare, nec enim habebāt prædia, nec populo seruiebant, vt honestè peterent alimenta nec eleemosynæ satisfecissent, ob magnum monachorum numerum. 2. quia huius. monachi cùm non essent clerici, excepto abbate, nōn erant aliter satis occupati.

Licitum esse Monachis viuere ex bonis patrimonialibus in communi.

CAP. XXXXIII.



PRobatur Primò, ex vsu Religiosorum tempore Apostolorum Actor. 4. Item Augustini tempore, qui ep. 109. ad sanctimonial. *Quæ aliquid habebant* (inquit) *in sæculo, quando ingressæ sunt monasterium, libenter velint illud esse commune* Benedicti qui a *Bona quæ fuerant monachorum suorum non sinebat alio deriuari, quam ad sua monasteria. vt inde multos Dei seruos alere posset* b Bernardi qui, *Ostenditur* (inquit)

a *in Placidi vita*

b *ep. 1.*

terra quæ cum illo & pro illo dicitur, data fuisse loquitur de monachis. Secundò ex legibus [c] Iustiniani, quibus statuitur bona eorum, qui monachi fiunt, eo ipso ad monasteria pertinere.

c *In Authenticis coll. 1. cōst. 5. §. illud quoq; & coll. 9. const. 15. si qua mulier.*

Licitum esse Monachis viuere ex rebus sponte donatis.

CAP. XXXXIIII.

PRimò, [a] Aug. per cedros psal. 103. intelligit homines potentes, & diuites: per passeres, religiosos: per nidificationes in cedris, monasteria a diuitibus sæculi exstructa. Secundò, [b] Hieron. laudat Paulam quod ex rebus suis quatuor ædificauerit & sustentarit monasteria. Et constat ex Ioan. [c] Diacono B. Gregorium septem monasteria ex patrimonio suo erexisse, & prædiis donasse. Multaque similia produci possent de Carolo magno, Carolo 4. Henrico 2. &c.

a *in eund. psal. conc. 3.*

b *ep. 27.*

c *lib. 1. c. 5. & 6. vitæ Gregorij.*

Licere Monachis ex mendicitate viuere.

CAP. XXXXV.

ID negant [a] Guilielmus de sancto amore, [b] Desiderius Longobardus, [c] Giraldus de abbatis villa [d] Vviclef, Richardus [e] Episcop. Armacanus [f] Lutherus, Brentius confess. Vvitemberg. cap. de votis Monast. Id approbant [g] Innocent. 3. [h] Honor. 3. Gregorius. 9. Innocent. 4. Alexand. 4. Nicolaus. 4. & [i] Concil. Lugdunense ac probatur.

a *apud Antoninum p. 4. tit. 11. ca. 7. §. 5.*

b *apud d. Thom. opusc. 19.*

c *apud Bonauēt. in Apologia pauperum.*

d *apud Vvald. 4. arg. 2. doct.*

e *serm. 4.*

f *art. vlt.*

g *teste Bonauēt.*

h *vt refert. Ioā. 22. in Extrauag. Quia quorumdam de verborū significatione in. 6.*

i *teste Nicolao 4. c. Exiit de Verborum signific.*

k v.23. Primò, quia Christus verè mendicus fuit 1. ex psal. 39.
l v.15. [k] *Ego autem mendicus sum & pauper*. psal. 108. [l] *Quia*
m ebiōn vel ĕsion. *persecutus est hominem inopem & mendicum*. vtrobiq; enim
est vox [m] אביון quæ habetur Deutero. 15. [n] *Non erit*
n v.4. *in te mendicus* & vterque psalmus intelligitur de Chri-
o v.5.6.7. sto: Nam de eo, priorē allegat Paulus [o] Hebræorum 10.
p v.10. posteriorem Petrus Actor. [p] primo. 2. ex 2. Corinth. 8.
q v.9. [q] *Propter vos egenus factus est* ἐπτώχευσε quòd propriè
r v.58. mendicare significat 3. quia Dominus non habuit pos-
sessiones neque proprias, neque communes, [r] Luc 9.
non operabatur manibus vt constat, natus est in do-
mo aliena, vixit in domibus, & rebus alienis, equitauit
in iumento alieno, & sepultus in alieno sepulchro, quid
est hoc nisi mendicum esse?

Respond. Armacanus Primò Christum non fuisse mendicum, sed pauperem non amore paupertatis, sed necessitate: quia scilicet Adamo succedebat in dominio originali, cui repugnabat habere proprium quia diuisio post peccatum introducta est: & mendicare, quòd nulli tunc fuissent mendici, quia tamen post peccatum eo dominio vti nō poterat Christus, cùm bona trāsiissent in proprietatem diuersorum, propterea coactum fuisse necessitate egere.

Secundò, si mendicus fuit, id mirandum non imitandum, sicut quod fine cibo & potu ieiunarit 40. diebus & noctibus.

Ad primum, sicut post peccatum communitas omnium bonorum periit per diuisionem terrarum iustè introductam, sic & dominium commune, cumque ideò non fuissent egeni in statu innocentiæ, quia omnia fuissent communia, ideò nunc sunt egeni, quia bona communia non sunt: Et quia sunt egeni, ideò & mendici. Quia verò Christus facilè ditescere poterat si voluisset: ideò ergo fuit voluntarie pauper, & mendicus.

Ad 2. nos imitari posse Christum vbi non exigitur miraculum: ieiunare vt fecit, fieri non potest fine miraculo: mendicare, fieri potest.

Secundò, Apostoli reliquerant omnia Math. 19. &
s v. 9. dicitur eis [s] Matth. 10. *Nolite possidere aurum, neque argentum in zonis, nec duas tunicas* &c. Non operabantur

(excepto Paulo) manibus: ergo viuebant ex liberalitate eorum, quibus prædicabãt. Talis est autem mendicantium vita.

Resp. primò, hoc Math. 10. præceptum fuisse reuocatum à Domino 1. quia Luc. 22. [t] *Nunc* (inquit) *qui habet sacculum tollat, similiter & peram.* 2. quia extremo tempore habuit pecunias. t v. 36. ὁ ἔχων βαλάντιον ἀράτω, ὁμοίως, ϗ πήραν.

Secundò, id fuisse præceptum non consilium. Ergo non pertinet ad mēdicantes, qui se dicunt cõsilia sequi.

Tertiò, Apostoli, ex iustitia [u] petebant à populis victum. Mendici eo modo petere non possunt. u *Mathæi* 10. *v.* 10. *&* 1. *Corinth.* 9. *v.* 7.

Ad primum Resp. 1. siue reuocauerit, siue non Christus, sufficere aliquando id instituisse: non enim potuit instituere aliquid, nisi licitum 2. nihil reuocasse præter id: [x] *In viam gentium ne abieritis.* Ad 1. probationem, non iubere Dominum vt id fiat, sed solum monere ita fore perturbatos Apostolos tempore passionis suæ, vt similes sint, iis, qui nulli fidunt amico, & ideò sibi ipsis prospiciunt: ad 2. [y] vtramque vitam voluisse Dominum suo approbare exemplo, nimirum, & quæ nihil habet in particulari, & in communi, excepto vsu rerũ donatarum, & quæ habet saltem in communi. Sed cùm vnam instituit, alteram non destruxit. x *Math.* 10. *v.* 5. y *Ita Nicolaus.* 4. *in c. ex iis de verbor. signif. in sexto.*

Ad 2. quidquid sit ratione populi: id tantùm ratione prædicatorum fuisse consilium: nam Paulus ipse [z] docet se non vixisse ex sumptibus populi. z *sup.*

Ad 3. aliquid peti posse triplici modo 1. [a] ex legitima iustitia, qua quis ex lege, aut pacto vnus tenetur in rigore alteri aliquid soluere. 2. ex iustitia morali, qua sine lege, aut pacto vnus laborat pro alio, ita vt consurgat obligatio quædam compensandi laborem, quamuis nequeat cogi. 3. ex sola charitate. Primo modo, poterant Apostoli, vt pastores ordinarij, petere à fidelibus sumptus, non autem ab infidelibus nisi secũdo, vel 3. modo. Monachi ergo qui mittuntur à Papa ad prædicandum, & ministranda Sacramenta, poterant facere pactũ cum Papa, vel populo de sumptibus accipiēdis, & sic exegissent in primo genere: aut mitti & petere iuxta secundũ: melius tamen visum est: si ex sola peterent Charitate. Tertiò genus vitæ mendicantium innumeris signis, & a *de hac & sequenti iustitia vide Aristotelē.* 8. *Ethic.* 13.

prodigiis confirmatum est: ab eo tempore, conuersio infidelium, confutatio hæreticorum, pietas Christiana, & conseruatio Theologiæ maximè viguit.

Soluuntur argumenta.
CAP. XXXXVI.



a v. 4.
Rimum, mendicitas prohibetur diuino iure, Deuter. 15. a *Omnis indigens & mendicus non erit inter vos,*

Resp. his verbis non prohiberi mendicitatem, cùm in eodem capite sit; b *Non deerunt pauperes in terra tua* &c. & cõstet reuera fuisse mẽdicos. c Luc 16. & d 18. Sed promittitur tanta rerum vbertas, vt nullus sit futurus mendicus: e *Si tamen* (inquit Deus ad populum Israël) *audieris vocem Domini Dei tui, & custodieris vniuersa quæ iussit.* Quod cùm sciret filios Israël non impleturos propterea etiam dixit: *Non deerunt pauperes* &c.

b v. 11. c v. 20. d v. 35. e Deut. 15. v. 5.

Secundum, prohibetur mendicitas iure humano C. f *de mendicantib. validis.* Resp. loqui legem ciuilem de mendicis inertibus, vt ibidem habetur, id est otiosè viuentibus, cum nullam afferant populo vtilitatem.

f lib. 11. can. 25.

Tertiũ, scriptura detestatur mendicitatẽ. Prouerb. 30. g *Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi* &c. psal. h 36. *Non vidi iustum derelictum, nec semen eius quærens panem,* psal. 108. i *Nutantes transferantur filij eius, & mendicent.* Resp. 1. hæc intelligi de inuoluntaria paupertate, qua multi ad turpia coguntur. 2. ad 1. testimon. 1. Sapientem loqui in persona infirmorum qui nesciunt penuriã pati, & abundare 2. damnare mendicitatem solùm, quę exposita periculo est 3. Religiosos reuera petere quod sapiens petit: nec enim volunt diuitias, ideò eas relinquũt nec mendicitatem periculosam, qua moriantur fame, sed solum victui necessaria. ad 2. respond. 1. k ita debere construi: *Non vidi iustum, &c. nec semen eius derelictum, quærens panem,* id est, dum quæreret necessaria sibi ad victum. 2. verbum מְבַקֵּשׁ *mevakkesh quærens* non significare quomodocũq; quærere sed quærere diligẽter, & cũ anxietate: est enim verbũ in Piel. nam alioquin l Dauid m Elias, n Lazarus qui iusti erant, quæsierunt panem.

g v. 8. h v. 26. i v. 9. k ita Titelmannus in hunc psal. l 1. Reg. 21. v. 3. m 3. Reg. 17. v. 11. n Luc. 16. v. 21.

Quartum, opes moderatæ sunt necessariæ, vel saltem vtiles ad vitam beatè ducendam. 1. Ecclesiastæ 7. o *Melior est sapientia cum diuitiis*. 2. Actor. 20. p *Beatius est dare, quam accipere*. 3. ex 1. Ethicor. 8. quo vult Aristoteles eas esse necessarias ad fœlicitatem.

o v. 12.

p v. 35.

Resp. opes & egestatem habere sua incommoda, & cōmoda, prosunt opes quia materiam liberalitatis suppetūt & liberant à sollicitudine quærēdi victum: obsunt quia afferunt sollicitudinem grauissimam, & ardens superbiendi incentiuum. Prodest paupertas quia patientiæ materiam præbet: obest, quòd afferat curam victum quærendi. Omnibus tamen consideratis, paupertas maius bonum, & minus malum, quàm diuitiæ, affert: propterea eam consuluit Christus.

Ad 1. probat. non velle sapientem dicere, meliorē esse sapientiam cum diuitiis, quam sine diuitiis. Nam in Hebræo non habetur melior, sed טובה חכמה עם-נחלה *tôuah Chôcmah quim-nachalah: bona sapientia cum diuitiis, siue, cum hæreditate*. & proinde sequeretur, esse malam sine diuitiis: sed meliorem esse sapientiam iunctam diuitiis, quam diuitias sine illa. Ad 2. cæteris paribus, beatius esse dare simul omnia pro Christo, quam partem: deinde accipere temporalia, vt possis commodius dare spiritualia quam nihil accipiendo impediri à spiritualibus. Ad 3. resp. 1. loqui Aristot. de humana fœlicitate, nō de Christiana, quæ terrenis haud indiget opibus. 2. loqui ratione hominis politici, non eiusqui soli sibi viuere velit. Quintum, redigere se ad extremam inopiam est vitium. Nam virtus in medio consistit, vitia in extremis. Sed dare aliquid est medium, nihil dare extremum.

Negatur propos. si id fiat sine detrimento sui, aut alieno. Ad rationem, actus perfectos virtutum non habere vitiosa extrema, sed actus minus perfectos. Ante votū ergo dare omnia modo requisito est actus liberalitatis perfectus, cui opponuntur aliquid, & nihil dare.

Sextum: q *Si voluntas prompta est* (inquit Paul.) *secundū id quod habet accepta est, non secundum id quod non habet*.

q 2. Cor. 8. v. 12. εἰ γὰρ ἡ προθυμία πρόκειται, καθὸ ἐὰν ἔχῃ τις, εὐπρόσδεκτος, οὐ καθὸ οὐκ ἔχει.

Resp. loqui de hominibus sæcularibus vxoratis, quibus reuera dare omnia est vitium, cùm sit in detrimentum vxorum, & liberorum, quos alere debent.

Septimum, qui se sponte ad mendicitatem redigit. 1. exponit se periculo fame moriendi. 2. tentat Deum cùm sibi auferat media ad sustentandam vitam. 3. non potest dicere *Panem nostrum quotidianum, &c.* nam responderi potest, quid petis panem, cùm tibi datum sit, & tu abieceris? Ad 1. religiosos suam ponere spem in Christo, qui promisit nusquam eis se defuturum, vt experientia ipsa comprobauit: quod non est se exponere huiusmodi periculo. Ad 2. negatur, nam media ordinaria ad vitã sustentandam sunt cibus, & potus siue proprius, siue donatus. Ille ergo solùm reiicit media ad vitam, qui comedere non vult, aut panem accipere, nisi per miraculum. Ad 3. religiosos non abiecisse bona propria nisi instinctu & monitione Christi: merito ergo ab illo petere posse panem quotidianum: sicut si consilio Regis aliquis ciuis relinqueret omnia vt sequeretur regem, meritò prae aliis posset victum à rege petere.

Octauum, Religiosi mendicantes iniuriam faciunt veris pauperibus. 1. quia Dominus [r] monet vocandos ad prandium, non quoscumque pauperes, sed pauperes debiles, claudos, &c. 2. quia eleemosyna semper magis indigenti danda est: cuiusmodi saepè non sunt religiosi, & tamen illis datur.

[r] *Luc.* 14. *v.* 13.

Negatur propos. Ad 1. probationem Dominum loqui de quibuscumque pauperibus: haec enim: *voca pauperes, debiles, claudos* sunt legenda cum distinctione ac si dixisset *voca pauperes, & debiles, &c.* 1. quia [s] Paulus dicit se attulisse eleemosynam pauperibus Christianis in Hierus. quos non est verisimile omnes fuisse *debiles, caecos &c.* 2. Quia Dominus [t] ait vocãdos qui non habẽt retribuere, id est nequeunt reinuitare: quod spectat ad quoscumque pauperes. Ad secundam in tribus casibus dandam esse eleemosynam magis religioso minus indigenti, quam non religioso magis indigenti. 1. si religiosus omnia sua pauperibus dederit: debetur enim illi victus ex bonis pauperum, etiam aliquo modo ex iustitia. 2. si laboret in ministratione verbi Dei, aut sacramentorum, pro populo; [u] *Dignus est enim operarius mercede sua.* 3. ratione perfectionis monast. Danda est enim semper eleemosyna meliori: quia verò, nõ possumus de interioribus iudicare, danda erit profitenti maiorem perfectionem.

[s] *Act.* 14. *v.* 17.

[t] *Luc.* 14. *v.* 14.

[u] Matth 10. v. 10. ἄξιος ὁ ἐργάτης τῆς τροφῆς αὐτοῦ ἐστι.



LIBER TERTIVS DE LAICIS.

DE POLITICA POTESTATE.

An sit bona, & Christianis licita. CAP. I. & II.

DIctum [a] est de duobus Ecclesiæ membris id est Clericis & Monachis, superest agere de tertio, id est de sæcularibus, & simul de membris ab Ecclesia præcisis, id est hæreticis. Et primò de ipsa politica potestate. Secundò de officio eius in rebus politicis. Tertiò de officio eius in causa religiónis. [a *Cap. I.*]

[b] Trinitarii, & Anabaptistæ nostri temporis magistratum inter Christianos tollendum putant. [b *Cap. II.*]

Primò, ex Math. 17. [c] *Reges gentium à quibus accipiunt tributa, &c.* [d] *Ergo liberi sunt filij*. Secundò, Lucæ 22. [e] *Reges gentium dominantur eorum, non sic inter vos*. Tertiò, Rom. 13. [f] *Nemini quidquam debeatis.* Quartò, 1. Corinth. [g] *Nolite fieri serui hominum*. Quintò, Ephes. 4. [h] *Vnus Dominus*. Sextò, quia Principes plerique Reipubl. obsunt vt patet de Cain, Nembroth, Pharaone, &c. [c *v.* 25. d *v.* 26. e *v.* 25. f v. 8. μηδενὶ μηδὲν ὀφείλετε εἰ μὴ τὸ ἀγαπᾶν ἀλλήλους. nisi vt inuicē diligatis.]

Septimò, Magistratus fuit Iudæis permissus, ob imperfectionem, quod cùm pueri essent, regi deberent. At nos sumus perfecti, & vnctio nos de omnibus docet. [g 7. *v.* 23. h *v.* 5.]

Octauò.hæc potestas non est à Deo,sed tyrannide introducta. Quis enim constituit regem Nembroth, Ninum, Nabuchodonosor?

Nonò,Deus creauit hominem liberum:non enim dixit: *Dominamini hominibus*, sed [i] *piscibus maris, &c.* Per peccatum autē introducta est subiectio politica. 1. quia mulier est subiecta viro politica tantùm potestate. At post peccatum,& non ante, dictum est ei: [k] *Sub viri potestate eris.* 2. qui primus inchoauit regnum politicum fuit Cain, vt ex Genes.4. [l] Aug. [m] deducit. At per Christū à peccato liberati sumus.

Decimò, ex [n] Aug. *Rationalem* (inquit) *factum noluit Deus nisi Irrationalibus dominari, non hominem homini.* Et [o] Gregor. *Omnes gentes natura æquales genuit* [p] &c.

i *Genes.1. v.26.*
k *Genes.3.v.16.*
l *v.17.*
m *15.Ciuit.1.*
n *19.Ciuit.15.*
o *21.Moral. ca. 11.*
p *sed variante meritorum ordine alios aliis dispensatio occulta postponit. Ipsa autem diuersitas,quæ nata est ex vitio rectè est diuinis iudiciis ordinata.*

Asseritur Politicus Magistratus ex Scripturis.

CAP. III.

PRimò, Exodi 22. [q] & Psal. [r] 81. Iudices populi vocantur Dii. Quia [s] Deuter.1.& 2. [t] Paralip.19. iudicia Dei exercent.

Secundò, [u] Deuter. 17. describit Moses Regi futuro leges. Tertiò, in libris Iudicum,& regum passim habemus Deum excitasse in Israel Principes.

Quartò, Prouerb 8. [x] *Per me reges regnant.* Respond. id ob imperfectionem fuisse permissum Iudæis, soluitur [y] infra.

Quintò,Prophetæ prædixerunt omnes reges terræ seruituros Christo. Psal.71. [z] Isaiæ 60. [a] & 49. [b] Quod nequit fieri, nisi in Ecclesia sint reges.

Sextò,Paulus ait [c] Principibus sæcularibus tributum esse reddendum, [d] pro eis orandum, eis debere [e] populum Christianum esse subditum,&c.At si Christianis licet subesse Regi Ethnico, vt etiam fatentur aduersarij, cur non potius Regi Christiano parere? Si licet Chri-

q *v.28.*
r *v.6.*
s *v.17.*
t *v.6.*
u *à v.15.ad finē.*
x *v.15.*
y *cap.5.ad 7.*
z *v.11.*
a *v.10.*
b *v.23.*
c *Rom.13. v.7.*
d *1.Tim.2.v.2.*
e *ad Titū 3.v.1.*

ſtiano ſubeſſe, cur non præeſſe? cùm ſubeſſe videatur magis contra libertatem Euangelicam.

Septimò,ſi Chriſtianæ libertati repugnaret ſubiectio, vel præfectura ciuilis, magis Eccleſiaſtica repugnaret, quia Chriſtiana libertas magis pertinet ad Chriſtianum, vt ciuis eſt Eccleſiæ,quam vt ciuis mundi. At Eccleſiaſtica non repugnat,vt [f] probatum eſt. Ergo neque Politica. Ad 1. aduerſar. Chriſtum de ſeipſo tantùm ibi loqui, cùm ipſemet dixerit Reddendum eſſe [g] cenſum Cæſari. Et Paulus, [h] *Cui tributum, tributum*. Ad 2. & [k] 4. reſponſio ſupra. Ad 3. velle Paulum maturè eſſe debita reddenda,præcedit enim: *Reddite omnibus tributa, &c.* Et quia ſolius amoris debitum nuſquam ita reddi poteſt, quin ſemper teneamur amare. Ideo dixit: *Nemini quidquam debeatis niſi vt inuicem diligatis.*

Ad quintum, ibi nomen Domini propriè accipi,ſcilicet [l] pro eo qui ad libitum vti poteſt re cuius eſt dominus,eam augendo,minuendo,anihilãdo,&c.& qui nulli ſeruiat,id eſt [m] nulla re indigeat,quod ſoli cõpetit Deo.

Idem aſſeritur exemplis Sanctorum.

CAP. IIII.

IN lege naturæ Melchiſedech rex Salẽ & Ioſeph Præfectus Ægypti fuit. In lege ſcripta Moſes, & Ioſue duces: Dauid, Ezechias, Ioſaphat, Ioſias, Reges. &c. In lege gratiæ Regulus qui crediderat in Chriſtum, Ioã. 4. [n] Non propterea renunciauit principatui. Nec Proconſul Actor.13. [o] conuerſus à Paulo: Nec Philippus,& Cõſtantinus Imperatores ad Eccleſiam admiſſi. Iouinianus Gratianus, Theodoſius vterque, Carolus Magnus, Ludouicus pius & inter fideles imperium geſſerunt, & omnes optimi viri.


Ad 6. negatur 1. nam ſicut fuerunt quidam improbi principes,ſic fuerunt & boni,vt Adã, Noe, Abrahã, Iſaac Iacob, Moſes,&c. 2. quia malorum exempla principum, non probant malum eſſe principatum. Sæpè nãque mali

f *lib.4. de ſum. Pont. à cap.15.*
g *Mat.22.v.21.*
h *Rom.13.v.17.*
i *lib.1.de Rom. Pont.c.9.ad.1.*
k *lib.4.de Rom. Pont.c.17.ad 8.*
l *vt annotat Auguſtin. lib. 8. de Gen.cap.11.hinc Septuag. nomen* יהוה *reddiderunt vbique per* κύριος *quare Tertulliano teſte c. 34. Apolog. nuſquam paſſus eſt Auguſtus ſe Dominum vocari & Suetonius arguit Domitiani arrogantiã quod in Amphitheatro ſibi acclamari libeater audiret Domino & Dominæ fæliciter.*
m *hinc Dauid Pſal.15.v.1. Dixi Domino Deus, ſiue vt in Hebr.* אדוני *Adonai, Dominus meus es tu, quoniam bonorũ meorum non eges.*
n *ad finem.*

rebus bonis abutuntur. At bonorum exempla rectè demonstrant bonum principatum: nam homines boni, rebus non vtuntur malis.

Asseritur idem ex fine principatus.

CAP. V.



Omo naturaliter est animal sociale, siue ciuile. 1. politic. 2. nam sibi solus sufficere non potest naturaliter, vel ad exercendas plurimas virtutes, vt iustitiam &c. vel hostibus resistendum. Eremitæ siquidem non nisi gratiæ Dei auxilio supernaturali, solitariam vitam ritè coluerunt. At impossibile est multitudinem diu consistere, nisi quis eam contineat,
a *V.* 14. & regat. 1. Prouerb. 11. a *vbi non est gubernator, populus corruet*. 2. Spiritussanctus rationem reddens malorum
b *Judicum* 21. *v.* 25. quæ narrantur iudicum vltimo, inter filios Israel ait: b *In diebus illis non erat Rex in Israel, sed vnusquisque, quod bonum sibi videbatur, hoc faciebat.* 3. quia societas est multitudo ordinata. Ordo autem quid aliud est, quam series inferiorum, & superiorum?

Ad. 7. negatur. Nam principatus non est introductus à lege Mosis, sed ab ipsa natura, quæ non minus ius suum inter Christianos, quam Iudæos habet.

Idem prob. rationibus ab efficiente.

CAP. VI.



Rima ratio, Politica potestas, saltem in vniuersum considerata, est a immediatè à Deo vt probat Aug. 4. & 5. Ciuit. Indita est enim cum ipsa natura. Nam velint, nolint homines, debent ab aliquo regi, ni perire malint: quod aduersatur inclinationi naturæ. At quod à Deo per ius naturale, nequit non esse bonum, & ad Christianos spectare.

Secundò, scriptura docet, à Deo Imperia conferri b Prouerb. 8. & Daniel c 2. & 4. d Ergo siue immediatè siue mediatè fit principatus à Deo non erit nisi à bono principio, & proinde licitum. Nec enim scriptura vsquam attribuit Deo, quod per se malum est.

Ad octauum. 1. non probare nisi de regia potestate: nos agimus de quacumque in vniuersum. 2. regna sæpè non esse à Deo ex parte cupiditatis inuadentium, esse tamen ex parte Diuinæ prouidentiæ, quæ aliorum prauitate vtitur ad bonum aliquod. 3. etsi primi reges concedantur inuasores, tamen successu temporis fiunt, vel eius posteri, legitimi principes. Alioquin vix vnus, aut alter nunc inueniretur Monarcha, legitimus possessor. Iulius Cæsar inuaderat patriam, & tamen e iussit Christus reddi tributum Tyberio successori Iulij post Augustum.

a *Idest Deus generaliter cõstituit naturali iure vt esset inter homines regimẽ: quamuis non præscripserit cuiusnam speciei: sed hanc determinationẽ nobis reliquerit deducendam ex principiis naturæ.*

b *V.* 15. & 16.

c *V.* 37.

d *V.* 14. & 29.

e *Math.* 22. *v.* 21.

Ex antiquitate.

CAP. VII.

a Homil. 34. in 1 ad Corinth.



N statu Innocentiæ viguisset politicus principatus. 1. quia tunc etiam fuisset homo sociale animal. 2. vnum tantùm fecit hominem Deus vt ostenderet, inquit a Chrysost. præfecturam naturalem inter homines. 3. tunc fuisset sexus disparitas, & generatio: inde disparitas ætatum, corporum, & complexionum, simul disparitas actuum ac liberi arbitrii, & hinc disparitas sapientiæ, atque probitatis. At in illa disparitate quidam ordo fuisset. Ordo verò requirit vt mulier à viro, minus sapiens à sapientiori, bonus à meliori regatur. 4. Inter Angelos præfectura ab initio fuit, quidni inter homines?

Ad. 1. partẽ maioris noni arg. resp. creatum hominem liberum à subiectione despotica, qua subiectus operatur propter alium, non autem à politica, qua subiectus operatur propter se. Ad probationem intelligi, de subiectione despotica. Ad. 2. partem, negatur. Ad probationem primam, esse mulierem viro subiectam post peccatum non quacumque politica subiectione, sed inuoluntaria, & cum tristitia, ac timore. Ad 2. non sequi, si Cain primam ædificauit materialem ciuitatem, ideo politicum instituisse principatum. Quis enim dubitat filios Adæ fuisse subiectos patri?

Ad decimum loqui August. de seruitute propriè dicta, vt ex ipso loco patet. Vnde inter alia: *Conditio seruitutis* (inquit) *iure intelligitur imposita peccatori, &c.* Quod verò ait primos iustos magis pecorum pastores, quam reges fuisse, non accipit nomen regis à regendo, sed à regnando cum dominatione ambitiosa.

Etsi autem iuxta Gregor. omnes homines sint natura æquales, non tamen sapientia, & virtute, ac proinde qui regimine indigeant: quia verò post peccatum est

introducta corruptio naturæ: propterea politicæ subiectioni adiunctus est metus & tristitia, quibus caruissent in statu innocentiæ, hinc dixit Gregor. *ipsa diuersitas, quæ nata est ex vitio, rectè est diuinis iudiciis ordinata, vt quia omnis homo iter vitæ, non æquè graditur, alter regatur ab altero.*

Principatum in impiis etiam esse.

CAP. VIII.



D negant a Armacanus & b Vviclef. Primò Oseæ octauo; c *Ipsi regnauerant & non ex me:* atque causam reddit: *fecerunt sibi idola.* a *lib.10.qq. Armenicarũ.c.4.* b *Apud Vualdens.2.doctr. 81.*

Secundò, *Regnum à gente, in gentem trãsfertur, propter iniustitias:* Ecclesiastici. 10. d c *V.4.* d *V.8.*

Tertiò, dominium est à Deo. Ergo non confert improbis. 1. quia sunt inimici eius. 2. quia videretur eorum probare abusum.

Quartò Aug. e ait apud infideles nullam esse iustitiam, nullam Rempublicam. Refellitur hic error, Primò, Sap. f 6. dicitur impiis: *A Domino data est potestas vobis, & cum essetis ministri eius, non rectè iudicastis.* e *19.Ciuit. 21.* f *V. 4. & 5.*

Secundò Cyrus & Nabucodonos. erant impii, cùm essent infideles. Et tamen g vterque dicitur constitutus à Deo. g *Cyrus Isaiæ 40. Nabucodonosor Hierem. 27.v.6.*

Tertiò h Petrus & i Paulus iubent fidelibus obedire Regibus tunc existentibus quod omnis sit potestas à Deo. At tunc non erant reges, nisi infideles. h *1. Petri. 2. v. 13.* i *Rom. 13.*

Quartò ex Concil. Constantiensi in damnatione articulorum k Vviclefi, & Ioannis l Huss. k *Sess. 8.* l *Sess. 15.*

Quintò, fundamentum Dominii est natura, non gratia. Quia enim homo præditus est ratione, ideò dominatur inferioribus. At natura in impiis manet. Ergo & principatus.

Sextò, nullus scit de se, vel alio an habeat gratiam. Ergo si gratia esset dominij titulus nullum esset dominium certum.

m 5. *Ciuit.* 21.

Septimò ex [m] Aug. *Dat* (scilicet Deus) *fœlicitatem in regno cælorum* (inquit) *solus piis, regnum verò terrenum, & piis, & impiis, sicut ei placet, cui nihil iniustè placet.*

Ad 1. ibi non improbari reges malos. Sed quòd Israelitæ voluerint habere regem, cùm Deus super eos regnaret: & quòd sibi fecerint idola, propterea traditos fuisse in captiuitatem.

Ad. 2. verum esse. Sed non inde sequitur reges impios antequam transferantur à regno, principatu carere.

Ad. 3. admittitur anteced. negatur conseq. ad. 1. probationem: decere Dei benignitatem suis benefacere inimicis. Ad. 2. negatur: quia non eo fine dat Deus vt abutantur, sed vt benefactorem suum agnoscant, vel alias ob legitimas causas.

n *Vide lib.* 5. *in Julian. cap.* 3.

Ad vltimum, loqui Augustinum de [n] vera iustitia quæ ducit ad vitam æternam.

a *Cap.* 9.

b *V.* 40. θέλοντί σοι κριθῆναι, καὶ τὸν χιτῶνά σου λαβεῖν, ἄφες αὐτῷ καὶ τὸ ἱμάτιον.

c *Vide à principio capitis.*

d *Math. sup. v.* 39. ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, μὴ ἀντιστῆναι τῷ πονηρῷ.

e *Rom.* 12. *v.* 19. μὴ ἑαυτοὺς ἐκδικοῦντες ἀγαπητοί

f *De vita spirituali lect.* 4.

g *De potest. Ecclesiastica q.* 1. *cap.* 10.

h 4. *inst.* 10. §. 5.

De officio magistratus in rebus politicis.

CAP. IX. ET X.



Va [a] Valdenses & Anabaptistæ negant licere Magistratui. 1. leges Condere. Quia id repugnat libertati Christianæ. 2. iudicia exercere. Quia id prohibetur Math. [b] quinto *Si quis voluerit tecum iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, da ei, & pallium,* & 1. Corinth. [c] 6. *Delictum est in vobis, &c.* 3. Punire gladio improbos. Quia dictum est: [d] *Ego autem dico vobis non resistere malo.* Item: *Non* [e] *vos defendentes charissimi.* Gerson, [f] Almainus, [g] & [h] Caluinus volunt leges ciuiles non obligare in conscientia. Primò, quia politica potestas temporalis est. Ergo

Ergo nihil ei cum conſcientia. Secundò, quia legum ciuilium finis eſt pax tantùm externa. Tertio, Princeps non iudicat de internis. Quartò, nequit inferre pœnam ſpiritualem. Ergo nec ad illam obligare. Quintò, non poteſt abſoluere. Igitur nec ligare. Sextò, bis puniretur idem peccatum hîc ſcilicet, & in alio ſæculo. Septimò, Princeps vt plurimum non intendit obligare ad culpam. Octauò, potius præuaricari debet lex grauiſſima ciuilis quam leuiſſima diuina. At hæc non obligat niſi ad veniale: ergo illa nullo modo, ſaltem non ad mortale, alias potius eſſet cauendum veniale, quam mortale.

PRIMA PROPOSITIO.

Licet Chriſtiano principi leges condere.

CAP. X.


Robatur primò, Prouerbior. 8. *Per me reges regnant, & legùm conditores iuſta decernunt.* a 19. *Ciuit.* 17.

Secundo, ex a Auguſt. *Ciuitas cælorum dùm apud terrenam ciuitatem, velut captiuã vitam ſuæ peregrinationis agit, &c.* Legibus terrenæ ciuitatis, quibus hæc adminiſtrantur, quæ ſuſtentandæ mortali vitæ accommodata ſunt, obtemperare non dubitat.

Tertio, Regis eſt iubere, & iubendo dirigere. At lex eſt ipſa iuſſio, & regula. Ergo ſi Chriſtiani poſſunt Principes eſſe, igitur & leges condere.

Quarto, Chriſtiani ſunt membra Reipublicæ temporalis. Ergo regulam habere debent humanarũ actionum ſuarum temporalium. Lex naturalis non ſufficit, quia ſolùm generalia principia oſtendit: neque Euangelica, quia tractat tantùm de rebus diuinis: neque

politica Testamenti veteris: iam enim cessauit, quod soli populo Iudæorum competeret, idque pro illo statu: ergo necessaria aliqua regula humana, quæ alia esse non poterit quam arbitrium principum [instar legis] aut b lex ciuilis, authoritate principis confirmata.

Ad rationem contrariam Anabaptistar. negatur. 1. quia poti⁹ à lege ciuili libertas Christiana iuuatur. Hęc enim consistit in eo, vt liberi à peccato, possimus eligere bonum diuinum & reiicere malum. At lex ciuilis præbet materiam exercendæ huius libertatis. 2. quia libertati Christianæ lex diuina non repugnat. Ergo neque humana. quoad obligationem enim sunt pares, vt patebit cap. sequenti.

b Melius est enim legibus, quam arbitrio Rempublicam regi. 1. ex Aristot. 3. polit. 11. Secundò, quia facilius inuenire paucos qui leges condant, quam plurimos sapientes qui successiuè regãt. 3. qui leges condunt, eas diligenter examinant. At princeps sæpè debet iudicare repentè. 4. iudicium Principis inuidiâ non caret, atque maledictis, sæpe fauore mouetur, vel ira, nec potest ad longum seruari tempus. Quæ omnia legibus non insunt.

SECVNDA PROPOSITIO.

Et si lex ciuilis minus firma sit quam diuina quia hæc nequit abrogari ab homine, illa potest: tamen non minus vna quàm alia obligat in conscientia.

CAP. XI.



Robatur primò vis obligatiua est de essentia legis, & obligare, necessarius eius effectus. Nã lex est regula morũ, regulæ autẽ intrinsecè proprium est, ita dirigere, vt recessus ab ea sit in moribus peccatum. Sicut recessus à regula naturæ est peccatum naturæ. Ergo à quocumque feratur lex iusta, eodem modo obligat. Quæ enim

sunt intrinseca naturæ, sunt inuariabilia, quandiu res durat.

Secundò, vel lex obligat, quia diuina est, siue quia à Deo: vel quia est lex iusta. Non prius, quia tunc omnes leges diuinæ obligarent æquè, quod patet falsum: grauius est enim furari, quam mentiri, vel verbum otiosum dicere. Ergo posterius. Igitur à quocumque feratur potestatem habente, semper obligabit.

Tertiò, illa lex diuina magis obligat, cuius violatio est magis contraria fini legis, idest charitati. Sed lex humana habet etiam charitatem pro fine. Nam vel est conclusio, vel determinatio legis diuinæ moralis. Igitur eadem vtriusque ratio, quoad obligationem.

Quartò, lex diuina positiua ideò obligat ad peccatum, quia constituit actum in genere virtutis, cùm antea non esset; hoc autem non præstat, nisi quia est regula morum lata ab authoritatem habente. At homo potest etiam huiusmodi regulam ferre. Ergo & similem actum constituere, & similiter obligare. Quintò lex diuina, & humana differunt vt Regis & Proregis. Nam scripturæ [a] passim testantur Reges esse ministros Dei. At Regis, & Proregis leges, eodem obligant modo, vt experientia constat.

[a] *Prouerb.* 8. *Rom.* 13. 1. *Petri.* 2.

Sextò, *vbi* (inquit [b] Aug.) *hoc iubet pater, quod contra Dominum non sit, sic audiendus est, quomodo Deus.* Quare, nisi quia obligat vt Deus? At maior [c] est authoritas Regis, quam Patris. Et Bernard. [d] *siue Deus* (inquit) *siue homo vicarius Dei mandatum quodcumque tradiderit, pari profectò obsequendum est cura, pari reuerentia deferendum, vbi tamen Deo contraria non præcipit homo.*

[b] *In psal.* 70.

[c] *Teste Aug. serm.* 6. *de verbis Domini.*

[d] *Tract. de præcept. & dispensatione.*

Obiicies eodem loco Bernard. dicere: *Iussa sine culpa non negliguntur, sine crimine non contemnuntur.* Ergo contemptus solus crimen infert. Resp. loqui de præceptis leuium rerum, quarum violatio reuera non est crimen nisi ratione contemptus.

Septimò, Omnis potestas est à Deo. Ergo qui potestati resistit damnationem sibi acquirit vt argumentatur [e] Paulus, quia Dei ordinationi resistit. At in principibus politicis est vera potestas. Ergo qui ei resistunt nimirū violatione legū ciuiliū, peccatū incurrūt.

[e] *Rom.* 13.

f *Libro. 4. de Rom. Pontif. cap.20. in respons. ad 9.*

Ad. 1. 3. & 4. Gersonis &c. f responsio supra ad. 2. [resp. 1. hanc eternam pacem referri ad internam. 2. non esse cuiuscunque, sed hominis pacem, cuius actiones liberæ etiam externæ peccato subiacent, vt patet.]

Ad 5. principem non posse absoluere in Conscientia, quia id non concessit Deus: posse ligare, quia concessit: sicut si Rex permitteret Proregi obligare subditos ad pœnam capitis, non tamen absoluere posse.

Ad sextum, id non absurdum, quando peccatum offendit plures [Certè nullus reprehenderet Principem infligentem pœnam mortis hæretico, quem tamen etiam puniret in alio sæculo Deus.]

Ad. 7. pendere reuera ex intentione legislatoris, an velit veram condere legem, an solum ostendere quid agendum: quod si prius faciat, verè obligabit lex.

Ad octaui conclusionem legem humanam reuera nullo modo obligare in eo casu: non quod per se non obliget: sed quia cum occurrit cuicumque legi diuinæ, desinit esse lex.

TERTIA PROPOSITIO.

Iudicia publica exercere non est illicitum.

CAP. XII.

a *V.* 10.
b *V.* 5.
c *V.* 18.
d v. 4. βιωτικὰ μὲν οὖν κριτήρια ἐὰν ἔχητε, τοὺς ἐξουθενημένους ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τούτους καθίζετε.



Rimò, scriptura communiter coniungit iudicium cum Rege a psal. 2. *Et nunc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram.* Hierem. b 23. *Regnabit Rex, & sapiens erit, & faciet iudicium.*

Secundò, in vtroque Testamento huius. probantur iudicia, Deuter. c 16. *Iudices & Magistros constitues in omnibus portis tuis, vt iudicent populum iusto iudicio.* 1. d Corinth. 6. *Sæcularia iudicia si habueritis contemptibiliores qui sunt in Ecclesia hos constituite ad iudicandum.*

Tertiò, quia nihil prodessent leges, si nulla deberent

esse iudicia. Ad. 1. testimon. pro aduersar. Resp. intelligendum esse in preparatione animi, sicut & illud ibidem: *Si quis te percusserit in vnam maxillam, &c.* Ad. 2. non reprehendi iudicia ex parte iudicis, sed litigantium. Nam etsi peccatum sit litigare, non tamen lites componere.

PROPOSITIO QVARTA.

Licet Christiano Magistratui punire etiam morte perturbatores publicæ quietis.

CAP. XIII.

PRimò Genes. [a] 9. *Qui effuderit humanum sanguinem, fundetur sanguis illius*, idest (vt vertit Chaldaica paraphrasis) qui effuderit sanguinem cum testibus, ex sententia iudicis fundetur sanguis illius. Si enim hæc verba prædictionem non præceptum sonarent, sæpè falsa forent.

Secundò, Iudas [b] adiudicauit Thamar igni. Et hæc in lege naturæ.

Tertiò, Exodi. 21. v. 12. *Qui percusserit hominem volens occidere, morte moriatur.*

Quartò Moses, Iosue, Dauid &c. tanquam principes punierunt morte quamplurimos.

Quintò, in lege Gratiæ dicitur, [c] *Qui acceperit gladiū gladio peribit:* id est qui cædem iniustam fecerit, debet à magistratu pariter occidi, non autem à priuato. Reprehendit enim Dominus Petrum, quòd cùm priuatus esset, vellet vlcisci vel suam, vel Domini iniuriam.

Quinto, [d] *Si malè egeris* (inquit Paulus de principe) *time: non enim sine causa gladium portat, minister enim Dei est.* At reuera sine causa portaret, si eo punire non posset.

Sextò ex PP. [e] Innocent. [f] Hilario [h] Hieron. Homici-

a v. 6.
b *Genes. 36. ad finem capitis.*
c *Math. 26.* πάντες οἱ λαβόντες μάχαιραν, ἐν μαχαίρᾳ ἀπολοῦνται. *V. 52.*
d *Rom. 13. v. 4.* ἐὰν δὲ τὸ κακὸν ποιῇς, φοβοῦ· οὐ γὰρ εἰκῇ τὴν μάχαιραν φορεῖ· θεοῦ γὰρ διάκονός ἐστιν &c.
e *Ep. 3 ad Exuperium c. 3. interrogatus an liceret Magistratui post Baptismum gladio punire, respondit, omninò licere.*
f *Can. 32. siue in cap. 26. quo ait licere occidere 1. cùm quis fungitur iudicis officio. 2. in sui defensionem.*
h *In. 22. Hiero.*

das (inquit) & sacrilegos, & venenarios punire, non est effusio sanguinis, sed legum ministerium. August. i Nequaquam contra hoc praeceptum fecerunt, quod dictum est, Non occides, qui personam gerentes publicae potestatis sceleratos morte punierunt.

i 1. Ciuit. 21.

Septimò, ad bonum principem spectat impedire ne partes corrumpant totum, sunt enim propter totum. Ergo si non potest id aliter impedire, quàm amputando quasdam, eas rescindere tenetur.

Ad arg. pro aduers. Ibi solum prohiberi particularem vindictam: postquam enim dixerat Paulus Non vos ἐκδικοῦντες ulciscentes charissimi subiungit: k sed date locum irae scriptum est enim. Mihi vindictam, & ego retribuam dicit Dominus.

k Rom. 12. v. 19. ἀλλὰ δότε τόπον τῇ ὀργῇ. γέγραπται γὰρ, ἐμοὶ ἐκδίκησις, ἐγὼ ἀνταποδώσω λέγει κύριος.

Licere Christianis aliquando, bella gerere.

CAP. XIIII.



Negant a Manichaei, b Ioannes Ferus, c Cornelius Agrippa, d Erasmus, e Anabaptistae.

Affirmat Ecclesia catholica, dummodò adsint conditiones iusti belli, de quibus f infra.

Primò, iudicum. g 3. Hae sunt gentes quas Dominus dereliquit, vt erudiret in eis Israelem, & omnes, qui non nouerant bella Chananaeorum, & postea discerent filij eorum certare cum hostibus, & habere consuetudinem praeliandi.

Secundò dixit Samuel ad Saul. Vade, & percute Amalech, & demolire vniuersa eius, non parcas ei.

Tertiò, cùm Ioan. k Baptista dixisset assistentibus; facite fructus dignos poenitentiae, &c. ac inde compuncti milites quaererent, quid essent facturi: Non respondit Ioannes nolite amplius militare, sed, l Neminem (inquit) concutiatis &c. At si voluisset, vt fingit Erasmus solum maius prohibere malum, permittendo minus, malè docuisset eos facere dignos poenitentiae fructus.

a Apud Aug. 22. in Faustum. 74. & seq.
b 4. Commentar. in Math. ad illud: Qui acceperit gladium, &c.
c Libro de vanitate scientiarū. 79. cap.
d Annot. ad cap. 3. & 22. Lucae.
e Apud Melancth. in locis cap. de Magistratu.
f Cap. seq. 15.
g V. 1.
i V. 2. & 3. lib. 1. Reg. cap. 15.
k Luc. 3.
l V. 14.

Respondent [m] Anabaptistæ Ioan. permisisse bellum Iudæis vt imperfectis: Christum verò sustulisse.

Contra. 1. Ioan. præcursor erat Christi: Ergo ei non cóueniebat concedere quod illico dominus erat abrogaturus: maximè cùm hac concessione nequirent milites vti: Dominus enim hoc anno venit. 2. inde suspicari potuissent homines Ioan. & Christum non conuenire inter se, quod absurdum fuisset.

Quartò, Abraham, Moses, Iosue, Dauid, Iosias, [n] Item milites Christiani sub Ethnicis Imperatorib. Constantinus, Theodosius &c. omnes viri sancti prælia gesserunt.

Quintò, Deus iusta bella sæpè manifestè adiuuat: quod autem illicitum est, etiamsi permittat, non tamen ad id auxilium confert. [o] Abraham cum 318. vernaculis quatuor debellauit reges, [p] Deo protegente, vt ei Melchisedech dixit. Ad preces [q] Mosis Deus dedit victoriam Hebræis contra Amalech: pugnante [r] Iosue sol stetit, & Dominus pluebat de cœlo in hostes lapidum grandines. Vide plura [s] supra.

Sextò, ex PP. Tertull. [t] *Nauigamus* (inquit) *& nos vobiscum, & militamus, & rusticamur, & mercamur.* Greg. [u] Nazianz. *præclarè interdum bellum suscipitur, quandiu tamen licet, propensiores ad pacem esse debemus hoc enim sublimius est, & diuinius.* Ioan. Chrysost. [x] *Militiam prætexis, & dicis, non possum esse pius: Centurio nonne miles erat, nihilque ei nocuit sua militia?* [y] Ambros. *Non militare, delictum est, sed propter prædam militare, peccatum est.* August. [z] ep. 5 & 205. Gregor. I. ep. 72. Bernard. serm. *a* ad milites cap. 3.

Septimò, licet Reipublicæ defendere, etiam per varia supplicia ciuium suorum pacem contra hostes internos: ergo id licebit armis contra externos. Obiicitur primò, *b* *Mea est vltio, & ego retribuam.* Secundò illud Isaiæ de Ecclesia Christi: [c] *Conflabunt gladios suos in*

m *apud Melan. sup.*
n *apud Tertull. in Apolog. cap. 5.*
Math. etiam. 8. Centurio a Domino laudatus habebat milites sub se.
o *Genes.* 14.
p *v.* 20.
q *Exod.* 17.
r *Iosue.* 10.
s *lib.* 4. *de Eccl. cap. vlt.*
t *in Apolo. c.* 42.
u *orat.* 3. *de pace*
x *homilia ex variis in Euang. de nuptiis Ioan.* 2.
y *serm.* 7.
z *Quibus primum stipendiis sufficere debere præcepit (scilicet Ioan. Baptista) militare vtique non prohibuit.*
a *Christi milites securi prælientur prælia Domini sui, nequaquam metuentes, aut de cæde hostium peccatum, aut de sua nece periculum; quandoquidem mors pro Christo vel ferenda, vel inferenda, & nihil habeat criminis, & plurimum gloriæ mercatur.* b *Deute.* 32. *v.* 35. *c.* 2. *v.* 4.

vomeres, & lanceas suas in falces &c. Tertiò, *Contrarium est Ecclesiasticis regulis* [d] (inquit Leo) *post pœnitentiæ actionem redire ad militiam sæcularem.* Quartò, ex [e] eod. *Non est liber a Diaboli laqueis, qui se militiæ mundanæ voluerit implicare.* Quintò, [f] can. *falsas* dicuntur non posse ad pænitentiam recipi, qui se negotio exercent, quod sine peccato exerceri nequit, & ponitur exemplum de milite. Sextò, Tertull. libro de corona militis: *licebit* (inquit) *in gladio conuersari, Domino pronunciante, gladio periturum, qui gladio fuerit usus? & prælio operabitur filius pacis, cui nec litigare coueniet?* Septimò Hier. [g] *Olim bellatoribus dicebatur, accinge gladium tuum* &c. *nunc Petro dicitur, conuerte gladium tuum in vaginā.* Octauò, Origen. 2. cōtra Celsum ait Christum omnia sustulisse bella. Nonò, idem [i] ait perniciosum esse hunc locum: [k] *Qui non habet gladium vendat tunicam & emat gladium* Intelligentib. eum carnaliter. Decimò, Ambros. [l] *ô Domine* (inquit) *cur emere me iubes gladium, qui ferire me prohibes? cur haberi præcipis, quem vetas promi?* vndecimò, *Non orare debemus* [m] (inquit Aug.) *vt moriantur inimici, sed vt corrigantur.* Duodecimò, idem, ep. 5. multa scribit contra bellum. Decimò 3. supplicat [n] Marcellino vt Donatistas citra sanguinem puniat. Decimò 4. *Donatiuum tuum* (inquit [o] Martinus Iuliano Imperatori) *militaturus accipiat: ego Christianus sum, mihi pugnare non licet.* Decimò 5. arma Ecclesiæ sunt gladius verbi Dei, scutum fidei, galea salutis, lorica iustitiæ, iacula orationum Ephes. 6. Ergo ferro & armis non licet Christianis pugnare. Decimò 6. bellum opponitur paci, sed pax est bona, & charitatis effectus: ergo bellum est malum.

Ad 1. vindictam esse Dei quam publicæ exercent personæ [p] *Ministri enim Dei sunt in hoc ipsum seruientes,* vnde postquam dixerat Paulus *Mihi vindictam* &c. subiungit. *Si malè egeris time, non enim sine causa gladium portat* &c. Ad 2. solùm ibi significari pacem futuram maximam tempore natiuitatis Christi, vt Hierony. explicat illud enim (*Vltra*) non significat in æternum, sed in longum tempus.

Ad 3. 4. & 5. solum reprehendi eos qui occasione militiæ multa commiserant peccata, & propterea pœni-

[d] *ep. 90. & habetur can. Contrarium, de pœnitentia dist. 5.*
[e] *ibid.*
[f] *cad. dist. ex Gregorio.*
[g] *ep. ad Ageruchiam de Monogamia.*
[i] *tra. 7. in Mat.*
[k] *Luc. 22. v. 36.*
[l] *libro. 10. in Lucam.*
[m] *in psal. 37.*
[n] *ep. 158.*
[o] *apud Sulpitiū.*
[p] *Rom. 13. v. 6.* λειτουργοὶ γὰρ θεοῦ εἰσιν, εἰς αὐτὸ τοῦτο προσκαρτεροῦντες.

tentiam egerant, ac deinde ad bellum volebant redire: maximè si id fuisset prohibitũ eis a sacerdote. Nam in eod. can. *falsas* subditur: hoc non licere, nisi consilio religiosorum Episcoporum pro defendenda iustitia.

Ad 6. solum in militibus Christian. damnare Tertullianum militiam ob periculum idololatriæ 1. quia hanc huius rei præcipuam reddit rationem. 2. quia ibidem ait, eos qui ante Baptismum milites erant post baptismum posse milites manere.

Ad 7. velle solum Hierony. fuisse in Testamẽto veteri imperata bella, non autem in nouo. At non sequitur inde prohibita fuisse. Ad octauum loquitur Origen. de tempore natiuitatis Christi. Ad 9. reuera non esse ita crassè intelligendum hunc locum, vt debeat vnusquisque vendere tunicam, & emere gladiũ, sed tantum significari Apostolos in graues angustias redigendos. At non sequitur propterea minimè licere bellare. Ad 10. resp. 1. ibi agi de priuata vltione. 2. non haberi per modum præcepti sed consilij, vt patet ex q his ibidem: *vt sit in lege æquitatis eruditio* scilicet qua permittitur ferire, *in Euangelio bonitatis perfectio.* Ad 11. optare mortem inimico ex odio malum esse, optare & inferre secundum ordinem iustitiæ malum non esse. Ad 12. negatur vt patebit legenti epistolam illam. Ad 13. num quicumque supplicat ne latro suspendatur, continuò prohibet malum? Ad 14. ita referre Sulpitium: *Hactenus militaui tibi, nunc patere, vt militem Deo: Christi ego miles sum, mihi pugnare non licet.* Quibus verbis significatur voto se obstrinxisse Martinum ad monachatũ, cuius consideratione ei militare non licebat. Nã post Baptismum constat ex Sulpitio, duos adhuc militasse annos. Ad 15. Resp. 1. ibi non describere Paulum, bellũ aduersus homines, sed dæmones: præmittit enim: *Non est nobis colluctatio aduersus carnem.* 2. ea quidẽ præcipua esse fidelium arma, non tamen omnia. *Alij* (inquit r Augu.) *pro vobis orando pugnant contra inuisibiles inimicos, vos pro eis pugnando laboratis contra visibiles barbaros.* Ad 16. bellum iustum opponi paci malè & esse medium ad bonam, sicut bellum iniustum opponitur paci bonæ, & ducit ad malam.

q *Nisi fortè vt sit parata defensio, non vltio necessaria, & videar potuisse vĩdicari, sed noluisse: lex tamẽ referire non vetat, & ideò fortasse Petro duos gladios offerẽti, sat est, dicis, qua si licuerit vsque ad Euangelium vt sit in lege, æquitatis eruditio, in Euangelio bonitatis perfectio. Hæc Ambros. sup.*

r ep. 205. alias 207. ad Bonifacium.

Quot, & quæ sint iusti belli conditiones.

CAP. XV.

a *Aug.22.contra Faustum.75. Ordo ille naturalis mortalium paci accommodatus hoc poscit, vt suscipiedi belli authoritas, atque cõsilium penes principẽ sit.*

b *Aug. q. 10. in Iosue: iusta bella definiri solet, quæ vlciscuntur iniurias, si qua gens, vel ciuitas quæ bello petenda est vel vindicare neglexit quod a suis improbè factũ est, vel reddere quod per iniuriam ablatũ est.*

c *Aug. 22. contra Faust.75. Hoc etiam fit, vt vir iustus, si forte sub rege sacrilego militet, rectè possit, illo iubente bellare, ciuicæ pacis ordinem seruans, cui quod iubetur, vel non esse contra Dei præceptum, certum est, vel vtrum sit, certum non est: ita vt fortasse reum regem faciat iniquitas imperandi, innocentem autem militem ostendat ordo seruiendi.* d *Aug. ep. ad Bonif. Sup. Pacem habere debet voluntas, bellum necessitas.*



Quatuor. Prima a est authoritas legitima, Quæ in omnibus principibus ac Rebuspub. quæ superiorem in temporalibus non habent, residet. Nam si aliquis priuatus aliquam patiatur iniuriã, habet tribunal Iudicis, ad quod recurrere potest. At si princeps, aut huius. respub. læ-dantur, nõ est ad quem confugiat: & proinde bello se vlcisci potest.

Secunda, est iusta causa. 1. b non quæuis, sed ad iniuriam propulsandam. Nam princeps non est nisi suorum subditorum Iudex; quare nequit aliorum punire peccata, nisi quæ cedant in detrimentum populi sui: est enim defensor suorum. 2. debet esse grauis, & certa ne fortè bellum plus incommodi, quam commodi pariat. Quòd si c dubia est causa, peccant quidem voluntarij milites, & liberè conducti; atque ipse princeps. Non tamen subiecti principis, & qui solent ab eo stipendium sumere.

Tertia, est intentio bona; d nimirum propter publicam pacem, quæ finis est belli. Alioquin, si bellum duas priores conditiones habeat, & hæc deficiat, quamuis non peccet contra iustitiam qui bellum infert, & proinde nec teneatur ad restitutionem, peccat tamen contra charitatem. Obseruandum est autem mox bellum inferendum non esse, quod sit valdè graue, & periculosum. Sed prius pacem procurandam petendo ab hostibus satisfactionem debitam.

Quarta, est debitus modus, scilicet [e] vt nulli noceatur innocenti: tria verò sunt genera personarum, quibus sine peccato milites damnum inferre nequeunt. 1. quæ ad rempublicam hostium non pertinent. 2. quæ etsi pertineant, excipiuntur tamen [f] iure canonico, nimirum presbyteri, monachi, conuersi, peregrini mercatores (non quidẽ, vt videtur, qui in ciuitate hostium resident, sed qui transeunt solùm, vel ad nundinas veniunt) & Rustici, ac animalia quibus arant & semina portant. 3. quæ sunt ineptæ ad bellum, vt senes, mulieres, pueri. Etsi enim spoliati possunt, non tamen occidi, nisi fortè casu.

e *Luc. Neminẽ concutiatis, quibus verbis prohibetur violentia innocentibus inferenda personis innocẽtium. Nemini calumniam faciatis: Probibetur fraus. Contenti estote stipendiis vestris. prohibetur iniuria circa bona* f *cap. Innouamus de treuga & pace.*

Licere Christianis bellum contra Turcas gerere.

CAP. XVI.

Negat [a] Lutherus Primò, quia voluntas Dei est nos a Turca tanquam à flagello diuino puniri. Ratio: foelix enim in Turcarum euentus rarissime contigit.

a *art. 34. damnatorum in Bulla Leonis.*

Contra. 1. Deus non permittit Turcam in nos sæuire nisi vt conuertamur, conuertimur autem, cùm oppugnanti Turcæ resistimus, resistendo laboramus, laborando nostram infirmitatem agnoscimus atque inde toto corde reuertimur ad Deũ & imploramus eius auxilium. Itaque ex fine quo Deus permittit Turcam in nos sæuire, manifestè sequitur ipsum velle nos Turcæ resistere. 2. ita flagellum Dei est Turca, sicut fames, pestis &c. at quis negat non esse remedia, contra huiusmodi, quærenda? Ad rationem, quando concordia viguit inter Catholicos principes, debellasse Turcam, quando discordia, passos fuisse iacturam: hoc tamen cõmodum affert interim, se opponere Turcæ, quod nõ tantùm noceat, quãtũ illi placet.

Secundò, quia Ecclesiæ vtilior est tribulatio & persecutio, quam victoria, & tranquillitas.

b *ita Aug. 10. Confess.28.*
c *1.Tim.2.v.2.*

Contra: 1. etsi vtilis sit, tamen est [b] periculosa, toleranda, non desideranda. 2. Apostolus [c] iubet pro regibus orari, vt tranquillam vitam agamus.

d *ita Luther. in ep.contra duo Imperialia mãdata.*

Tertiò, [d] *quia Turca decies prudentior, probiorque est quã sunt Principes nostri.*

Sed hoc rabiem non rationem producit, vnde seipsum postea Lutherus hac in re correxit libro de visitatione Saxonica. *Clamant* (inquit) *aliqui prædicatores temerariè non resistendum esse Turcæ: hic sermo seditiosus est, qui neque ferri, neque permitti debet.*

De officio Magistratus circa Religionem.

CAP. XVII. & XVIII.

a *Cap.xvij.*
b *lib.3. de verbo Dei lib.1.de sum.Pont. &.2. de Ecclesia.*
c *Cap.xviij.*
d *v. 8.*
e *v. 26.*

PRima proposit. [a] *Ad magistratum nõ pertinet iudicium de Religione,* Hæc probatur sufficienter [b] supra.

Secunda, [c] *Ad magistratum pertinet defensio religionis ita vt non debeat libertatem, quam conscientiæ vocant, permittere.* Probatur

Primò, Prouerb. 20. [d] *Rex qui sedet in solio iudicij, dissipat omne malum intuitu suo.* Item [e] *Dissipat impios Rex sapiens.* At hæresis est impietas maxima.

f *Apoc.2.v. 15.*
g *v. 20.*
h *Galat.5.v. 12.*
i *Isaiæ 49.v.23.*

Secundò [f] reprehenditur Angelus Pergami quòd haberet apud se Nicolaitas, Angelus Thyatiræ, quod [g] permitteret Iezabel seruos seducere Dei. Ergo noxia est mixtio hæreticorum cum Catholicis. [h] Apostolus verò cupit eos abscindi. Igitur Reges qui sunt [i] Ecclesię nutricii debent illos abscindere, & pro sua parte hoc malum ab Ecclesia pellere.

k *ep. 75.ad Leon.*
l *epist. ad Anastasium Imperatorem.*

Tertiò, ex PP. *debes* (inquit [k] Leo Imper.) *incunctanter aduertere regiam potestatem tibi non solùm ad mundi regimen, sed maximè ad Ecclesiæ præsidium esse collocatam, vt ausus nefarios comprimendo, & quæ bene statuta sunt defendas, & veram pacem, his quæ sunt turbata, restituas.* Anastasius 2. [l] *Hoc præcipue insinuo Serenitati tuæ, vt cùm causæ Alexandrinorum patuerint piissimis auribus vestris ad Catholicam & sinceram fidẽ eos authoritate, sapientia, diuinisque vestris mandatis redire*

faciatis. m August. *Quis mente sobrius regibus dicat, Nolite curare in regno vestro, à quo teneatur, vel oppugnetur Ecclesia Domini vestri?* Quartò, ex Imperatoribus Theodos. L. n *cunctos populos*, radicitùs euulsit libertatem credendi quam aliqui principes permiserant, iussitq. omnes credere quod Romanus Pontifex doceret esse credendum. Valentinianum laudat o Ambrosius quod petentibus Romanis libertatem in religione fortiter restiterit. Constantinus p equidem initio Imperij libertatem religionis indulsit, postea tamen templa q iussit idolorum occludi. Quintò, Potestas temporalis, & spiritualis constituunt in Ecclesia vnum corpus, vel potius se habent vt corpus, & anima in homine. Ergo debet temporalis spirituali seruire, sicut animæ corpus, ac propellere, ad virium mensuram suarum, quidquid in spiritualis detrimentum vergit, cuiusmodi est libertas religionum. Nā Ecclesiæ vinculum est vnius fidei confessio. r Ephes. 4. Sextò, in lege antiqua hæc prohibita fuit libertas Deuter. s 17. & t 18. Multò magis prohibenda ergo in lege gratiæ. Nec minus enim conuenit Ecclesiæ quam Synagogæ, ordinatam esse.

Septimò, pugnat hæc libertas cum temporali bono regnorum, & pace. 1. quia vbi u fides Deo non seruatur, quomodo seruabitur hominibus? 2. quia parit animorū dissentiones. *Omne autem regnum in seipsum diuisum desolabitur.*

Octauò, est perniciosa quibus conceditur. Nam non est nisi vna fides. Ergo libertas ab ea fide recedendi, est libertas errandi.

m ep. 50.
n cap. de summa Trinit. & fide Catholica.
o *in oratione funebri.*
p *apud Euseb. 10 hist. 5.*
q *teste Optato 2. contra Parmenian. Iouinian. libertatem conscientiæ permisit sed grauiter monitus est à Conc. Antioch. ne Catholicos cū hæreticis misceret, teste Socrat. 3. c. 21. Valens Arianus Imperator eandem libertatem permisit apud Theodoret. 4. cap. 22. Item Iulianus Apost. apud Aug. epist. 166. Præter hos non facile alium reperies Imperatorem permisisse.*
r v. 5. s v. 2. 3. 4. t v. 10. & 11.
u [*Theodoricus Afer Diaconum quendam Orthodoxum habuit, quem vehementer dilexit, ac fouit. Hic Diaconus hoc se pacto Theodorico gratificaturum ratus, relicta Homousiana fide cum Arianis consensit: cognito hoc Theodoricus confestim Diaconum capite truncauit, dicens*] *Si Deo fidem non seruasti, quomodo homini sinceram conscientiam seruabis?*

Non posse conciliari Catholicos cum Hæreticis.

CAP. XIX.



GEorgius Cassander libro de officio pij viri docet 1. debere Principes procurare modũ conciliandi inter se Catholicos cum Lutheranis, Caluin. &c.

2. [a] Interim permittendam esse suam vnicuique fidem, dummodo scripturam, & Apostolicum symbolum recipiant. Hac enim ratione sunt omnes vera Ecclesiæ membra.

Contra primò, recipere symbolum & scripturam, vel est solùm recipere quoad verba, vel quoad sensum simul: non prius, quia fides non est sita in verbis, sed in sensu. Si posterius. Ergo conciliari nequeunt, quia dissentiunt in sensu [b] symboli ac Scripturæ in pluribus locis.

Secundò conciliari nequeunt quamdiu diuersa fides inter eos erit. Multa autem sunt præter symbolum quæ spectant ad fidem, vt sacrificiũ missæ, &c. in quibus dissentiunt grauiter hæretici atque Catholici.

Tertiò, falsa est ratio Cassandri. Nam Ecclesiæ membra non sunt, qui, etsi conuenirent in symboli sensu, tamen communicare nolunt eidem capiti, & aliis Ecclesiæ membris. Ærius enim propter hunc defectum [c] fuit hæreticus: etsi de symboli sensu non discreparet à nobis.

Quartò PP. docuerunt, etiam quæ videntur minutissima fidei dogmata, inuiolabiliter seruanda. 1. quia Paulus [d] ait se, nec *ad horam* falsis fratribus voluisse cedere. 2. cùm [e] peteretur à Catholicis, vt ὁμοιούσιον in ὁμοούσιον formarent, vnica tantum litera mutata, Imperatori scripserunt nefarium esse de rebus iam definitis disputare, nec propter hanc, aut similem mutationem fore cum hæreticis pacem, vt euentus probauit. Nam cum

[a] *Similia docuerunt olim pacificantes authore Zenone apud Euagrium. 3. c. 14 & 30.*

[b] *verbi gratia in articulo de Descensu ad inferos, de Ecclesia, de communione sanctorum. De remissione peccatorum.*

[c] *Cyprian. 4. epi. 2. dicit Nouatianum extra Ecclesiam esse quod nollet subiici Pontifici Cornelio etiamsi nullã aliam hæresim introduxisset.*

[d] *Galat. 2. v. 5.*

[e] *vide Theodor. 2. hist. 18. & 19. vel Tripart. 5. c. 21. & 23.*

f in Ariminensi Concilio fraude, hanc mutationem impetrassent, toto orbe prædicarunt Ariani se vicisse, & paulo post pro ὁμοιούσιον, ἑτεροούσιον dixerunt.

Quintò, vna est regula fidei indubitata, nimirum verbum Dei, per Ecclesiam propositum, & explicatum. Si ergo licet non credere Ecclesiæ in quibusdam, Igitur & in omnibus, ac proinde, symbolo quoque. Nec enim per aliud quam per Ecclesiam scimus symbolum illud esse Apostolorum.

Sextò, iuxta Cassandrum, ad veram Ecclesiam requiritur fides in Christum, & pax cum omnibus: vnde sequitur 1. Ecclesiam esse occultam. Nam Lutherani non patiuntur in suo grege Caluinistas, & è contra: nec Catholici alienos à Romana Ecclesia. Ergo occulti sunt, qui cum omnibus pacem habent, si enim dignoscerentur statim pellerentur. 2. eam ex adulatoribus compositam esse, nimirum ex his qui cum Lutheranis Lutheranos, cum aliis alios se fingunt.

f *Theodor. supra cap. 21. Basil. roganti Præfecto Valentis Imperatoris, vt temporì pareret, respondit: Qui diuinis innutriti sunt eloquiis corrumpere de diuinis dogmatibus ne vnam quidem syllabam patiuntur, sed pro his si contingat omnes etiam mortis species amplectuntur. Vide Theodoret. 4. cap. 17. Gelasius epist. ad Euphemium petenti hæretico vt Papa ei condescenderet respondit non debere ad ima de summis condescendere, sed potius debere hæreticum de imis ad summa cum Catholiciis conscendere.*

Libros Hæreticorum abolendos esse.

CAP. XX.

PRimò ex antiqua & perpetua consuetudine. Cùm reperti fuissent Romæ quidam libri officientes religioni, prætor Vrbanus (teste a Valerio Maximo) eos in conspectu populi ex authoritate senatus cremauit. Protagoras b Abderites cum similes libros scripsisset, vrbe atque agro exterminatus est, & libri in concione combusti. Apostol. tẽpore cõuersi c ad fidẽ libros suos vanos, & curiosos ignibus publicè dederunt. Refert d Clemẽs Apostolos prohibuisse libros Gentilium, & falsorum

a 1. *cap.* 1.
b *Apud Tullium 1. de natura deorum.*
c *Actor.* 19. *v.* 19.
d 1. *Cõstit. cap.* 7.

Prophetarum. Nicęnum [e] Concil. libros Atij adiudicauit igni: quod [f] Constantinus executioni mandauit, proposita pœna capitis occultantibus huiusmodi libros [g] Epiphanius in Synodo Cypri coacta vetuit Origenis libros. Concilium Carthaginense quartum can.16. solis Episcopis permittit necessitate instante, libros hæreticorum legere. Nestorij libros [h] interdixit Concil. Ephesinum, [i] Theodosius Imperator exuri iussit. L. *Mathematic . C. de Episcopali audientia*. iubentur Mathematici libros suos cremare continentes aliquid religioni aduersum. In Concil. [k] Chalced. damnanrur libri Eutycheris quos [l] Valentinianus, & Martianus seuerè prohibuerunt legere, aut retinere, & diligentissimè quęsiti cremantur. Statuit Leo [m] Episcopos esse hæreticos censendos, qui libros hæreticorum, quos interdixerat, sinerēt in domibus fidelium habeti. Gelasius texuit [n] indicem hæreticorum, quorum libros erant euitandi. Damnatos Anthymi libros in [o] quinta synodo quisquis describeret, amputatione manuum plectebatur, lege lata à Iustiniano libris vbique combustis. In 7. [p] Synod. interdicuntur, & comburuntur libri hæreticorum, [q] excommunicantur qui legunt. [r] Constantiens. Conc. cōfirmat decretum Conc. Rom. quo vetatur lectio librorū VViclefi. Denique Concil. [s] Trident. imitatum est Gelasium supra.

Secundò, colloquia hæreticorum sunt periculosa, & proinde vitanda. Ergo multo magis libri, qui possunt semper ad manus esse, & facilè sparguntur.

Obiicitur primò, multa sunt bona in libris hæreticorum, Ergo non reiiciendi. 1. quia propterea recipit libros PP. Ecclesia in quibus sunt etiam errores. 2. tolerat libros gentilium. 3. hæreticorum Tertulliani, Origenis, Eusebii, Pelagij. 4. Iudæorum & Turcarum. Negatur conseq. 1. quia veritas non est legenda in libris hæreticorum in quibus nocet, & nihil prodest. 2. non decet veritatem suscipi à veritatis hostibus. Ad 1. probat. 1. PP. non fuisse hostes Ecclesię. 2. nusquam defendisse pertinaciter contra definitionem Ecclesiæ hos errores. 3. esse errores extinctos, nec nocere possunt, inde soluitur probatio 2. & 3. Ad 4. huius. libros non fallere sub specie

e apud Niceph. 8. cap. 18.
f apud Niceph. 8. cap. 25. & Socrat. 1. c. 6. Marcellus Ancyran. damnatus fuit quòd libros errorum suorū cōburere noluisset, apud Socrat. 1. c. 24. Nec enim hæretici recipiebantur ad pœnitentiam nisi cōbussissent libros.
g apud Socrat. 6 hist. 9.
h apud Liberatū in Breuiar. c. 10.
i L. damnato. C. de hæreticis.
k actione 3.
l L. quicumque § Nulli, & § omnes C. de hæretic.
m ep. 91. ad Turbium c. 15. & 16.
n dist. 15. can. S. Romana.
o actor. 1. & in Nouell. Cōst. 42.
p act 5.
q can. 9.
r sess. 8.
s in indice librorum.

ſpecie Chriſtianinominis (vt faciunt libri hæretici) & proinde rarò decipere poſſunt. 2. prohibentur etiam, cùm iudicantur Chriſtianis pernicioſi.

Secundò, *Omnia probate*, & c. 1. Theſſal. 5. Reſp. t ſupr. *t libro 3. de verbo Dei cap. 10.*

Tertiò, u Dionyſ. Alexandr. reprehenſus ob lectionẽ libror. hæretic. reſpondit, ſe in viſione audiſſe: *lege omnia quæ in manus tuas venient.* Theophilus apud x Socratem & Hieron. epiſtola ad Alexandrum & Minerium reſponderunt ſimiliter ſe huiuſ. legere libros vt quod bonum in eis eſſet decerperent. *u apud Euſeb. 7. cap. 6. hiſtor.* *x 6. hiſtor. 15.*

Reſpond. 1. multis etiam ſolere concedi lectionem libr. hæretic. ſed non omnibus paſſim. 2. nulla tunc erat for taſſe lex prohibens vniuerſaliter omnes hæretic. libros, ſed conſuetudo tantùm.

Quartò, y Gelaſius probare volens Concil. Chalced. partim recipiendum partim non, affert exemplum librorum hæreticorum, qui partim recipiuntur, partim reiiciuntur. *y in tom. de vinculo Anathematis.*

Reſp. non dicere recipi libros hæreticorum, ſed *Numquidnam* (inquit) *in ipſorum hæreticorum libris non multa, quæ ad veritatem pertinent, poſita leguntur? Numquid nam ideo veritas refutanda eſt, quia illorum libri, vbi prauitas ineſt refutantur? Aut ideo praui libri ſuſcipiendi ſunt eorum, quia veritas quæ illic inſerta eſt, non negatur.* Tota ergo comparatio in eo ſita eſt, vt ſicut in Concil. Chalced. quædam erant bona, quædam mala: ſic in libris hæreticorum.

Poſſe hæreticos ab Eccleſia damnatos puniri etiam morte.

CAP. XXI.

NEgant a Ioan. Huſſ. & b Lutherus. probatur tamẽ. Primò, Deuter. 17. c *Qui ſuperbierit nolens obedire ſacerdotis imperio, ex ſententia iudicis moriatur.*

a art. 14. in Concilio Conſtant. ſeſſ. 15.
b art. 33. idem olim Donatiſtæ apud Auguſt. 1. libro contra epiſtolam Parmeniani, cap. 7. & libro 7. contra literas Petiliani cap. 10 ac epiſt. 50. *c v. 12. vide etiam cap. 13. quo iubentur occidi falſi Prophetæ.*

d v.20.
e 3.Reg.18.
f 4. Reg.23.
g 4. Reg.10.
h Mat.18.v.17.
i Rom. 13.
k Mat.7.v.15.
l Ioan 10.
m 2.Timoth. 2. v.17.
n Actor.5.
o Act.13. v. 11.
p apud Sozom. 1 cap.20.
q apud Aug. 1. contr. ep. Parm. cap.7 & ep.166
r extra de hær.
s cap. Super eo.
t libro de exhortatione Martyrii cap.5.
u ex Deuter. 13.
x in illud ad Galat.5. Modicum fermentum,&c
y & scabiosum animal à caulis ouium repellendum,ne tota domus,massa, corpus,& pecora, ardeat corrumpatur,putrescat intereant. Arius vna scintilla fuit, sed quia non statim oppressa est,totum orbem eius flamma populata est.

Secundò, cap. 18. d Propheta falsus interfici iubetur. Et hanc seruauerunt legem e Elias, f Iosias, g Iehu. At inter hæreticos, & falsos prophetas non est magnũ discrimen.

Tertiò, h iubetur pro Ethnico habendus, Ecclesiæ rebellis: & proinde relinquendus est sæculari potestati, vt non amplius Ecclesiæ filius.

Quartò, Paulus i ait gestari à magistratu gladium, vt impios feriat, quales hæretici sunt.

Quintò, comparantur hæretici in Scriptura rebus quæ ferro & igne pelluntur, scilicet k lupis, l latronibus m canctis.

Sextò, Petrus n Ananiam, & Saphiram mentitos Spir. S. percussit morte temporali. Paulus o verò cæcitate pseudoprophetam.

Septimò, legibus Imperatorum, p Constantinus relegauit Arium, & q Donatistas supplicio affecit. Theodosius, Valentinianus, Martianus, & alii religiosiss. Imperator. leges pœnales aliquando etiam mortis in hæreticos tulerunt: vt patet C. de hæretic. *L. Manichæos, L. Ariani, L. Quicumque.*

Octauò, legibus Ecclesiæ. cap. r *Ad abolendam,* & cap. *Excommunicamus,* & in 6. de s hæreticis quo definitur hæreticos incorrigibiles sæculari esse potestati tradendos, vt debito puniantur modo.

Nonò, ex PP. t Cypr. postquam retulerat u necandos esse pseudoprophetas, subdit: *Si hoc in testamento veteri fiebat, nunc magis faciendum esse.* x Hierony. *Scintilla statim vt apparuerit extinguenda est, & fermentum à massæ vicinia semouendum: secandæ putridæ carnes* y &c. Aug. 2. retract. 5. retractat quod dixerat aliquando, non esse vi cogendos hæreticos ad fidem, & probat id vtilissimum, excepto mortis supplicio. Non quod z putaret illos id minimè mereri, sed tùm quia hoc Ecclesiæ mansuetudinem decere existimat: tùm quia nondum extabat lex mortis in hæreticos. Leo epist. 91. Optatus lib. 3. Greg. 1. ep. 72. Bernard. a *Melius proculdubio gladio coercerentur*

z nam tract. 11. in Ioan. *Occidunt* (inquit) *animas. affliguntur in corpore, sempiternas mortes faciunt, & temporales se perpeti cõqueruntur.* a Serm. 66. in Cantica.

illius videlicet, qui non sine causa gladium portat, quam in suũ errorem multos traiicere permittantur.

Decimò, hæretici excommunicari possunt. Ergo & occidi, Quia maior est pœna excommunicationis, quã mors temporalis.

Vndecimò, Experientia docet aliud remedium nõ esse, nam excommunicationem hæretici dicunt esse fulmina frigida: si mineris pecuniariam mulctam, sciunt non defuturos stultos, qui illis credant, & à quibus subueniantur etiam si in carcerem coniicias. Si in exilium mittas, corrumpunt vicinos verbis, & longè positos libris.

Duodecimò, falsarii digni sunt morte. At hæretici sunt verbi Dei falsarij.

Decimotertiò, grauius est non seruare fidem Deo, quam fœminam viro, sed hoc morte punitur. Ergo & illud.

Decimoquartò, tribus maximè de causis mors corporalis infertur: prima ne mali noceant bonis, secunda vt paucorum supplicio multi corrigantur, tertia, ne fiant mali peiores. At hęretici plurimum nocent, eorum suppliciis alii terrentur, & quamdiu hæretici viuunt, eo sunt peiores.

Soluuntur obiectiones.

CAP. XXII.



PRima, ab initio hucvsque, nullum Ecclesia combussit hæreticum, inquit Lutherus.

Negatur, Nam Priscillianus hæresiarcha cum sociis à Maximo Christiano Imperatore a necatus est. Donatistæ occisi apud Optat. lib. 3. Basilius b magus, & proinde hæreticus, Romæ combustus a Christiano populo. Basilius c Bogomilorum author ab Alexio Comneno Imperatore publicè exustus. d Albigenses 180. eodem affecti supplicio temporib. Innocent. 3. Et Ioan. Huss. ac Hieron. de Praga in Concil. Constantiensi ab Imperatore Sigismundo.

a *teste Hierony. lib. de viris illustribus.*
b *apud Gregor. 1. Dialog. 4.*
c *apud Zonaram in Alexio.*
d *Apud Antoninum 3. p. tit. 19. c. 1. § 4.*

Secunda, experientia docuit nihil terroribus profici. Negatur. Nam Manichæi & Albigenses armis extincti sunt.

Tertia, Ecclesia tolerat Iudæos, quidni hæreticos? Respond 1. Iudæos nusquam suscepisse fidem Catholic. hæretici susceperunt. 2. Iudæi colunt religionem quam Deus pro tempore instituit: hæretici quam Diabolus inuenit. 3. Iudæi non conantur, vt plurimum, subuertere fideles, hæretici conantur.

Quarta, Isaias loquens de tempore gratiæ: [e] *Non occident (inquit) & non nocebunt, in omni monte sancto meo.* Resp. loqui prophetam de leonibus, vrsis &c. quibus hæretici comparantur. Ac proinde significare hæreticos non fore nocituros Christianis. Etsi enim Ecclesiam exerceant, illi tamen non nocent. Non tamen sequitur hæreticos non fore à Catholicis puniendos.

e *cap.* 11. *v.* 9.

Quinta, Christus [f] tantùm iussit hæreticos, pro Ethnicis habendos [g] Paulus vitandos. Resp. etsi non præceperit comburi, non tamen prohibuit. Nonne suspenduntur fures, & tamen vbi Christus præcepit?

f *Math.* 18. *v.* 17.
g *Tit.* 3. *v.* 10.
h *apud Sulpitium* 2. *sacræ hist. circa finem.*

Sexta, [h] Martinus vehementer redarguit Idacium, & Ithacium Episcopos quòd procurarent Priscilliani mortem apud Imperatorem. Resp. merito redargui. 1. quòd causam Ecclesiasticam ad Imperatorem deferrent. 2. quòd accusatores essent in causa sanguinis: id enim Episcopos non decet.

Septima, [i] *Oportet hæreses esse.* Item, *Necesse est vt veniant scandala.* Resp. ea non permitti, sed prædici futura. Sicut malas herbas in horto: quas tamen nullus negabit esse eradicandas.

i 1. *Cor.* 11. *v.* 19. δεῖ γὰρ καὶ ἐν ὑμῖν αἱρέσεις εἶναι.

Octaua, Cupientibus discipulis Samaritas comburi respondit Christus *Nescitis cuius spiritu estis.* Resp. 1. Samaritas non fuisse compellendos quia non promiserant se fidem Christi seruaturos. 2. id Apostoli quærebant non zelo salutis animarum, sed vindictæ.

k *Mat.* 18. *v.* 7. ἀνάγκη γάρ ἐστιν ἐλθεῖν τὰ σκάνδαλα ἔρχεται.

Nona, dicitur Matth. 13. [l] *Sinite vtraque crescere vsque ad messem.* vbi hæreticos prohiberi occidi [m] Chrysost. & [n] Cyprian. docent.

l *v.* 30.
m *in hunc locũ.*
n 3. *epist.* 3.

Respond. per zizania ibi intelligi quoscumque malos, id est filios nequam, vt Dominus explicat: ac velle di-

eere impossibile esse omnes extirpari malos: vel quia non sunt noti, & periculum est, ne simul eradicetur & triticum, id est innocentes: vel quia cùm fortiores viribus corporis sint, atrox & irreconciliabile bellum orbi inferretur. vt ibid. ait Chrysosto. Cyprian. verò per zizania intelligit malos Christianos, nec occidi prohibet sed Domini solius esse ait discernere malos à bonis.

Decima, cùm multi recederent à Christo dixit discipulis: [o] *Vultis & vos abire?* Ergo & Ecclesia sic facere debet. — o *Ioan.6.v.67.*

Negatur conseq. 1. ratione pro Samaritanis allata. 2. quia non decebat Christum qui venerat iudicari non iudicare, proprias vlcisci iniurias: sed vt eas filiis vindicandas relinqueret, sicut [p] fecit Dauid. — p 3. *Reg.* 2.

Vndecima, fides est donum Dei. Igitur ad eam nullus compelli debet. Resp. ita esse donum, vt sit etiam in nostra potestate sicut [q] & continentia. — q *vide sup. libro 2. de membris Ecclesiæ, cap.* 31.

Duodecima, dixit Dominus Petro [r] *Mitte gladium tuum in vaginam.* Resp. 1. Ecclesiam duos habere gladios vnum spiritualem, quem ipsa exercet, alterum materialem, quem exercet sæcularis Princeps, qualis Petrus nō erat. 2. agi ibi de vindicta priuata. — r *Ioan.*18.*v.* 11.

Decimatertia, Apostolus [s] iubet bis ad minimum hæreticis parcendum. Resp. non loqui de venia danda, sed monitione præcedente excommunicationem, quam etiam nunc Ecclesia obseruat. — s *Tit.*3. *v.*10.

Decimaquarta, hæretici extra Ecclesiam sunt. At [t] nihil ad nos de his quæ foris sunt. Resp. esse extra, vt oues errantes, cum obligatione manendi intus. — t 1. *Corint.* 5. *v.* 12.

Decimaquinta, mortem hæreticis velle Ecclesiæ mansuetudinem offendit. Resp. teneri plus misereri filiorū, quam inimicorum. Et reuera crudelis esset parcere lupis, & ouibus nocere.

Decimasexta, fides est libera. Resp duplex est liberum, vnum [u] ab obligatione, alterum in [x] electione. Priori fides est libera in foro exteriori ante Baptismum, post nō item: priori est: sed hoc non obstat quin contra eam agentes puniātur, tāto iustius quòd eā si vellent haberēt. — u *quomodo dicimus liberum esse vouere castitatem, intrare religionem, &c.* — x *quomodo quisquis liber est eligere bonum vel malum.*

Decimasept. nusquam Apost. brachiū sæculare inuocarūt. [y] Resp. id verum, quia deerat Princeps Christianus. — y *ita Aug. ep.* 50

TERTIA CONTROVERSIA GENERALIS DE ECCLESIA.

QVAE EST DE PVRGATOrio duobus libris explicata.

INDEX LIBRORVM ET CAPITVM.

LIBER PRIMVS.

LIBER SECVNDVS.

INDEX.



LIBER PRIMVS,

DE PVRGATORIO.

EX PRAEFATIONE.

SCripſerunt de Purgatorio [a] Ioannes Roffenſis, [b] Ioannes Eckius, [c] Ioannes Bunderius, [d] Ioannes Garetius, [e] Iacobus Latonius [f] Iodocus Clithonæus, [g] Bernard. Luxemburgenſis, [i] Alphonſus à Caſtro, Martinus [k] Pereſius Aiala, [l] Claudius Conſ- ſart, [m] Caietanus, [n] Franciſcus Orantius, Hugo [o] Etherianus, Catharinus libro de veritate Purgatorij.

a *Contra articulos Lutheri.*
b *Libro. 4. de Purgatorio.*
c *In ſuo compendio titulo. 18.*
d *Libro de oratione pro defunctis.*

e *In Explicatione ſexti articuli Louanienſium* f *Libro de Purgatorio.* g *Libro vnico de Purgatorio.* i *Verbo Purgatorium.* k *De traditionibus l. contra Vvaldenſes.* m *Tom. 1. tract. 23. & 24.* n *Libro quinto de locis.* o *De Regreſſu animarum ab inferis.*

De Nomine Purgatorij.

CAP. I.

TRia inueniuntur in ſcripturis, quibus purgatio tribuitur peccatorum, & dici purgatoria poſſunt. 1. [a] Chriſtus. 2. [b] Tribulationes. 3. Quidam locus, in quo tanquam in carcere animæ incluſæ concluduntur,

a *Hebræor. 1. v. 3. Purgationem peccatorum faciens.*
b *Ioan. 15. v. 2.*

vſque dùm fuerint penitùs expiatę, De quo quidem tota controuerſia eſt.

De erroribus circa purgatorium.

CAP. II.



Rimus fuit, [c] Ærij, qui docuit non eſſe pro defunctis orandum, vnde ſequitur vel eos non egere precibus, aut non poſſe iuuari: quorum vtrumque Purgatorio repugnat, vt aſſeritur ab Eccleſia.

Secundus [d] Vualdenſium, [e] Apoſtolicor [f] Albigenſium, & [g] Lutheranorum aſſerentium nullum eſſe huiuſmodi Purgatorium.

Tertius Petri Martyris, qui. 1. ait, ſiue ſit ſiue non ſit Purgatorium, non eſſe fidei dogma. 2. Non eſſe probabile Purgatorium eſſe. ita in cap. 3. prioris ad Corinth.

Quartus, Origenis, omnes pœnas eſſe purgatorias, nec vllum eſſe infernum, vt refert Epiph. epiſtola ad Ioannem Hieroſolymitanum.

c *Apud Epiph. hæreſ.* 75.
d *Apud Antoninum* 4.p.tit. 11 c.7. §.1. *ſummæ. Theolog.*
e *Apud Bernard. ſerm.* 66. *in Cantica.*
f *Apud Antoninum ſupra.* §.5.
g *Lutherus primò docuit Purgatorium, vt patet ex diſputati ne Lipſiaca: ſecundò admiſit quidem, ſed cum erroribus multis ſcilicet non poſſe ex ſcripturis probari, non eſſe de ſua ſalute certas animas in Purgatorio poſſe mereri & demereri, ſine intermiſſione peccare, minus beari, quæ per ſuffragia liberantur.* 3. *Purgatorium omnino negauit libro de abroganda Miſſa priuata. quem ſequuntur omnes Lutherani, & Caluiniſtæ.*

Purgatorium probatur ex veteri Testamento.

CAP. III.

PRimò. Ex Machab. 2. cap. 12. In quo & Iudas orare fecit pro mortuis, subiungitur in textu: *Sancta ergo & salubris est cogitatio pro defunctis orare vt à peccatis soluantur.* Vnde quinque colliguntur. Primò posse mortuos à peccatis solui, & proinde Purgatorium esse. 2. sacrificia & orationes illis prodesse. 3. Non expiari in morte semper omnes peccatorum reliquias, vt Lutherus fingit. 4. Posse hominem piè mori, & tamen habere aliquid soluendum. Vltimò hoc esse de fide.

Respondent Primò, Hunc librum canonicum non esse. Nam [a] Augustinus ait non esse paris authoritatis cum lege, Prophetis, & Psalmis, vtilem tamen si sobriè legatur. Et Cyprian. in expos. Symboli docet libros Mach. non valere ad fidei dogmata probanda.

a *Libro 2. contra epist. Gaudenty cap. 23.*

Secundò, quia saltem hæc pars: *Sanctè & piè de resurrectione &c.* non est canonica: Exploratum enim continet errorem, scilicet animas simul cum corporibus perire: alioquin non obstante Resurrectione etiam illis oratio profuisset.

Tertiò, quia illa conclusio: *Sancta ergo &c* non videtur historico conuenire & fortè fuit ex margine in textum intrusa.

Quartò, quia non fit Purgatorij mentio, sed solum Resurrectionis.

Quintò quia constat oratum pro defunctis in peccato mortali, cum surripuerint de donariis Idolorum, à quibus lex prohibebat. Ergo vel Iudæ factum fuit superstitiosum, vel orarunt non ad iuuandas animas, sed vt seipsos consolarentur.

Sextò, non sequitur, oratum est pro defunctis: ergo erant in Purgatorio: poterant enim esse in inferno: & potuit orari ad ostendendum pium erga mortuos affectum.

Septimò, quia scriptura legem nō profert, sed vnius principis actum: Exempla autem in scripturis non sunt imitanda passim: etiamsi fortasse laudentur. Nam & ibidem [b] Razias laudatur qui seipsum occidit.

Ad 1. supra [c] satisfactum est. Ad probationē ex Aug. negatur. Nam solum [d] dicit non esse apud Iudæos paris authoritatis. Sobriè verò legendum, non quod canonicus non sit, sed propter exempla eorum qui se occiderunt. Explicatio autem illa non est Cypria. sed Rufini, ideò arbitrantis eos libros non esse canonicos quòd de his aliquando etiam reuera dubitatum fuerit.

Ad 2. pro eodem apud Iudæos fuisse negare resurrectionem & animarum immortalitatem, vt patet de Sadducæis act. [e] 23. vel affirmare, vt de Pharisæ. ibid. Vnde Christus [f] probaturus Saducæis Resurr. ea vtitur argumentatione: Deus est viuentium Deus non mortuorum. Sed vocatur in scripturis Deus Abraham, Deus Isaac, &c. qui mortui sunt corpore quidem, Ergo viuunt anima. Igitur mortui resurgunt, quæ certè Argumentatio nulla erit, nisi pro vno & eodem habeatur immortalitas animæ, & resurrectio corporis hoc modo: si anima superest, & sit immortalis, pro confesso habetur corpus resurrecturum: igitur reuera resurgent. Quare vult Author libri Mach. dicere si mortui non resurgunt, animæ quoque sunt mortales, & proinde vanum pro mortuis orare.

Ad 3. Non esse insolitum historicis aliquid interdum colligere ex rebus gestis, quod ad imitationem pertineat, ac bonos mores.

Ad 4. Satis esse si inde Purgatorium colligatur, cùm de re non de nomine sit controuersia.

Ad 5. Vel eorum peccatum veniale fuisse, quod legis ignorarent prohibitionem: vel doluisse in morte: vel denique quidquid sit, de eorum statu, incertum fuisse, & proinde potuisse pro illis orari.

Ad 6. Nostram consequentiam non esse, Oratum est pro illis, ergo, erant in purgatorio. Sed, orarunt pro quibusdam defunctis, Ergo existimarunt fieri posse, vt essent in Purgatorio: vel, laudatur in scriptura oratio

b *cap. 14. ad finem.*
c *lib. 1. de Verbo Dei ca. 15.*
d *Hanc quidem scripturam quæ appellatur Machabæorum, non habent Iudæi sicut legem, & Prophetas, & Psalmos, sed recepta est ab Ecclesia non inutiliter, si sobriè legatur, vel audiatur. Hæc ille.*
e *v. 6. & 8.*
f *v. 22.*

pro defunctorum peccatis, Ergo purgatorium est in alia vita. Nam alioquin frustra oraretur. Porrò si tantùm ob humanum affectum declarandum id actum fuisset, ad quid oratio, & sacrificium pro iis qui iuuari nequirent?

Ad 7. sumi Argumentum nostrum, tùm a solemni antiquæ ritu Ecclesiæ: dicuntur enim omnes, qui cum Iuda erant ad preces conuersi: Tum a testimonio sacræ scripturæ laudantis orationem pro defunctis. Quod verò adducitur de Razia, supra [g] solutum est. g 1. *de verbo Dei*. 15.

Secundò, probatur purgatorium, sed probabiliter tantum ex Tobiæ [h] 4. *Panem tuum, & vinum constitue super sepulturam iusti &c.* Id est instrue conuiuium, & voca fideles pauperes, vt ipsi post acceptam Eleemosynam orent pro anima defuncti: quæ enim alia huius loci interpretatio? Munsterus equidem per sepulchrũ, intelligit ora pauperum iustorum: sed 1. nusquam in scripturis vocatur sepulchrum, os iusti, sed tantum os peccatoris. 2. Tobias ibidem multis iam commendauerat verbis pauperes viuos: & postea transiit ad mortuorum commendationem. h *v*. 18.

Tertiò, 1. Reg. [i] vltimo, quibus in locis ieiunatur pro Saul, & Ionata mortuis, septem diebus: videtur autem irrationabile tot ieiunare diebus, tantum in signum doloris: ergo vt iuuarentur suffragiis. i *v*. 13.

Quartò, psal. 37. *Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me.* in ira id est, post hanc vitam ad emendationem: in furore, id est, ad æternam damnationem, iuxta August. Bedam, Haymonem, in hunc locum.

Quintò [k] *Transiuimus per ignem & aquam:* quem locum interpretantur de purgatorio Orig. [l] & Ambr. in psal. 36. k *Psal*. 65. *v*. 11. l *homil*. 25. *in Numeros*.

Sextò, Isaiæ. 4. [m] *Purgabit Dominus sordes filiorum & filiarum Sion & sanguinem emundabit de medio eorum spiritu iudicij, & spiritu combustionis*, quod de pœna purgatorij [n] Aug. intellexit. m *v*. 4. n 20. *Ciuit*. 25.

Septimò, Isaiæ 9. *Succensa est quasi ignis impietas &c.* o *v*. 18.

[p] Basilius de purgatorio. p *In hunc locũ*.

Octauò, Mich. 7. [q] *Cum sedero in tenebris irã Domini* q *v*. 8. & 9.

portabo, solitum esse afferri pro purgatorio, hunc locum docet. r Hierony.

r *in c. vlt. Isaiæ.*

s *v. 11.*

t *v. 3.*

u *homil. 6. in Exodum.*

x *in Psal. 36.*

y *supra.*

Nonò, Zach. 9. *Tu* s *autem in sanguine Testamenti tui eduxisti vinctos tuos de lacu, in quo non erat aqua.* Etsi enim pro liberatione PP. ex limbo id soleat adduci, melius tamen pro liberatione animarum ex purgatorio, quòd propriè dicantur vinctæ, & nulla sit in purgatorio consolationis aqua, quæ in limbo erat.

Decimò, Malach. 3. t *Ipse sedebit quasi ignis conflans, & purgabit filios leui.* De purgatorio u Orig. x Ambr. y August. & Hierony. in hunc locum.

Probatur ex nouo Testamento.

PRIMVS LOCVS.

CAP. IIII.

a *v. 32.* ὃς ἐὰν εἴπῃ λόγον κατὰ τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου ἀφεθήσεται αὐτῷ. ὃς δ' ἂν εἴπῃ κατὰ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου, οὐκ ἀφεθήσεται αὐτῷ, οὔτε ἐν τῷ νῦν αἰῶνι, οὔτε ἐν τῷ μέλλοντι.



MAth. 12. a *Quicumque dixerit verbum contra filium hominis remittetur ei: qui autem dixerit contra Spiritum sanctum non remittetur ei, neque in hoc sæculo, neque in futuro:* vnde colligũt b Patres quædam peccata remitti in alio sæculo per suffragia, & orationes Ecclesiæ. Obiicitur c primò, hæc per aggerationem dicta fuisse a Christo.

b *Aug. 21. ciui. 24. Greg. 4. dialog. 39. Bedæ in 3. Marci. Bernard. homil. 66. in Cantica & omnes Glossæ.*

c *ita Petrus Martyr.*

d *est aliorum sicut & tertia obiectio.*

Sed 1. Hac etiam solutione, potest solui infernus. 2. Exaggeratio non debet fieri inepta, qualis est cùm fit partitio, & vni membro partitionis nihil respondet: cuiusmodi est illa, non remittetur ei in hoc sæculo, in quo reuera peccata remittuntur, neque in alio in quo non remittuntur, ad quid ergo dicitur neque in alio?

d Secundò, Christum, cõferre peccatum in spiritum sanctum cum aliis grauissimis mortalibus. Et proinde si quæ remitterentur, illa certò essent mortalia, at solum venialia, per nos, remittuntur in alia vita.

Respondeo Christum loqui de remissione perfecta, quæ complectitur culpæ & pœnæ remissionem: qua ratione grauissima etiam peccata in alio remittuntur sæculo, quia ibi remissio eorum completur.

Tertiò, si in alio sæculo Christus vellet peccata remitti, videretur significare grauiora, Alioquin non diceret: *Neque in hoc sæculo, neque in futuro*, sed è contrario: vt oratio cresceret.

Respondeo, Orationem crescere, quia in futuro sæculo, maius est spacium diluendi peccata, quam hìc: & præterea præponitur hoc sæculum, quia hic inchoatur, illic perficitur remissio.

Quartò, [e] si loquitur Dominus de remissione culpæ. Ergo malè allegamus hunc locum pro remissione pœnæ.

[e] *ita Caluin.*

Respondeo, 1. in purgatorio remitti etiam culpas veniales. 2. loqui etiam Christum de pœna. Sensus enim est, peccatum in spiritum sanctum, non remitti in hoc sæculo nec in futuro: neque quantum ad culpam, neque quantum ad pœnam.

Quintò, Christum velle dicere in hoc iudicio, & in nouissimo non remittetur: & sic nulla fiet mentio purgatorij.

Respondeo, quinam erunt illi quibus hìc non est remissum, & in iudicio tamen remittetur? nonne aut qui venialium egent purgatione, aut solius pœnæ debitores erunt?

Sextò, [f] Ex negatione nō sequitur affirmatio in bona dialectica, & proinde non valet inferri, peccatum in spiritum sanctum non remittitur in hoc, neque in alio sæculo: Ergo aliquod remittitur in alio sæculo, sicut non bene sequitur Rex Philippus non est Venetorum Rex. Ergo est aliquis alius Rex Venetorum. Quare & Christus dicere poterat, non remittetur neque in hoc sæculo, neque in inferno, cùm tamen in inferno nulla remittatur culpa.

[f] *ita Petrus Martyr.*

Respondeo, non sequi iuxta dialecticam: sed benè iuxta prudentiæ regulam: alias faceremus Dominum ineptè loquutum: sicut qui diceret, Rex Philippus non

te absoluet, neque in Hispaniæ neque Galliæ senatu.

Quare cum dixisset Christus: [g] *Regnum meum non est de hoc mundo*: intulit Pilatus: *ergo Rex es tu*. Neque ait Christus non rectè inferri, sed approbauit. Ergo ineptè loquutus fuisset, si dixisset, in inferno, cum constet ibi nullam fieri remissionem.

g *Ioan*. 18.

Septimò, dicunt: *Neque in hoc sæculo* &c. idem esse atque in æternum vt exposuit [h] Marcus, sicut dicit Petrus: *Non lauabis mihi pedes in æternum*.

h 3. v. 29.
i *Ioan*. 13.
οὐ μὴ νίψῃς τοὺς πόδας μου εἰς τὸν αἰῶνα.

Respondeo, vel Christus locutus est vt habet Mat. vel vt habet Marcus, vel vtroque modo. Si primum, & tertium, habetur intentum. Si secūdum, debetur Marcus per Mathæum intelligi, non contra: cùm Marcus fecerit quasi compendium ex Euangelio Mathæi. Nec eodem modo quo apud Marcum accipitur Ioannis. 13. vox *in æternum*: Petrus enim illam accepit tantùm pro huius spacio vitæ: cùm non lauentur pedes in alio sæculo. Marcus verò pro spacio huius, vel alterius sæculi. Vltimò dicunt phrasim Hebraicam esse.


Resp. falsum esse: quamuis illa phrasis Petri *In æternum* Ioan. 13. verè Hebraica sit. Dicunt enim Hebræi etiam de temporalibus [k] לעולם Marcus verò non vtitur phrasi Hebraica, sed propriè loquitur.

k *Legolam in æternum siue, in sæculum*.

Locus

Locus secundus.

CAP. V.



IPse a tamen saluus erit, sic tamen quasi per ignem. Quo quidem in loco, obseruandum est Apostolum vti similitudine Architectorum, quorum vnus super fundamentum lapideum, atque solidum ex pretiosa erigit materia domum, quæ non timeat ignem: Alter super fundamētum simile, extruit ædificium ex combustibili materia, vt stipulis, ligno &c. Hoc duplici ædificio, si ignis applicetur, prius quidem integrum manebit etiam saluo Architecto, si sit intus. Posterius verò, breui per ignem deuorabitur, & architectus inclusus non nisi egredietur per ignem, in quo transitu non quidem morietur, sed tamen eius corporis leuiores partes, incolumes non egredientur. Sunt autem huius loci quinque difficultates. Prima: quid intelligatur per ædificantes. Secunda, quid per aurum, lapides & stipulas &c. Tertia, quid per diem Domini. Quarta quid per ignem qui in domini die, opus probabit. Quinta, quid per ignem, cùm dicitur. *Quasi per ignem*. D. b Aug. & alij nonnulli per Architectos intelligunt quoscunque Christianos. Alij c solos intelligunt Doctores & prædicatores: Quamuis vtraque expositio purgatorio faueat, secunda tamen germanior est. Nam apertissimè ibi Apostolus se prædicatoresque alios Agricolis atque Architectis: populos verò agris & ædificiis comparat.

Per fundamentum d Alij intelligunt fidem informem: per aurum &c. opera bona: per stipulas &c. mortalia peccata. Sed immeritò. Nam peccata mortalia potius sunt comparanda plumbo, ac ferro. Deinde nullus ex inferno (cui deputantur punienda mortalia) transibit saluandus. Respondent equidem Græci saluum fore, quia numquam consummabitur, & quidem

a 1. *Corin.* 3. v. 12. εἰ δέ τις ἐποικοδομεῖ ἐπὶ τὸν θεμέλιον τοῦτον, χρυσὸν, ἄργυρον, λίθους τιμίους, ξύλα, χόρτον, καλάμην. *si autem quis superædificat super fundamentum hoc aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna, fænum, stipulam.* v. 13. ἑκάστου τὸ ἔργον φανερὸν γενήσεται, ἡ γὰρ ἡμέρα δηλώσει, ὅτι ἐν πυρὶ ἀποκαλύπτεται. καὶ ἑκάστου τὸ ἔργον ὁποῖόν ἐστι τὸ πῦρ δοκιμάσει v. 14 εἴ τινος τὸ ἔργον μένει ὃ ἐπῳκοδόμησε, μισθὸν λήψεται· εἴ τινος τὸ ἔργον κατακαήσεται ζημιωθήσεται. αὐτὸς δὲ σωθήσεται, οὕτω δὲ ὡς διὰ πυρός.

b *in Enchiridio cap.* 68.

c *Anselm. & B. Tho. in hunc locum.*

d *Chrysost. & Theophyl. in hūc locum.*

per ignem, quia semper ardebit. Sed inusitatum est in scripturis accipi nomen salutis, in malam partem. Alij [e] Christum siue fidei prædicationem: & nomine auri &c. catholicas interpretationes: fæni verò &c. hæretica dogmata. In quam sententiam propendent Caluinus Ochimus, & Martyr. Sed hæretici architecti hæretic.dogmatũ non saluantur per ignem, sed damnantur in inferno penitus. Deinde non ædificant super fundamentum quod est Christus: sed super alium Christum, quem sibi confingunt. Alii [f] intelligunt per fundamentum, fidem viuam, per lapides pretiosos aurum &c. opera supererogationis, per stipulas &c. omissionem consiliorum, & affectum carnalem, quamuis licitum, ad huius mundi bona. Hæc sententia est, sed huic non congruit loco: nisi cum illo affectu carnali, etiam venialia intelligantur peccata. Si enim bonus affectus, quare ardebit? Si malus, ergo peccatum: non dantur autem opera media in particulari.

e Hierony. in 5. Isaiæ ad illud Væ qui coniungitis domum ad domum.

f *Augu. lib. de fide & operibus cap.* 16.

[g] Gregorius, per aurum, opera bona: per stipulam peccata intelligit venialia. Quæ sententia bona est, sed cui anteponitur vltima.

g 4.*Dialog.*39.

Sunt [h] nonnulli qui per aurum bonos intelligunt auditores, per stipulas malos. Ita vt doctor quidem saluus sit, detrimentum autem cedat tantùm in quosdam auditores. Sed vt Chrysost. ait, etiam Architecto detrimentum tribuitur, & ipse dicitur ædificare stipulam.

h *ita Theodoret. & Oecumen.*

i *v.* 10. ὡς σοφὸς ἀρχιτέκτων θεμέλιον τέθεικα.

Est ergo sententia vltima. Per fundamentum intelligi Christum à primis prædicatoribus annunciatum, iuxta illud Pauli: [i] *Vt sapiens Architectus fundamentum posui.* Nomine auri &c. doctrinam prædicatorum vtilem & salutarem verbo, & exemplo. Per stipulam &c. Inutilem, atque curiosam doctrinam. Quæ sententia maxime probatur. Tùm quia nomine ædificantium, soli intelliguntur doctores: Ergo nomine operis eorum doctrina intelligi debet. Tum quia hoc valdè competit Corinth. prædicatoribus: erant enim nonnulli plus æquo Philosophiæ, & eloquentiæ dediti. Denique quòd hac ratione hoc totum caput explanatur optimè. Si quidem Paulus tres similitudines posuit: vnam de plantantibus Agricolis, qua solos DD.

bonos complexus est. Secundam de ædificantibus supra fundamentum bonum, qua & bonos & malos intellexit doctores. Tertiam de corruptoribus Templi, qua solos perfectè malos contineri voluit: de quibus dixit quòd illos disperdet Deus.

Nomine [k] *diei Domini*, Quidam intelligunt vitam præsentem, siue tribulationis tempus, in quo boni sæpè discernuntur à malis. Sed hoc non videtur esse ad mentē Pauli. Primò, quia est articulus in textu ἡ γὰρ ἡμέρα quo certus designatur Dies: vt 2. Timoth. 4. [l] Secundò, quia præsens tempus non dicitur in scripturis dies domini, sed [m] dies nostra. Tertiò, quia tribulationes sunt communes bonis & malis, ac proinde non declarant vniuscuiusque opus.

Alij [n] dicunt esse diem iudicii particularis. Primò, quia post illud aliqui reuera manent purgandi per ignem: non autem post generale iudicium. Secundò, quia si intelligeretur de generali iudicio, sequeretur nullum sanctorum ante vltimum iudicium, cælum ingressurum, quia non ante fieret examen & perfecta purgatio. Tertiò, quia textus græcus non habet, *reuelabitur, sed* ὅτι ἐν πυρὶ ἀποκαλύπτεται, quia in igne reuelatur. Omnes tamen veteres videntur intellexisse Diem iudicii vltimi, quod probabilius videtur. Primò, quia [o] vbique hunc significat diem dies domini. Secundò, quòd designetur dies, in quo omnium opera sunt simul probanda: Id autem minimè præstatur, in iudicio particulari. Tertiò, quia dixit Paulus *dies domini declarabit*, id est tunc erunt omnia omnibus manifesta.

k *Aug. li. de fide & operib. ca. 16.*

l *v. 8. Quā reddet mihi Dominus in illa die* ἐν ἐκείνῃ ἡμέρᾳ.

m *Luc. 19. v. 42. c. 21. v. 53. ad Galat. 6. v. 10.*

n *ita Caietanus.*

o *vt psal. 74. v. Sophoniæ. 1. v. 14. 15. 16. Ioel. 2. v. 2.*

Ad primum, post vltimum iudicium non fore purgatorium: & ideò illa verba. *Saluus erit sic, tamen quasi per ignem:* non significare quòd prius trāseat per ignem, sed quòd transierit, vel se habeat, vt ij qui transierint per ignem.

Ad secundum, quemadmodum dicuntur in scripturis damnandæ, & beatificandæ animæ in vltimo iudicio, quia etsi ante beatificatæ fuerunt priuatim, tunc tamen coram toto mundo id erit: ita & examen fieri quidem in morte vniuscuiusque priuatim, sed nihi-

lominus iterum in vltimo iudicio publicè faciendum.

Ad tertium, pro vno verbo in præsenti (quod verisimile est in p futuro fuisse) tria in futuro habentur, φανερὸν γενήσεται, ἡμέρα δηλώσει, πῦρ δοκιμάσει. Adde tempus præsens frequentissimè poni pro consuetudine, opinione, & professione, & non pro actione temporis certi vt. Luc. 1. *virum non cognosco.*

p ἀποκαλύπτεται.

Per ignem qui probabit opus, alij tribulationes huius intelligunt vitæ, quod iam explosum est. Inferni alii, purgatorii alii, alii conflagrationis ignem. Sed primò illi ignes non examinabunt ædificium sanctorum ex auro, argento &c. Secundò, quomodo examinare possent opera, quæ iam transierunt? Superest q ergo dicere per ignem intelligi iustum iudiciũ Dei. Primò, quia nihil assignari potest aliud, quod probet omnia opera nostra. Secundò, licet opera transierint ab oculis hominum: non tamen ab oculis Dei: Et proinde si cuius opus iudicium Dei sustinuerit, accipiet mercedem, si minimè, reiicietur: Tertiò quod rectissimè iudicium Dei ignis appelletur, iuxta r Daniel. 7. quod sit purissimum, celerrimum, efficacissimum, & maximè penetratiuum.

q *ita Ambro. in Psal.* 118. *conc.* 20. *super illud Vide humilitatem meã. Sedulius in hunc locũ Carthusianus Lyranus Caiet.*
r *v.* 10. *Hebræorum verò* 12. *v.* 29. *dicitur Deus ignis consumẽs.*
f *art.* 37.

Per, *quasi per ignem*, Nonnulli, huius vitæ tribulationes intelligunt. Sed hac explicatione, etiam qui ædificant aurum &c. transirent per ignem, cùm transeant per tribulationes.

Lutherus f & Caluinus intelligunt iudicium Dei, doctrinam approbans veram, & falsam refutans: sicut ignis perficit aurum, & consumit fœnum. Hoc autem iudicium fieri, dum quis conuertitur, maximè in articulo mortis, intelligitque se deceptum, iacturam suæ fecisse doctrinæ, ac proinde confunditur, atque erubescit. Refelluntur primò quia vel illud iudicium fit solum in morte, adhuc viuente homine, vel potest etiam fieri post mortem. Si posterius, igitur potest fieri tunc aliqua peccatorum remissio, atque purgatio, saltem per illam confusionem, quod negant: esset enim aliquod purgatorii genus, Si prius, quo modo ergo, qui superædificauerunt lignum & fœnum &c. Saluabuntur, si re-

pentina corripiantur morte, nec spacium pœnitendi habeant? Non possunt damnari, quia Christum pro fundamento habuerunt, & de iis omnibus pronunciat Paulus, quòd saluabuntur: nec transierunt per ignem, de quo Caluinus, atque Lutherus: & tamen saluari nequeunt nisi transierint per ignem. Ergo admittere debemus aliquod purgatorium (præter ignem illum Caluini) in quo expientur. Secundò, illud iudicium, siue ignis Caluini, non afferret detrimentum, sed potius commodum: vult enim Caluinus illo mentem illustrari. At ignis de quo Paulus ait, verè afficiet pœna. Nam in Græco est ζημιωθήσεται *dabit pœnas.* Tertiò, sequeretur omnes qui saluantur, transire per hunc ignem: cum iuxta Caluinum, & Lutheranos omnia opera nostra, quamuis iustissima in oculis hominum, sint peccata in oculis Dei. Nec responderi potest non imputari propter fidem. Nam ea etiam ratione iudicium illud subterfugerent opera illorum, qui cum sint fideles, stipulam tamen ædificarunt.

Communis ergo Theologorum sententia est, nomine ignis aliquam intelligi purgatorij pœnam, ad quam adiudicantur post mortem qui ædificarunt stipulam &c. Hæc expositio, præterquam quod optimè congruit textui, satis ex communi PP. consensu probatur. Ambros. t *Sed cum (inquit) Paulus dicat, sic tamen, quasi per ignem, ostendit quidem illum saluum futurum, sed pœnas ignis passurum, vt per ignem purgatus, fiat saluus.* u Hiero. in 4. Amos. x Greg. 4. Dialog. y Alcuinus, z Rupert, a Magister, & alii scolastici: b Anselmus, c Innocentius 3. & omnes Latini recentiores. Ex Græcis Origenes, *Sed & illud (inquit) cùm conuenitur, si quis multa opera bona, & parum aliquid iniquitatis attulerit, illud parum, tanquam plumbum, igne resoluitur & purgatur*, &c Oecumenius, d qui etiam testatur ita Basilium intellexisse hunc locum, & e Theodoret. apud

t *in hunc locum.*

u *Exponens illud Facti estis sicut torris raptus de incēdio. Iuxta illud (inquit) quod in Apostolo legimus, Ipse autem saluus erit qua si per ignem: qui ergo saluatur per ignem, quasi torris de incendio rapitur. Aug. in psa. 37.* x *cap 39.* y *3. de Trinit.*
z *in 3. Genes.* a *4. dist. 21.* b *in hunc locum.* c *in psal. 37.*
e *Hunc credimus ignem Purgatorium quo purgantur animæ,*

vt aurum in cõflatorio. In Græ. iuxta Gagneiũ Τοῦτο τὸ πῦρ πιστεύομεν καθαρτήριον ἐν ᾧ καθαριζόμεναι αἱ ψυχαὶ καθάπερ χρυσίον ἐν τῷ χωνευτηρίῳ.

f v. 11.

D. Th. in opuſculo primo contra Græcos.

Obiiciunt primò abſurdum eſſe, Apoſtolum variè in eadem ſententia nomen ignis vſurpaſſe, nimirum pro vero iudicio, & pro purgatorii igne.

Reſpondeo, nos ex ipſo textu ad æquiuocationem non vnam, ſed duas admittendas cogi. Nam cum ait, *Diem iudicij manifeſtari per ignem*, videtur omninò loqui de conflagrationis igne: cùm addit, *cuiuſque opus ignis probabit* non poteſt loqui de igne materiali, vt ſupra dictum eſt: & cùm, hoc ſecundo igne opera, tertio verò non opera, ſed operarios, qui ſtipulam ædificarunt, dicat examinanda eſſe, neceſſario de diuerſis ignibus textus eſt intelligendus. Quamuis non propriè ſit æquiuocatio, ſed elegans alluſio. Hic enim ſenſus eſt: Dies domini per ignem conflagrationis declarabitur, & ſicut ipſa dies per ignem declarabitur, ita ipſa dies manifeſtabit per ignem ſcilicet iudicii diuini, vniuſcuiuſque opus: & ſicut opera per ignem manifeſtabuntur, ita etiam operarii, qui purgatione indigent, purgabuntur per aliquem ignem. Adde non eſſe Paulo inſolitum in eadem ſententia variè vti aliquo nomine, vt patet. f 2. Corinth. 5. eum qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit.

Obiiciunt ſecundò, illud (*Quaſi*) ſimilitudinẽ quandam rei, & non rem ipſam denotare.

Reſpondeo ſimilitudinem ſignificare non ignis, ſed tranſeuntis per ignem: ſenſus enim eſt, ſaluabitur qui ædificauit fænum, ſed ad eum modum quo quis tranſit per ignem, vt perueniat ad aliquem locum.

Tertius locus.

CAP. VI.



Vid [a] *facient qui baptizantur pro mortuis, si mortui non resurgunt.* Petrus Martyr vult [b] Paulum loqui de Baptismo eorum qui baptizabantur in lecto cùm iam essent in extremis: vt sensus sit, *quid facient qui baptizantur quando habentur magis pro mortuis quam pro viuentibus, & certum est non baptizari pro vllo huius vitæ commodo.* Sed debuisset ergo dicere Paulus, *vt quid baptizantur pro se.* Vera igitur sententia [c] est Apostolum loqui de baptismo lacrymarum, & pœnitentiæ qui suscipitur orando, ieiunando, &c. atque sensum esse. *Quid facient qui se pro mortuis affligunt, nisi resurgant mortui.* Primò, quia baptizari, passim in [d] scripturis & PP. [e] accipitur pro affligi. Secundò, quia purgatorii pœna à scripturis & PP. baptisma vocatur. Nam illud Matth. [f] 3. *Ille vos baptizabit in Spiritu S. & igni.* Hieron. post Basilium [g] exponit de spiritu sancto in hac vita, igne verò in futura. Itaque eleganter Apostolus dicit eos baptizari pro mortuis, quod suscipiãt partem illius ignei baptismi.

Obiiciunt primò: debuisset ergo dicere Paulus, *Quid faciemus.* Nam omnes fideles pro mortuis orant.

Respondeo, Apostolum respexisse ad consuetudinem Iudæorum, qui more veteri, ieiunabant & orabant pro mortuis. Noluit autem argumentari à consuetudine Christianorum quæ reiici poterat vt noua.

Obiiciunt 2. Non bene argumentari ex oratione ad resurrectionem, funditur enim oratio, non vt resurgãt, sed vt à peccatis soluantur. Responsio [h] supra.

a 1. Cor. 15. v. 29. τί ποιήσουσιν οἱ βαπτιζόμενοι ὑπὲρ τῶν νεκρῶν εἰ ὅλως νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται

b hanc expositionem accepit ab Epiph. hæres. 28.

c est san. Ephrẽ in suo testamẽto Petri Cluniacẽs. lib. cõtra Petrobrusianos, Hugonis, Gagnei, in hunc locum,

d Mar. 10. v. 38 Luc. 12. u. 50.

e Cypria. serm. de cœna Domin. Nazianz. orat. de Epiphan.

f versu 11. αὐτὸς ὑμᾶς βαπτίσει ἐν πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρί.

g libro de Spiritu sancto cap. 15. Nazianz. in fine oration. de Epip. vocat ignẽ Purgatorii vltimum baptisma.

h cap. 3. in resp. ad 2.

Quartus locus.

CAP. VII.

E*Sto* [a] *consentiens aduersario tuo citò dum es in via cum eo, ne forte tradat te aduersarius iudici, & iudex tortori, & mittaris in carcerem. Amen dico tibi non exies inde donec reddas nouissimum quadrantem.* Per viam intelligitur fluxus vitæ nostræ, quo ad Dei properamus iudicium: per aduersarium, etsi nonnulli Diabolum, alii carnem intelligant. Tamen intelligi [b] debet lex Dei, siue Deus, ipse quatenus præcipit contraria carni: aut conscientia quę Dei legem semper obiicit peccanti: per iudicem omnes intelligunt Christum, per tortorem, Angelos malos aut bonos, per carcerem nonnulli certè infernũ dixerunt, aut etiam purgatorium simul. Sed verius est solum intelligi purgatorium. Nam ex inferno nulla est egrediendi spes. Deinde scopus parabolæ id etiam indicat, si quidem non sumitur hæc similitudo ab homicida aut adultero, &c. qui ad perpetuos carceres vel mortem damnantur, sed à debitore qui propter non solutam pecuniam in carcerem coniicitur, solent autem huiusmodi homines ordinariè egredi post aliquod tempus. Per quadrantem ferè omnes intelligunt minuta peccata.

a *Mat. 5. v. 25.* ἴσθι εὐνοῶν τῷ ἀντιδίκῳ σου ταχὺ, ἕως ὅτου εἶ ἐν τῇ ὁδῷ μετ᾽ αὐτοῦ μήποτέ σε παραδῷ ὁ ἀντίδικος τῷ κριτῇ, καὶ ὁ κριτής σε παραδῷ τῷ ὑπηρέτῃ, καὶ εἰς φυλακὴν βληθήσῃ. v. 26. ἀμὴν λέγω σοι, οὐ μὴ ἐξέλθῃς ἐκεῖθεν, ἕως ἂν ἀποδῷς τὸν ἔσχατον κοδράντην. *Item Luc. 12. ad finem capitis.*

b *ita Ambros. & Beda in hũc locum. Luc. 12. Ansel. & Aug. in 5. Math. Bernard. serm. 85. in Cantica.*

Quintus locus, Sextus, Septimus, Octauus & Nonus.

CAP. VIII.



Qvi [a] *irascitur fratri suo reus erit iudicio, qui dixerit fratri suo Racha, reus erit concilio, qui fatue reus erit gehennæ* Ibi distinguuntur tria pœnarum genera, & tantum tertio damnatio tribuitur æterna. Ergo ex aliis habemus aliquas esse pœnas temporales. At fieri potest; vt quis moriatur cum illis. Igitur post hanc vitam illas Deo soluet. Hoc autem est purgatorium esse.

a *Mat.5.v.22.*

Dices, Christus dixerat antea, *Qui occiderit reus erit iudicio.* At homicidium plectitur æterna morte, ergo reum esse iudicio, est reum esse damnationis æternæ.

Respondeo, cum dixit Christus *Qui occiderit, &c.* loqui de iudicio temporali quo homicidæ in lege plectebantur morte.

Sextus, [b] *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis recipiant vos in æterna tabernacula.* Per deficere, omnes intelligunt mori, per amicos, Sanctos qui cum Christo regnant. In his ergo verbis non solùm Dominus eleemosynam commendat, sed etiam docet post mortem iuuari animas precibus sanctorum. Dicit enim nobis esse faciendos amicos qui recipiant nos in tabernacula æterna. Iuxta similitudinem parabolæ ductam ab œconomo qui depositus ab officio, & egenus factus, opem amicorum suorum implorabat. At qui eleemosynam faciunt prauis pauperibus, non faciunt sibi huiusmodi amicos: Ergo non solum Eleemosynam hic Christus commendat, sed vt detur potius bonis quàm malis, quatenus illorum precibus post mortem iuuemur.

b *Luc 16. v.9.* ποιήσατε ἑαυτοῖς φίλους ἐκ τοῦ μαμμωνᾶ τῆς ἀδικίας, ἵνα ὅταν ἐκλίπητε, δέξωνται ὑμᾶς εἰς τὰς αἰωνίους σκηνάς.

c *Luc.23.v.43.* μνήσθητί μου κύριε, ὅταν ἔλθῃς ἐν τῇ βασιλείᾳ σου.

Ex hoc loco August.6.in Iulian. cap.5. probat aliqua peccata remitti post mortem.

Septimus, [c] *Memento mei dum veneris in regnum tuum.* hoc certè ille non dixisset nisi à Spiritu sancto edoctus,

posse post hanc vitam animas iuuari.

d *Act.2.v.24.* ὃν ὁ θεὸς ἀνέστησε, λύσας τὰς ὠδῖνας τοῦ θανάτου.

e *Cypr. serm. de cœna Domini Epiph. hæres. Tatiani, August. ep. 99.*

Octauus, [d] *Quem Deus suscitauit ex mortuis solutis doloribus inferni.* Hic locus nequit intelligi de doloribus Christi: quia fuerunt in cruce finiti: neque de damnatorum doloribus, cùm sint infiniti duratione, nec de PP. in lymbo, cùm omni carerent dolore. Igitur sensus erit solutis doloribus eorum qui erant in purgatorio. Nec refert in Græco haberi τοῦ θανάτου non ᾅδου, Nam antiqua editio Latina, Syriaca & antiquissimi [e] PP. legerunt inferni.

f *Philipp. 2. v. 10. hoc argumẽtum non videtur Bellarm. aliquid facere.*

Nonus [f] *Vt in nomine Jesu omne genu flectatur cœlestium, terrestrium & infernorum.* Item Apocal. 5. *Nemo inuentus est neque in cœlo, &c. v. 3.*

Probatur Purgatorium testimoniis Conciliorum.

CAP. IX.

a *can. 29.*



IN Africa Carthaginense 3. [a] *Sacramenta* (inquit) *altaris non nisi à ieiunis hominibus celebrentur. Si autem aliquorum promeridiano tempore defunctorum commendatio facienda est, solis orationibus fiat.* Quibus similia leguntur in Carth. 4.

b *Qui sibiipsis quolibet modo culpabiliter inferũt mortem nulla pro illis fiat cõmemoratio, nec cum Psalmis sepeliantur.*

c *habetur de cõsecr. dist. 1. can. visum est.*

In Hispania, Bracarense primum [b] can. 34. & 39.

In Gallia, Cabilonense: [c] *Visum est* (inquit) *pretereà, vt in omnibus Missarum solemniis pro Spiritibus defunctorum loco competenti, in Ecclesia ad Dominum deprecetur.*

In Germania VVormatiense cap. 10. quo definitur oblationes pro suspensis in patibulo fieri posse.

In Italia concilium 6. sub Symmacho, quo dicitur Sacrilegium esse fraudare animas defunctorum orationibus.

Græca Concilia vide apud Martinum Bracarensem Episcopum, cap. 69.

Concilium Generale Lateranense sub Innocentio

tertio, cap. 66.

Florentinum sess. d vlt. Tridentinum sess. e 25. & omnes Liturgiæ Iacobi, Basilii, Chrysost. Ambros. &c.

Respondet Martyr primò, Ecclesiam quidem pro defunctis orasse, sed sine verbo Dei, aut exemplo. Sed quo modo erit credibile vniuersam Ecclesiam adeò errasse?

Secundò, id Ecclesiam facere, non vt eos à purgatorio liberet, sed testetur eorum memoriam seruare. Contra disertè docet f Augustinus Ecclesiæ preces quibusdam prodesse defunctis.

Tertiò, Ecclesiam præcari pro defunctis, id quod putat iam assequutos esse, scilicet gloriam, sicut Christus pro Lazaro orauit, cum sciret iam se quod petebat accepisse: Ambros. pro g Theodosio, cui tamen congratulabatur quod iam cum Christo regnaret; & i Epiphanius docet orari pro SS. Patriarchis, Prophetis, Apostolis, atque Martyribus.

Respondeo, si res ita esset, Ecclesia pro omnibus oraret æqualiter: quod tamen non facit. Nec conuenit, vt quis petat quod habet. Non enim acceperat Christus quod pro Lazaro petebat, siquidem nondum tunc resurrexerat. Ambrosius pro Theodosio orauit quia non certo sciebat iam esse cum Christo. Epiphanius autem nusquam dixit orari in Ecclesia pro Sanctis, sed memoriam fieri tam peccatorum quàm iustorum, vt illis Deus misereatur: vt istos separemus à Christo: non quod pro k Sanctis oremus, sed quia pro illis offerimus Sacrificium Christo, in gratiarum actionem.

d *decreto de purgatorio.*
e *initio.*
f *libro de cura pro mortuis ca. 1.*
g *in oratione de obitu Theodosii.*
i *hæresi 75.*
k *vt vult Petrus Martyr.*

Idem asseritur ex PP. Græcis ac Latinis.

CAP. X.



GRæci: Clemens Roman. a constit. 8. cap. 47. longam describit pro defunctis orationem. Dionys. Areop. b *Accedens* (inquit) *deinde venerandus Antistes precem suam super mortuum peragit, precaturque oratio illa diuinam clementiam, ut cuncta dimittat, per infirmitatem humanam admissa peccata defuncto.* Origen. c *Qui saluus fit, per ignem saluus fit, ut si quid fortè de specie plumbi habuerit admixtum, id ignis decoquat, & resoluat, ut efficiantur omnes aurum purum.* Athanas. d q 34. ad Antioch. e Basil. *Si per confessionem detexerimus peccatum, iam succrescens gramen arefecimus, dignum planè quod depascatur, ac deuoret purgatorius ignis.* Nyssen. f *Nō poterit à corpore egressus diuinitatis particeps fieri, nisi maculas animo immixtas purgatorius ignis abstulerit* g Nazian. *In altero suo igni baptizabuntur, qui postremus est baptismus, nec solū acerbior, sed & diuturnior, qui crassam materiā instar ferri depascitur, vitiique leuitatē absumit.* Cyrill. h catech. 5. Euseb. i Emyssen. *Qui temporalibus pœnis digna gesserunt per fluuium igneum, per vada feruentib. globis horrenda transibunt.* k Theodor *Hunc ipsum ignem purgatorium credimus, in quo animæ defunctorum probantur, & repurgantur, sicut aurum in conflatorio.* l Damas. m Oecumen. Theophyl. in 12 Lucæ.

Latini Tertull. n de corona militis. Cyprian. *Aliud* o *est statim fidei & virtutis accipere mercedem, aliud pro peccatis longo tempore cruciatum emendari, & purgari diu*

a *Quo longam describit orationem pro defunctis solitam fieri.*

b *Cap.7. Eccles. Hierarchiæ parte.* 3.

c *Homil. 6. in Exodum.*

d *Qua quærit num animæ sentiant utilitatem ex orationibus viuorum. Respondet sentire omnino.*

e *In 9. Isaiæ.*

f. *Oratione pro mortuis.*

g *Orat. in sancta lumina.*

h *Pro omnibus oremus, qui inter nos vita functi sunt maximū credentes esse animarum iuuamē, pro quibus offertur obsecratio sancti illius, & tremendi sacrificij.* i *Homil.3. de Epiph.* k *In scholiis Græcis in* 1. *Corinth.*3. l *Libro de iis qui in fide testimonia Chrysostomi vide infra lib.2.cap.15.* m *In 1.Corinth.* 3. n *Vide infra lib.2. cap.15.* o 4. *Epist.* 2.

igne: aliud peccata omnia passione purgasse. Lactantius: *quorum peccata pondere, aut numero praeualuerint, perstringentur igne &c.* 7. cap. 21. Hilar. *Nobis est ille indefessus ignis obeundus in quo subeunda sunt grauia illa expiandae à peccatis animae supplicia.* In Psal. 118. p Ambros. *Etsi saluos faciet Dominus seruos suos, salui erimus per fidem, sic tamen salui quasi per ignem. Etsi non exuremur, tamen vremur.* Hierony. ad finem commentarij in Isaiam. Aug. q *Qui temporalibus poenis digna gesserunt, per ignem quendam purgatorium transibunt, de quo Apostolus inquit, saluus erit, sic tamen quasi per ignem.* r Paulin. Boetius. 4. Prosa. li. 4. Isidor. s *Nam & cùm Dominus dicit: qui peccauerit in Spiritum sanctum non remittetur ei, neque in hoc saeculo, neque in futuro, demonstrat quibusdam illic dimittenda esse peccata, & quodam Purgatorio igne purganda.* Gregor. 4. dialog. 39. De quibusdam leuibus culpis esse ante iudicium Purgatorius ignis credendus est. Beda in psal. 37. Petrus t Damian. u Anselm. Bernard. serm. 66. in Cantica.

p *In illud Psal. 36. Gladium euaginauerunt, &c.*

q *Homil. 16. ex libro quinquaginta homiliarum.*

r *Epistola. 1. ad Amandum & epistol. 5. ad. Delphinum Episcopum.*

s *1. De diuinis officiis. 18.*

t *Serm. 2. de Sancto Andraea.*

u *In. 1. Corinth. 3.*

Obiicitur Aug. qui 21. Ciuit. cap. 26. & in Enchirid. cap. 69. dicit dubitari posse, an post hanc vitam animae torqueantur Purgatorio igne.

Respond. Non dubitare de poena animarum, sed de modo, ac qualitate poenae. Nã in priori loco, solùm dubitat an purgatorius ignis sit idem in substantia cum Gehennae igne, in. 2. an post hanc vitam vrantur animae igne doloris de amissione temporalium, quo hîc vti solent.

Rationibus probatur.

CAP. XI.

PRima, Quaedam sunt venialia peccata vt probatur a infra. At fieri potest, vt quis cum huius. venialibus moriatur. Ergo assignari debet aliquid quo purgentur.

a *Tom. vltimo lib. 1. de amissione gratiae, siue de statu peccati.*

Secunda, cùm reconciliantur homines Deo non dimittitur semper tota cum peccato pœna. Ergo si antequam soluatur, moriatur homo, illam alibi soluere tenetur. Probatur antecedens. Nam Mariæ Numer. 12. dimissa fuit culpa, & tamen iubente Deo luit pœnam, per hebdomadam vnam: Item in pœnam adulterij Dauidis [b] moritur infans, in [c] pœnam numerati populi grassatur pestis.

Respondent. [d] Primò, hanc pœnam non esse in satisfactionem, sed in remedium. Contra. 1. mors est vera [e] pœna originalis peccati, nec tamen in remedium, cùm eam patiantur iusti. 2. Deus pepercerat populo Exod. 32. & tamen in pœnam peccati multi occiduntur, certè non ad emendationem: quomodo enim post mortem, emendatio?

b 2. Reg. 12. v. 14.
c 2. Reg. vlt.
d Ita Caluin 3. Instit. 4. §. 31.
e Genes. 2. v. 17. Rom. 5. v. 12.

Respondent. 2. in morte deleri omnia. Contra sequeretur absurdum, nempe vnam, & eandem esse pœnam pro grauissimis, ac leuibus peccatis.

Tertia ratio, id in quo omnes conueniunt gentes, vix aliunde prouenire potest, quàm à naturali lumine quæ enim sunt ab hominibus efficta, varia sunt pro varietate gentium. Sed opinio de Purgatorio omnibus gentibus est communis. (Non tamen multæ de pœnis fabulæ, quas sibi quisque pro capite suo finxit) igitur à lumine naturæ procedit. Sicut Deum esse: non autem varios, & multiplices esse Deos. Probatur minor. ita Hebræi. 2. Mach. 12. Mahumetani in Alcorano, vbi pugatorium disertè habetur: Ethnici in Phædone, & Gorgia Platonis.

Quartà, videmus aliquos morientes valdè bonos, alios valdè malos, alios mediocriter bonos. Ergo sicut ratio dictat valde bonos statim præmiandos fœlicitate æterna: valdè malos æternis puniendos suppliciis: sic dictat esse temporarias pænas prò mediocriter bonis.

Quinta, testantur grauissimi authores animas apparuisse, renunciantes se in purgatorio versari, implorantes auxilium à viuis. Anima Paschasij apud [f] Gregor. Roman. Vitalinæ virginis [g] apud Gregorium Turon. Sancti [h] Seuerini apud Petrum Damianum: Fursæus [i] apud Bedam à mortuis resurgens multa narrauit de

f 4. Dialogor. 40
g Libro de gloria Confessorum c. 5.
h In Epistola ad desiderium.
i 3. Histor. Anglor. 19.

Purgatorio. Sororis sancti Malachiæ apud [k] Bernardum &c.

Vltima, quæ Purgatorium opinio eleuat est perniciosa. Nam reddit homines socordes in malo, neglectores operum bonorum. Si enim habenti fidem omnia per mortem peccata pœnæque soluuntur, ad quid ieiunia, preces? &c cur voluptatibus illicitis, & multis priuabitur homo? k *In Malachia.*

Soluuntur argumenta ex scripturis.

CAP. XII.



Rimum, Psal. 126. [a] *Cum dederit dilectis suis somnum*, id est mortem: non subiungit: *Ecce Purgatorium*: sed, *Ecce hæreditas Domini*, nempe vita beata: a *V. 4.*

Resp. 1. cum [b] Aug. sensum esse, cùm dormierint per corporalem mortem omnes electi, continuò apparebit hæreditas Christi, resurgentib. in gloria omnibus electis. 2. haberi in Hebræo כן יתן לידידו שנא הנה נחלת יהוה *Chen iittem lidido schenna hinne nachalath Iehoua.* id est: *Sic dabit dilecto suo somnum. Ecce hæreditas Domini.* vbi non exprimitur quando huiusmodi adueniet hæreditas. vnde ruit tota vis argumenti. b *In hunc Psal.*

Secundò Ecclesiastæ, 9. [c] *Nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos, quò tu properas.* d *V. 10.*

Resp. 1. vel loqui sapientem in persona impiorum 2. vel eos monere qui flagitiosè viuunt: recta enim descendunt in gehennam. 3. loqui de meritis bonorum operum quæ in Purgatorio fieri nequeunt: vnde præmisit. Quodcumque facere potest manus tua instanter operare.

Tertia, [d] *si ceciderit lignum ad Austrum, aut ad Aquilonem, in quocumque loco ceciderit, ibi erit.* Vbi tertius locus? d *Ecclesiastæ.11 v.3.*

Resp. 1. ad literam loqui sapientem de corporali morte. Vbi enim cadit corpus mortuum, ibi manet, nec per se resurgere potest. 2. si ad Purgatorium transferas, eos qui versantur ibi, spectare ad Austrum. 3. non omnes cadere ad Austrum vel Aquilonem, si per Aquilonem intelligas Gehennam, per Austrum, paradisum: sed aliquos ad alium pertinere statum, alioquin vbi erant. PP. ante aduentum Christi? certum est enim non mansisse perpetuò ibi: nec contrarium colligi potest ex verbis Eccles.

Quarta, [e] *Cum auersus fuerit impius ab impietate sua, omnium iniquitatum eius non recordabor.* At quomodo non recordatur, si eas tam seuerè puniat?

Respond. non recordari. 1. quia recipit in amicitiam suam pœnitentem. 2. quia non punit en æternum.

Quinta, Mathæ. 25. duo solùm inueniuntur ordines hominum. benedictorum scilicet, & maledictorum [f] Marci: vlt. credentium saluandorum, & non *credentium damnãdorum.* Respondeo ad primum locum agi de resurrectione generali futura, cùm amplius Purgatoriũ non erit. Ad secundum; etiam qui sunt in Purgatorio saluandos esse, cùm sint de credentium numero.

Sexta, [g] latroni conuerso promisit [h] ilicò paradisum Christus, Resp. plenam satisfactionem hunc latronem egisse iudicio Christi.

Septima, [i] *Nihil damnationis est iis, qui sunt in Christo Iesu.* Respondeo sensum esse, fideles munitos gratia Christi, non consentire motibus concupiscentiæ: & proinde nihil ex iis, contrahere peccati: agit enim ibi Paulus de concupiscentia.

Octaua, [k] *si domus terrenæ nostræ habitationis dissoluitur, habemus domum non manufactam, æternam in cœlis.* Respondeo nos habere equidem, si rectè viuamus; an verò continuò post mortem, ibi non exprimitur.

Nona, [l] *Omnes astabimus ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque prout gessit in corpore, siue bonum, siue malum.* At si qui post mortem purgantur non recipiunt prout se gesserunt in corpore. In quo hanc purgationem non meruerunt.

Negatur

e *Ezech.* 18. *v.* 21.22.27.
f *V.* 16.
g *Est Petri Martyris & Bernardini Ochini.*
h *Lucæ.* 23. *v.* 43.
i *Rom.* 8. *v.* 1.
οὐδὲν κατάκριμα τοῖς ἐν χριστῷ Ιησοῦ.
k 2. *Corinth.* 5. *v.* 1.
οἴδαμεν γὰρ ὅτι ἐὰν *scimus enim quoniam si,* ἡ ἐπίγειος ἡμῶν οἰκία τοῦ σκήνους καταλυθῇ, οἰκοδομὴν ἐκ θεοῦ ἔχομεν, οἰκίαν ἀχειροποίητον, αἰώνιον ἐν τοῖς οὐρανοῖς.
l 2. *Corinth.* 5. *v.* 10.
τοὺς γὰρ πάντας ἡμᾶς φανερωθῆναι δεῖ ἔμπροσθεν τοῦ βήματος τοῦ χριστοῦ ἵνα κομίσηται ἕκαστος τὰ ἴδια τοῦ σώματος πρὸς ἃ ἔπραξεν, εἴτε ἀγαθὸν εἴτε κακόν

Negatur minor. nam perseuerando in gratia Dei, vsque ad mortem, meruerunt vt postea purgentur, atque iuuentur.

Decima, m *Beati mortui qui in domino moriuntur, amodo iam dicit spiritus vt requiescant à laboribus suis.* At pij omnes moriuntur in Domino.

Resp. 1. cum n Ansel. *Amodo*, non significare à morte vniuscuiusque, sed ab extremo iudicio, de quo agit Ioannes in isto capite. o 2. vel loqui Ioan. de viris perfectis, qui simpliciter reuera moriuntur in Domino, nam qui decedunt in venialib. peccatis, aut cum debito pœnæ temporalis, partim in Domino ratione charitatis, partim non in eo ratione peccati, & debiti moriuntur.

m *Apocaly.* 14. *v.* 13. μακάριοι οἱ νεκροὶ, οἱ ἐν κυρίῳ ἀποθνήσκοντες ἀπάρτι λέγει καὶ τὸ πνεῦμα, ἵνα ἀναπαύσωνται ἐκ τῶν κόπων αὐτῶν.

n *In hunc locũ.*

o *Ita Richardus de sancto Victore, & Haymo in hunc locum.*

Soluuntur ex Patribus.

CAP. XIII.



Rimò, ex a Cypriano: *Quando isthinc excessum fuerit, nullus iam pœnitentiæ locus est, nullus satisfactionis effectus.*

Resp. Patres duplicem ponere satisfactionem vnam b ante iustificationem qua Deus de congruo placatur, & inclinatur ad culpæ remissionem: alteram, post iustificationem, qua ex condigno satisfit pro pœna. de priori Cyprianus loquitur, vt patet ex præcedentibus: *Hortamur* (inquit) *dum adhuc aliquid de sæculo superest, Deo satisfacere & ad veræ religionis candidam lucem de profundo tenebrosæ superstitionis emergere.*

a *Tractatu primo cõtra Demetrianum.*

b *De qua Daniel.* 4. *v.* 24. *Peccata tua eleemosynis redime.*

Secund. c Chrysost: *Cum hinc discesserimus, non est in nobis situm pœnitere, neque commissa diluere.* d Item: *Neque enim qui in præsenti vita, peccata non abluerunt, postea consolationem aliquam inuenturi sunt.*

c *Homilia.* 2. *de Lazaro.*

d *Ibidem.*

Resp. loqui de remissione mortalium. Nam epulonis exemplo, qui cruciabatur in gehenna, monet, ne

differamus conuerſionem in aliam vitam.

e *Libro de bono mortis.*

Tertio, e Ambroſ. *Qui enim hic non acceperit remiſſionem peccatorum, illic non erit, nimirum in patria beatorum.* Reſponſio eadem. Nam ſubiungit explicans: *Non erit autem, quia ad vitam æternam, non potuerit peruenire, quia vita æterna remiſſio peccatorum eſt.* Id eſt iuſtificatio, quæ eſt vita quædam æterna inchoata.

f *In 23. Lucæ, & ſerm.46.*

Quarta, ex eodem: f *lacbrymas Petri lego, ſanctificationem non lego.*

Reſp. vſurpare ſatisfactionem pro excuſatione: ſubiungit enim: *Rectè planè Petrus fleuit, & tacuit: quia quod defleri ſolet, non ſolet excuſari.*

g *Tractatu. 49. in Ioan. hunc locum obiicit Caluin.*

h *Ibidem.*

Quintò, g Auguſt. *habent omnes animæ, cùm de ſæculo exierint diuerſas receptiones ſuas: habent gaudium boni, & mali tormenta.* Item: h *Requiem, quæ continuò poſt mortem datur, ſi ea dignus eſt, tunc accipit, quiſque cùm moritur.*

Reſpond. dari gaudium, & requiem animabus in Purgatorio de certitudine ſalutis ſuæ.

i *Vltra mediũ.*

Sextò, idem Aug. vel author hypognoſtici i *Primum locum* (inquit) *fides catholicorum diuina authoritate credit, regnum eſſe cælorum, ſecundum Gehennam, vbi omnis apoſtata, vel à fide Chriſti alienus, æterna ſupplicia experietur: tertium penitùs, ignoramus, imò nec eſſe in ſcripturis ſanctis inuenimus.*

Reſp. loqui de locis æternis contra Pelagium, qui tertium poſuerat, locum pro paruulis non baptizatis. Nam alioquin catholica fides docet præter cælum, & infernũ fuiſſe limbum.

k *In pſalm.31. eſt Petri Martyris obiectio.*

Septimò, idem k Aug. *ſi texit peccata* (ſcilicet Deus) *noluit aduertere: ſi noluit aduertere, noluit animaduertere: ſi noluit animaduertere, noluit punire, noluit agnoſcere, maluit ignoſcere.*

Reſpond. loqui de pœna æterna. Nam ſi de temporali: ſequeretur, nec quidem in hoc mundo Deum punire peccata dimiſſa: quod nuſquam Auguſtinus dixit.

l *Epiſt.54.*

Octauò, l eundem docere, poſt hanc vitam non eſſe locum morum corrigendorum. Reſp. id verum eſſe, quid ad rem? nec enim in alia vita conuerti aliquos dicimus.

Nonò, *In* [m] *quo* (inquit idem) *quemque inuenerit suus nouissimus dies, in hoc eum comprehendet mundi nouissimus dies: quoniam qualis in die isto quisque moritur, talis in die illo iudicabitur.*

m *Epist.* 80.

Respondeo, id verum ratione meritorum, quæ non maiora, vel minora erunt in die extremi iudicii, quàm proximè post mortem.

Decimò, *Anima egressa* (inquit [n] Theophil.) *in mundo non errat, iustorum enim animæ in manu Dei sunt: peccatorum verò, & ipsæ hinc adducuntur, vt anima diuitis.*

Resp. solùm docere animas non vagari liberè per mundum. Etsi autem duorum tantùm meminerit locorum: possumus tamen Purgatorium ad quodlibet eorum reuocare. Nam quia iustæ sunt animæ quæ purgantur, rectè dicuntur esse in manu Dei, licet non sint in regno: quia Purgatorium est pars inferni, dici etiam possunt in inferno esse.

n *In.* 8. *Mathæi.*

Vndecimò, *Quando anima* (inquit [o] Hierony.) *Vinculis laxata corporeis volandi quo velit, siue quo ire compellitur, habuerit libertatem aut ad inferna ducetur, de quibus scriptum est, in inferno quis confitebitur tibi? aut certè ad cælestia subleuabitur.* Respondeo non loqui de solutione animæ per mortem naturalem, sed speculationem: disputat enim de anima impia, quæ quocumque se conuertat cogitatione, Deum habet vltorem. Nam subiungit: *Vbi sunt spiritualia nequitiæ in cælestibus: Et si sibi verè circuncisionis scientiam voluerit vendicare, & humilitate concepta habitare in montibus, & ibi scrutantem manum Dei euadere, non valebit.* [p] *&c.*

o *In ca.* 9 *Amos.*

p *Quod si desperans salutē oculos Domini vitare tentauerit, & in vltimos salsorum fluctuum terminos peruenire, etiam ibi mandabit Dominus serpēti tortuoso, & antiquo qui est inimicus, & vltor, & mordebit eam.*

Soluuntur ex ratione.

Cap. XIIII.

PRima, remissio culpæ fit per meritum Christi infinitum, & sufficientissimum ad pœnam etiam remittendā cū culpa. Ergo nulla remanet pœna soluēda.

Resp. 1. si valet conseq. vnde ergo baptizati infantes tot doloribus, & morbis anguntur? 2. esse id meritum sufficientissimum, sed non efficax, nisi applicetur, applicatur autem post baptismum per Contritionem & confessioně cum absolutione ad remittendam culpam: per opera autem satisfactoria, ad tollendam pœnam temporalem, in quam fuit commutata æterna.

Secunda, in Baptismo remittitur omnis culpa, & pœna. At pœnitentia est quidam Baptismus Ergo &c.

Resp. si Pœnitentia accipiatur integrè id est cum suis integrantibus partibus Contritione, Confessione, Satisfactione & Absolutione admittitur argumentum. Si autem pro sola Absolutione, negatur Minor. Nam a *Voluntariè peccantibus post acceptam veritatem non relinquitur hostia pro peccato*, id est vt interpretantur. b PP. alter Baptismus quo pœna remittatur, & culpa [Certum est enim relinqui hostiam pro culpa]

a *Hebr.10.v.26.*

b *Tam Græci, quam Latini omnes.*

Tertia, si satisfacimus. Ergo diuidimus cum Christo honorem. Quia sumus ex parte aliqua, Redemptores nostri..

Admittitur ratio consequentis, quia hæc phrasis non est inusitata scripturis, vt Daniel. c 4. Negatur tamen conseq. Quia tota virtus operum nostrorum à Christi spiritu, & sanguine pendet: sicut nihil detrahitur Deo quod per secundas operetur causas, & ipsæ reuera propriè, & efficienter agant.

c *Supra. & Philipp.2.v.12. cum metu, & tremore vestram salutem operamini.*

Quarta, si applicatur nobis satisfactio Christi per opera nostra, vel sunt duæ satisfactiones, vna Christi, altera nostra, vel vna: si prius, ergo vni culpæ respondēt duæ pœnæ, id est bis punitur eadem culpa. Si posterius: vel est Christi, & tunc non satisfacimus, vel nostra, & tunc excluditur Christus, & verè diuidimus honorem cum illo, vt ille pro culpa nos pro pœna soluamus.

Responsio duplex. 1. duas esse satisfactiones sed vnam [vt minus principalem] ab altera [vt magis principali] pendentem. Et quamuis Christi satisfactio sufficeret, tamen ad maiorem gloriam Dei, & hominis honorem voluisse nostram suæ coniungere: sicut vna sufficiebat guttula sanguinis sui in Redemptionem, &

tamen totum effundere voluit. 2. vnam tantùm esse actualem, eamque nostram, nec excludi Christum, quia per eius satisfactionem habemus gratiam, vnde satisfaciamus: qua ratione dicitur nobis applicari satisfactio Christi, & ab ea nostram dependere.

Quinta, in Purgatorio non est meritum. Ergo nec satisfactio. Nam idem requiritur ad merendum, & satisfaciendum.

Negatur conseq. & ratio eius. Nam conueniunt quidem meritum, & satisfactio, quòd ad vtrumque requiratur inhabitans gratia: differunt tamen, quod ad meritum necessaria sit libertas, & (quia ita placuit Deo) status præsentis vitæ, non autem ad satisfactionem. Qui enim cogitur à iudice soluere debitum, verè satisfacit. Ad satisfactionem exigitur pœnale opus, & non ad meritum. Animæ ergo in Purgatorio, quia sunt confirmatæ in bono, & tamen retardantur à summi consequutione boni, & sic quoad statum sunt inter viatores, & beatos, possunt quidem satisfacere, non tamen mereri: damnati nequeunt vtrũque: possumus vtrumque.

Sexta, constituitur Purgatorium partim ad remissionem venialis culpæ, partim ad satisfaciendum pro pœna. Sed neutrum post hanc vitam locum habet: Non remissio culpæ. 1. quia eius est resurgere à culpa, cuius in culpam cadere. At in Purgatorio animæ nequeunt venialiter peccare, 2. omnia peccata remittuntur per pœnitentiam. At post mortem, non est pœnitentiæ locus. Idem enim est homini mors, & Angelo casus [d] teste Damasc. At post casũ, factus est diabolus malo immobilis. 3. animæ in Purgatorio nequeunt mereri augmentum gratiæ. Ergo nec remissionem venialium [quæ solent remitti per huius. meritum.] Non pœna. Nam pœna propter culpam est, & decresente culpa decrescit pœna. Ergo cùm nulla est culpa, nulla erit pœna. d 2. *Cap.* 4.

Negatur minor arg. ad. 1. probat pro culpa resp. 1. maiorem esse vniuersaliter falsam. Solùm enim locum habet in mortalibus. Dimittuntur autem venialia in Purgatorio, quod ibi sit ad id conuenientissimum medium, scilicet actus dilectionis contrarius peccato, ne-

queunt animæ ibi venialiter peccare, tùm quia fomite carent, tùm quia confirmatæ in bono. [2. veram esse maiorem ratione subiecti (qui enim resurgere potest, sine dubio eius est cadere posse) falsam ratione status, potest enim aliquis esse in statu resurgendi, & non cadendi, hæc enim non sunt inseparabilia. Nam quòd homo à peccato resurgens, deinde cadat, non est ratione status resurgendi, sed aliunde, nimirum, quia non est confirmatus in bono.] Ad secundæ probationis Maiorem: omnia dimitti peccata per pœnitentiam actualem, vel virtualem. Ad Minorem. Veram esse de mortalibus, hîc non remissis: falsam de venialibus, ratione saltem virtualis pœnitentiæ, quam habent animæ in Purgatorio per actum dilectionis contrarium peccato. Ad probationem minoris: [Impij hominis mortem esse similem casui Angeli: vterque enim est obfirmatus in malo: sicut pij post mortem sunt confirmati in bono, stabilitati Angelorum similes. Quare sicut Angelis bonis valdè displicent quæcunque peccata, quamuis non sua. quia nusquam errauerũt, sic animab. in Purgatorio, per dilectionem valdè displicere sua. quemadmodum alia ex parte placet sua damnatis omnibus] Ad. 3. negatur conseq. Ad rationem, hanc quidem veram esse, sed non solam causam dimittendi venialia. Ad rationem pro pœna resp. si sensus sit quo minor est culpa, eo minor pœna, vera est. Sed nulla conclusio, quia poterit remanere pœna iam dimissa culpa si, quatenus deficit culpa, deficit & pœna, omninò est falsa. [quia sequeretur frustra esse satisfactiones etiam in hoc mundo pro mortalibus culpis. Nam culpa in instanti remittitur per infusionem gratiæ, nulla satisfactio, præfuit vt patet, nulla subsequetur quoque necessaria ad solutionem pœnæ: quia pœna supponitur tota per infusionem gratiæ exhausta. Ad quid ergo satisfactiones?]

Purgatorij confeßionem ad fidem Catholicam pertinere.

CAP. XV.



NEgat a Petrus Martyr. Primò, quia scriptura tacuit purgatorium, cùm maxima fuit occasio de illo loquendi. 1. in b Genesi, quo describũtur funera Abrah. Isaac, Iacob, Saræ, Rebeccæ. 2. in Leuitico dùm instituuntur sacrificia plurimorum generum, pro variis rebus, nullum pro defunctis. 3. Paulus 1. c Thessal. 4. cùm ex professo de mortuis ageret, nihil de purgatorio dixit.

Secundò, quia Ecclesia Græca diù huic dogmati restitit, vt patet in concilio Florentino.

Tertiò, Dionys. cap. vlt. Eccl. Hierarchiæ, quæstione proposita, cur Antistes in sepultura fidelium oret pro defunctis, non meminit purgatorij, sed anxiè laborat, vt quæstionem soluat: cùm posset respondere, si credidisset purgatorium, id fieri ad animas iuuandas.

Quartò, Aug. d 69. cap. Enchiridij, in e libro de octo qq. Dulcitii. q. 1. lib 21. Ciuit. 26. ait se opinionem tantùm de purgatorio habere. Contra, illud fide credendum est, primò, quod habetur ex testimonio scripturæ, cũ Ecclesiæ declaratione quomodo probatur Christus ὁμοίως patri. Ita purgatorium supra. Secundò, per euidentem deductionem ex scriptura, quo modo probatur Christus duas volũtates habere. Ità purgatoriũ ca. 11. Tertiò, ex verbo Dei per Apostolos tradito, quomodo probantur Euangelia. At initium dogmatis de purgatorio nõ inuenimus, & proinde necesse est ab Apostolis f descendere. Quartò per euidentem deductionem ex verbo Dei tradito, quomodo Aug. passim probat originale Peccatum. Deducitur enim ex baptismo paruulorum. g At Tertull. Chrysost. h Epiph. asserunt ora-

a in 3. prioris ad Corinth.

b cap. 49.

c a v. 13. ad finem capitis.

d Tale aliquid etiam post hanc vitam fieri incredibile non est, & vtrũ ita sit quæri potest &c.

e siue in hac vita tantùm homines ista patiantur, siue etiam post hanc vitam quædam iudicia subsequuntur, &c.

f vide Regulas de traditionibus supra libro. 4. de verbo Dei. 9.

g vide infra lib. 2. cap. 15.

h in fine operis contra hæreses.

tionem pro defunctis Apostolicam esse traditionem. nec vllus veterum contrarium dixit. Hinc autem euidenter purgatorium deducitur. Si enim pro eis oratur, sequitur auxilio egere, & nondum esse beatos.

Ad 1. resp. 1. non esse necesse vt scriptura vbique omnia dicat. 2. Genesim esse librum historiarum non dogmatum: doctrina autem eo tempore non scriptura, sed traditione conseruabatur. Alioquin diceretur nullos fuisse iustificatos ante Abraham, quia scriptura non tradit modum, quo iustificarentur. deinde cum dicitur:

i Gen. 23. v. 3. i *Et surrexit Abrah. ab officio funeris* rectè per officiū intelligi potest etiam oratio, & ieiunium, alioquin cur Iacob, & Ioseph desiderassent ossa sua deferri in terram promissionis, nisi quia nouerant ibi solùm sacrificia pro defunctis esse facienda.

Ad 2. negatur. Nam sacrificia pro peccatis intelligebantur tam viuorum, quam defunctorum.

Ad 3. quia volebat docere Paulus non esse mortuos immoderatè deflendos, propterea Purgatorii ibi non meminit, alioquin potius fletum, quam consolationem probasset.

Ad 1. negatur: nam & in. 1. & in vltima sessione Græci affirmarunt se perpetuo purgatorium agnouisse: sed solùm ambigere de qualitate pœnæ.

Ad 3. expressè Dionys. dicere orari pro defunctis, vt a peccatis liberentur. deinde quærens cur hoc fiat, cum scriptum sit, omnes accepturos prout in corpore gesserint, respondet id esse quia defuncti, per merita huius vitæ, digni facti sunt adiuuari viuentium precibus.

Ad 4. opponimus loca locis: nam in eodem Enchir. ait orationes, & sacrificia prodesse defunctis. idem q. 2. ad Dulcitium, & 21. Ciuit 24. docet cap. verò. 1. de cura pro mort: *Non dubium est* (inquit) *prodesse orationem defunctis.* Nusquam ergo dubitauit Augus. purgatorium esse, sed de qualitate peccati quod punitur.



LIBER SECVNDVS,

De Circunstantiis Purgatorij.

CAP. I.

De Personis quibus purgatorium conuenit.



Rima opinio tribuitur Alcuino, scilicet, *vno excepto Christo omnes purgari debere.* probatur. 1. ex Origen. homil. 14. in Lucam. *Ego puto, quia & post resurrectionem ex mortuis, indigeamus Sacramento eluente nos, atque purgante: nemo enim absque sordibus resurgere poterit.* 2. ex Hilario in psal. 118. quo insinuat B. Mariam transire debuisse per ignem. Ambros. serm. 20, in eund. psal. *Omnes* (inquit) *oportet transire per flammas, siue ille Ioannes sit, siue Petrus &c. Vnus ignem illum sentire non potuit qui est iustitia Dei Christus,* & Hierony. [a] in. 7. Amos. 3. ex eod. Ambr. in psa. 35. *Igne ergo purgabuntur filij Leui, igne Ezechiel, igne Daniel.* Lactantio. 7. ca. 21. Instit. & Rupert. 3. in Genes. 32.

[a] *ad illud: Eccl. vocabit ignem ad iudicium.*

Contra 1. definiuit Concil. [b] Florentinum animas aliquas in infernum, aliquas in purgatorium, aliquas in cælum mox recipi. 2. Ecclesia semper credidit eos qui mox a Baptismo moriuntur nullam purgatorii sentire pœnam. Ad 1. fatemur Originem hunc errorem

[b] *sess. vltima.*

fuisse fideles. Ad 3. sanctos in hac vita orasse pro malis, quia sciebãt eos esse in statu viæ, & pœnitentiæ tẽpore: non orabunt in iudicio, quia pœnitentiæ spes damnatis non est. Ad 4. Respond. 1. fuisse etiam euersam Niniuem: quia omnes de malis facti sunt boni 2. supplicia intentata à Deo in hâc vitâ esse comminatoria, quia sub conditione se habent, scilicet nisi Pœnitentia fructuosa interueniat, quæ locum non habet in alio sæculo Ad 5. Respons. q supra. Obiicitur r Hieron. *Peccatorum* (inquit) *atque impiorum, & tamen Christianorum, quorum opera in igne probanda sunt, atque purganda, moderatam arbitramur, & mixtam Clementiæ sententiam iudicis.* s Item *Omnes impios dicimus perire perpetuò, christianos verò si in peccato præuenti fuerint saluandos esse post pœnas.* Contra ipsemet dixit Hieron. t *inimicitia, contentio, ira, rixa, dissentio, ebrietas quoque, & cætera, quæ parua arbitramur, excludunt nos a regno Dei.*

q *cap. 6.*
r *in vlti. Isaiæ verba.*
s *libro 1. contra Pelagianos.*
t *in 5. ad Galatas.*

Resp. ego, non velle dicere omnes Christianos saluandos post pœnas, sed nullos saluandos post pœnas, nisi Christianos. Nam in priori loco non loquitur de quibuscunque impiis Christianis: sed solùm, *quorum opera in igne probanda* & proinde agit de conuersis post flagitia. In 2. cùm opponat omnes impios Christianis, satis ostendit se per Christianos intelligere solos pios.

Septim, aflagitiosos eleemosynarios per Purgatorium saluandos promittit. Quia Matth. 25. ad regnum vocantur qui eleemosynas fecerint.

Contra, manifestè scriptura requirit ad salutem alia præter eleemosynam u Luc. 13. *si pœnitentiam non habueritis omnes similiter peritis.* Item x *si distribuero in cibos pauperũ omnes facultates meas, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest.* Ad rat. Respondeo, Dominum ibi posuisse minora, vt inde colligeremus maiora. Si enim gehenna debetur iis, qui de suo non dederunt, quanto magis qui aliena rapuerunt?

u *v. 5.* ἐὰν μὴ μετανοῆτε, πάντες ὁμοίως ἀπολεῖσθε
x *1. Cor. 13. v. 3.* ἐὰν ψωμίσω πάντα τὰ ὑπάρχοντά μου *& tradidero corpus meum, ita vt ardeam* καὶ ἐὰν παραδῶ τὸ σῶμά μου ἵνα καυθήσωμαι, ἀγάπην δὲ μὴ ἔχω, οὐδὲν ὠφελοῦμαι.

Octaua, eaque vera. purgatorium illis solùm attribuit qui cum venialib. culpis, vel reatu pœnæ, dimissa culpa, moriuntur.

In Purgatorio non posse animas mereri, vel peccare.

CAP. II.



LVtherus quando confitebatur Purgatorium, asserebat animas in eo & mereri, vt perficeretur charitas: & continuò peccare, quia seruilem haberent timorē, qui apud Lutherum peccatum est.

a *Ecclesiastæ* 9. *v.* 5.
b *in hunc locum*

Non mereri probatur 1. [a] *Mortui nihil nouerunt amplius, nec habent vltra mercedem*, id est iuxta Hieron. [b] *Donec viuunt homines possunt fieri iusti, post mortem verò nulla datur boni operis occasio.*

Secundò, *Ante obitum tuum operare iustitiam, quia non est apud inferos inuenire cibum.* Eccles. 14.v.17.

c *Ecclesiastici* 18.*v.*22.

Tertiò, [c] *Ne vereris vsque ad mortem iustificari*. Quare vsque ad mortem, nisi quia post mortem, non erit amplius tempus?

d *Ioan.*9.*v.*5. ἔρχεται νὺξ ὅτε οὐδεὶς δύναται ἐργάζεσθαι.
e *Origen. in Psa.* 36. *Chrysost. August. in hunc locum, Hieronym. in* 9. *Ecclesiastæ*
f *Galat.* 6. *v.* 7.
g *v.* 10.
h *in hunc locum*
i *Luc.*16.*v.*2.

Quartò, [d] venit nox, in qua nemo potest operari, per *noctem* grauissimi PP. [e] interpretantur tempus alterius vitæ, per *operari*, facere meritoria opera.

Quintò, [f] *Quæ seminauerit homo hæc, & metet. Bonum autem facientes &c.* [g] *Ergo dum tempus habemus operemur bonum.* Quare? quia vt ait [h] Hieron. *tempus sementis*, id est bene operari, *non extenditur vltra hanc vitam.*

Sextò, [i] *redde rationem villicationis tuæ, iam enim non poteris amplius villicare.* Per *depositionem à villicatione*, intelligunt PP. mortem, per, *non posse villicare*, non posse mereri.

k *libro de Prædestin. Sanctorū cap.* 14.

Non posse peccare probatur, primò, ex Cyprian. qui serm. 4. de mortalitate ait nos per mortem eripi à periculis peccandi. Secundò, [k] *His atque huiusmodi* (scilicet Cyprian.) *illę sententiis in Catholicæ fidei luce clarissima* (inquit August.) *satis aperteque testatur vsque ad huius corporis depositionem peccandi pericula, tentationesque metuendas, deinceps nulla talia quemquam esse passurum: quod etsi non testaretur, quando de hac re Christianus qualiscumque dubita-*

ret? Tertiò, ex [l] Chrysoſt. *Præſens hæc vita tam rectè, quã contra, tibi viuendi tribuit poteſtatem: poſtquã verò diem tuũ obieris, iudicium, & pœna conſequetur.* Quarto, ex [m] Hieron. *Mortui, nec iuſtè poſſunt agere, nec peccare.* Quinto, ſibi pugnantia Lutherus dicit. Si enim continuè peccãt, quomodo merentur? etſi merentur quomodo continuè peccant? Sexto, quia ſemper peccabunt dum ſemper timebunt, id eſt ſeruili timore ducentur: dum timebũt ſemper erunt imperfectæ, Ergo nuſquam ſaluabuntur.

[l] *homil.37. in Matt.*

[m] *in 9. Eccleſiaſtæ.*

Soluuntur Obiectiones.

CAP. III.

PRima, animæ in purgatorio, ſunt imperfectæ in Charitate: Igitur proficere debent & mereri.

Probatur antecedens, Primo, ſi eſſent perfectæ non punirentur. Nam per chatitatem ſatisfit Deo: hæc enim operit multitudinem peccatorum.

Secundò, ſi quis moriatur debitor decem dierum ieiunii, non eſt veriſimile Deum non condonare, ſi debitor perfectè diligat. Ergo ſi non condonat, ſignum eſt illum non perfectè diligere Deum.

Tertiò, ſi eſſent perfectæ non timerent pœnas, ſi non timerent, non punirentur, quia quod amatur non eſt pœna, & proinde non eſſent in purgatorio: cum ergo ſupponantur eſſe, erunt imperfectæ.

Quartò, nihil poteſt eſſe perfectum extra Deum, nondum autem Deũ habent, ergo imperfectæ. Conſeq. probatur primo, animę in purgatorio ſunt in via: at in via progrediendũ vel regrediendũ eſt. Non eſt autem veriſimile regredi. Secundo, [a] *Virtus in infirmitate perficitur* & aurum in fornace fit lucidius. Tertio, impoſſibile eſt creaturam conſeruari, niſi accipiat ſemper amplius, & amplius, donec abſorbeatur in ſuum principiũ. Vnde conſeruatio dicitur perpetua creatio. Quarto, poſt hãc vitam charitas erit maior, ergo augebitur, vnde, niſi per merita.

[a] *2. Corin. 12. v. 9* ἡ δύναμίς μου ἐν ἀσθενείᾳ τελειοῦται.

Ad anteced. animas in purgatorio eſſe imperfectas reſpectu beatarum: ſimpliciter tamen eſſe in charitate per-

fectas. Nam [b] *qui seruat verbum Dei verè in hoc charitas Dei perfecta est.* At sufficit vnus charitatis gradus, ad seruanda Dei præcepta.

b 1. *Ioan.* 2. *v.* 5. ὃς ἂν τηρῇ αὐτοῦ τὸν λόγον, ἀληθῶς ἐν τούτῳ ἡ ἀγάπη τοῦ θεοῦ τετελείωται.

Ad 1. probationem negatur propositio. Ad rationem satisfieri Deo per dilectionem aliquando pro tota pœna; aliquando non, secundum intentionem vel remissionem dilectionis qua semper delet omnia peccata formaliter & necessario, non autem pœnam.

Ad 2. si summo amore is diligat, condonari: si non diligat, non condonari: verùm qui non diligit eo summo amore, non ideò est imperfectus in charitate.

Ad 3 resp. 1. non timere pœnas, quia timor futurorũ est: nec quia amatur pœna, ideò desinit esse pœna: reuera enim dolore afficit. 2. non repugnare timorem pœnæ charitati perfectæ. Nam Christus ita timuit pœnas vt inde [c] sanguinem sudarit. Quod autem Ioan. dixit: [d] *Perfecta charitas foras mittit timorem*, non intelligitur de timore pœnæ simpliciter, sed culpæ propter pœnam: qui enim perfectè diligit, metuit offendere Deum propter ipsum, non ob pœnam. Ad 4. quamuis nihil sit perfectum respectu perfectionis gloriæ, posse tamen nihilominus aliquid secundum se, siue in genere suo esse perfectũ: iuxta illud Paul. [e] *Quicũque ergo perfecti sumus.*

c *Luc.* 22, *v.* 44.
d 1. *cap.* 4. *v.* 18. φόβος οὐκ ἔστιν ἐν τῇ ἀγάπῃ. *timor non est in Charitate,* ἀλλ' ἡ τελεία ἀγάπη ἔξω βάλλει τὸν φόβον

Ad conseq. negatur. Ad 1 probationem, negatur maior. Nam animæ in purgatorio sunt in termino, respectu augmenti gratiæ: sicut qui aliquam ad vrbem tendit, & peruenit noctu ad portas occlusas, dicitur totam confecisse viam. Ad minorem, non esse mathematicè accipiẽdam, quasi sit continuò merendum, vel demerendũ, sed moraliter, quòd qui non dant operam proficiendi, facilè impellantur ad casum. Ad 2. probationem respond. 1. haberi in græco δύναμίς μου, & proinde loqui Paulum de virtute Dei, quæ tunc magis apparet, cũ ei plura resistũt. 2. virtutem etiam nostram perfici in tribulationibus in hac vita quoad augmentum virtutis, in purgatorio verò, quod peccatorum auferatur rubigo: non tamen augeatur meritum. Ad tertiam negatur, in rebus permanentibus: si enim Deus non potest conseruare nisi augẽdo rẽ, certè beati in patria semper amplius & amplius acciperent, imò, & in omnibus rebus daretur in infinitũ pro-

e *Philipp.* 3. *v.* 15

greſſus,antequã ad ſuam perfectionẽ accederent.Cõſeruatio autem dicitur perpetua creatio, non quod aliquid augeatur in re, ſed quod eadem virtute qua Deus rem produxit, eadem illam in ſuo eſſe perſeuerantem cõſeruet: quæ in nihilum rediret ſi ſuam Deus potentiã ſubtraheret. Ad quartam, dupliciter augeri charitatem, primò in genere gratiæ per meritũ: altero in genere gloriæ & mercedis: priori,nõ augetur in purgat. ſed poſteriori.
Secunda obiectio,animæ illæ horrẽt pœnas,&refugiũt. Ergo peccant.Igitur ſunt in ſtatu merendi& demerẽdi.
Probatur anteced. 1. quia alioquin non punirentur: pœna enim inuoluntaria,& amara eſſe debet. 2. quia nõ deberemus illis precari requiem,ſi amarent pœnas.
Probatur prima conſeq.1 quia verè amanti omnes pœnæ dulceſcunt. Ergo dum refugiunt pœnas non perfectè amant. Igitur peccant. 2. quærunt quæ ſua ſunt,non honorem Dei. 3. amant Deum amore concupiſcentiæ. 4. qui non accipit ſponte crucem Chriſti eo non eſt dignus. At illæ animæ non ſuſcipiunt ſponte.
Ad anteced.& rationes eius: animas horrere pœnas vt contrarias naturæ,ſicut fecit Chriſtus,qui tamen peccare non potuit: & ſimul eas tolerare libenter, vt inſtrumenta per quæ purgantur: falſum eſt enim ad pœnam requiri inuoluntarium: alioquin quomodo ſponte ſuſciperetur Crux Chriſti?
Ad 1.conſeq.negatur ad 1. probationem eius, dulceſcere pœnas amanti quia libenter tolerat,non dulceſcere quia reuera ſentit vt amaras, & ſicut contrarias naturæ refugit,ſed ſine peccato. Ad ſecundam negatur; ideò enim quærunt cito liberari, vt magis, & melius valeant Deum laudare. Ad tertiam, negatur etiam,quia bonum ſuum referunt in Deum. Ad quartam libenter ferre crucem, quia non petunt liberari,niſi iuxta Dei voluntatẽ.
Tertia obiectio,animæ in Purgatorio habẽt quidquid eſt neceſſarium ad meritum,ſcilicet gratiam,& liberum arbitrium ſaltem quoad exercitium.Ergo merentur.
Negatur antec. quia deeſt ſtatus viæ. Quarta, beati mereri poſſunt,vt pater de Chriſto qui fuit ſimul viator, & cõprehenſor.Ergo multo magis animæ in purgator.Negatur antec. nec exemplũ Chriſti trãſit ad alios. Deinde

statim vt desiit à statu viæ, desiit à statu meredi. Quinta, Epulo orabat in inferno pro fratribus. Ergo multo magis animę in purgatorio. Sed illarum oratio, cum à charitate procedat meretur audiri, Ergo, &c.

Resp. mereri audiri ex præcedentibus meritis: quomodo exaudiuntur in cælo sancti.

f d.21. q.1. ar.3. ad 4.

Quinta, [f] D. Tho. in 4 ait post mortem esse meritum accidentalis, non tamen essentialis præmii. Resp. 1. D. Thom. retractasse hanc opinionem, q. 7. de malo ar. 11. 2. meritum vsurpasse fortasse impropriè, scilicet pro actu dilectionis, quo remittuntur venialia non per modum meriti, sed contrarii tollentis suum contrarium.

Animas in Purgatorio certas esse de sua salute.

Cap. IV.



a articulo 38.

PRobatur primò, contra [a] Lutherum. Si nō sunt certæ: aut quia mereri, vel demereri possunt, vel quia nondum iudicatæ, aut quod ignotent sententiam latam, aut quia magnitudine dolorum absorptæ, nequeunt hanc cogitare certitudinem. Non primum, vt [b] probatū est. Neque secundum 1. quia [c] *In fine hominis denudatio operum eius.* 2. fides docet mox à morte impios [d] ad infernum, [e] iustos ad æterna gaudia procedere. At non est credibile prius distribui pœnas, & præmia, quàm iudicium fiat. 3. ex PP. [f] Cypriani serm. de mortalit. Aug. 2. de origine animæ capite quarto: quamuis certum non sit, an iudicentur immediatè à Christo, proferente sententiam in forma humana, an solum diuina virtute vbique præsente, an per Angelos manifestetur sententia. Neque tertium, 1. quia iudicium particulare fit præcipue vt innotescat sententia sua iudicato. Nam vt innotescat

b supra cap. 2.
c Ecclesiastici 11. v. 29. Item 28. Facile est coram Deo, in die obitus vnicuiq. retribuere secundum vias suas.
d Luc. 16. de Epulone diuite, v. 22.

e *Lucæ 23. De latrone v. 43.* f *Gratulari oportet & temporis munus amplecti quod dū nostrā fidem firmiter promittimus, & labore tolerato ad Christum per angustam Christi viam pergimus, præmiū vitæ, & fidei ipso iudicante capiamus.*

aliis

aliis fiet generale iudicium: propter Deum autem non est necessarium, quia nouit omnia. 2. et si eis nota non fieret sententia, possent tamen eam facilè intelligere, quia sciunt in inferno nullam esse fidem, & charitatem. At vident intuitiuè se fidem, & charitatem habere, cumque simul intelligant non differri à morte impioru͂ supplicia, sed mox in infernum detrudi, certæ sunt sibi nullam patere ad infernum, viam, sed solum ad cœlum: quod est certò scire sententiam latam. Neque 4. quia si epulo in tormentis inferni non impediebatur à cogitatione sui status, quanto minus impediuntur animæ in purgatorio?

g *Illud rectissimè & valde salubriter credit, iudicari animas cum de corporibus exierunt, antequam veniant ad illud iudiciu͂ quo eas oportet iam redditis corporibus iudicari.*

Secundò probatur: h dicuntur animæ huiusmodi dormire in somno pacis. At quomodo si anxiæ sunt de sua salute?

h *in canone Missæ.*

Soluuntur Obiectiones.

CAP. V.

Prima, in officio defunctorum canit Ecclesia, a *Anima mea turbata est valdè.* b *Circundederumt me dolores mortis.* &c. At anxietas, & perturbatio nequeunt nasci ex solis pœnis, sed metu damnationis æternæ. Nam c non contristabit iustum quidquid acciderit ei. Respondeo 1. ad maiorem, propter vnam, aut alteram sententiam quæ ad rem præsentem facit totum aliquem scripturæ locum Ecclesiam legere: vt in dedicatione Ecclesiæ legitur Euangelium de Zachęo, propter illa vltima, d *Hodie salus huic domui facta est.* 2. negatur. minor, nam Christus, qui certe non timebat infernum, nonne dicebat: e *Nunc anima mea turbata est.* Ad probationem, non intelligi de quauis tristitia sed deprimente, & mortem operante. Secunda f orat Ecclesia, vt Deus liberet *animas omnium fidelium defunctorum de pœnis inferni, & de profundo lacu, & de ore leonis, ne absorbeat eas Tartarus, & ne cadant in obscurum.* Resp. 1. Ecclesiam commemorare obitus diem, sicut commemorat aduentum Christi cum ait: *Rorate cæli desuper:* ac orare pro anima ac si egrede-

a *Psal. 6. v. 3.*
b *Psal. 114. v. 3.*
c *Prouerb. 12. v. 21.*
d *& in Assumptione Virginis Mariæ legitur Euangelium de Marth. & Magdal. propter illa solum: Maria optimam partem elegit.*
e *Ioan. 12. v. 27.* νῦν ἡ ψυχή μου τετάρακται.
f *in offertorio Missæ pro defunctis.*

retur è corpore, & esset in periculo æternę salutis. [Secūdò, g ea commodè posse intelligi de grauissimis purgatorii pœnis, à quibus præcatur Ecclesia animam migrantem præseruari. Nam si egrediantur cum peccato mortali nequeunt liberari ab inferno, neque pro eis intendit orare Ecclesia: si in gratia & habeant purganda non possunt versari in periculo æternæ damnationis, & proinde non est opus vt Ecclesia oret ne damnentur] Tertiò, si placeat intelligi hæc de pœnis inferni, Ecclesiam orare pro re quam certo scit accepturam animam migrantem cum gratia, quia placet Deo, se implorari pro rebus quas certò etiam accepturi sumus: cùm enim anima migrat, & nondum actum est iudicium, nondum etiam accepit absolutam sui status & liberationis ab inferno certitudinem.

g [Nā per os leonis (in quo videtur maior difficultas) potest intelligi auiditas, sed potius acritas pœnarū, vel locus ipse purgatorij, quem varus nominibus exprimit ecclesia, scilicet per lacum, Tartarū, obscurum, vel Diabolus accusator, qui cum cupiat deuorare animas, & si non posit trahere ad gehennam, tamen cupit maximè eas in purgatorio affligi, & ideo insultanter accusat. Et quicquid sit non est necesse per os Leonis intelligi damnationem æternam, siue possessionem diaboli. Quia hoc idem orabat Christus Psal. 21. v. 22. qui tamen neque Diabolum, neque damnationem timebat.]

De loco Purgatorij.

CAP. VI.



Hac de re nihil definiuit Eccles. Prima opinio arbitratur animas purgari vbi peccauerunt. Sed quamuis id a probabile sit de animabus quibusdam, non tamen omnibus. Nam contingit aliquas peccasse in pluribus locis: nec est probabile in tot purgari. Secunda b Augustini, loca animarum non esse corporalia. Sed hoc c retractauit. Tertia, d animas in corpore esse vt in carcere, in mundo vero, vt loco pœnali. Contr. Scriptura e docet animas post hanc vitam in infernum descendere. Quarta, f infernum & purgatorium esse cōscientiam accusantem, & punientem peccata. Contra sequeretur non minus plures supra terram esse in inferno

a vt patet ex Greg. 4. dial. 40 & 55. ac Petro Damiano ep. de miraculis sui temporis.
b 12. de Genes. cap. 33.
c 2. Retract. 24.
d hanc refert, & refellit Iren. in fine libri 5.
e Lucæ 16. v. 22
f Philonis lib. de congressu quærēdæ eruditionis gratia. Et Orig. apud Hieron. ep. ad Auitum.

ac Purgatorio quam post mortem. [g] Quinta infernũ,& proinde purgatoriũ(sunt enim vicinia loca) fore in valle Iosaphat: quia vocat Christus passim infernum Gehennam, quæ vallis erat ita coniuncta valli Iosaph, vt videretur pars eius. [h] Sexta,infernum esse statum animæ extra corpus. Nam dùm est in corpore, est in luce cùm exiit, versatur in tenebris, nisi videat Deum. Septima, [i] locum pœnalem esse aerem caliginosum. Octaua, communis Scholasticorum, Purgatorium esse intra viscera terræ. Constituunt enim intra terram sinum vnum in quatuor partes diuisum,vnam pro damnatis,qui puniũtur pœna damni, & sensus æterna, alteram pro purgandis qui eadem pœna puniuntur, sed temporali, tertiam pro infantibus sine baptismo morientibus, qui puniuntur pœna damni æterna: quartam pro iustis mortuis ante Christum,qui pœna damni temporali. Non sunt autem post hanc vitam alia pœnarum genera.Ergo sufficiens enumeratio.Infernum,purgatorium,& lymbumPP. esse intra terram [k] supra probatum est.lymbum puerorũ esse,patet ex concilio [l] Florentino,quo definitur tã eos qui moriuntur cum peccato mortali,quam qui cum solo originali mox in infernum descendere.Per infernum autem significari vniuersaliter locum intra terram iam [m] demonstrauimus.

g *apud Chrysost. hom. de præmiis beatorũ. tom. 3.*

h *apud Theoph. in 16.Lucæ.*

i *Greg. Nysseni lib.de anima,& resurrectione, & Chrysost.sup.*

k *vide 4. de Christo, cap. 10. 11.12. tomo 1.*

l *sessione vlt.*

m *4.de Christo cap.10.*

Sitne pro animabus iustis præter cælum, & Purgatorium aliquis locus.

CAP. VII.

OMnes Theologi contendunt non esse alia animarum receptacula,præter quatuor enumerata, [a] Cõciliumque Florentinum definiuit animas,quæ nihil purgandum habent mox recipi in cælum.

Ex alia parte [b] narrantur quædam visiones probabiles, quibus manifestum fuit esse quoddam receptaculum amœnissimum pro animabus quæ nihil quidem patiebãtur,sed tamen nondum idoneæ erant visioni beatæ.verũ si talis admittatur locus,erit reuocãdus ad purgatorium. Nec enim ibi sunt animæ sine aliquo dolore ob dilationem beatitudinis.

a *supra.*


b *vide Bedam 5. hist. 13. Carthus. Dialogo de iuditio particulari ar. 31. Ludouicũ Blosium cap.13. monilis spiritualis.*

retur è corpore, & esset in periculo æternę salutis. [Secūdò, [g] ea commodè posse intelligi de grauissimis purgatorii pœnis, à quibus præcatur Ecclesia animam migrantem præseruari. Nam si egrediantur cum peccato mortali nequeunt liberari ab inferno, neque pro eis intendit orare Ecclesia: si in gratia & habeant purganda non possunt versari in periculo æternæ damnationis, & proinde non est opus vt Ecclesia oret ne damnentur] Tertiò, si placeat intelligi hæc de pœnis inferni, Ecclesiam orare pro re quam certo scit accepturam animam migrantem cum gratia, quia placet Deo, se implorari pro rebus quas certò etiam accepturi sumus: cùm enim anima migrat, & nondum actum est iudicium, nondum etiam accepit absolutam sui status & liberationis ab inferno certitudinem.

g [*Nā per os leonis (in quo videtur maior difficultas) potest intelligi auiditas, sed potius acritas pœnarū, vel locus ipse purgatorij, quem varijs nominibus exprimit ecclesia, scilicet per lacum, Tartarū, obscurum, vel Diabolus accusator, qui cum cupiat deuorare animas, & si non possit trahere ad gehennam, tamen cupit maximè eas in purgatorio affligi, & ideo insultanter accusat. Et quicquid sit non est necesse per os Leonis intelligi damnationem æternam, siue possessionem diaboli. Quia hoc idem orabat Christus Psal.* 21. v. 22. *qui tamen neque Diabolum, neque damnationem timebat.*]

De loco Purgatorij.

Cap. VI.



Hac de re nihil definiuit Eccles. Prima opinio arbitratur animas purgari vbi peccauerunt. Sed quamuis id [a] probabile sit de animabus quibusdam, non tamen omnibus. Nam contingit aliquas peccasse in pluribus locis: nec est probabile in tot purgari. Secunda [b] Augustini, loca animarum non esse corporalia. Sed hoc [c] retractauit. Tertia, [d] animas in corpore esse vt in carcere, in mundo vero, vt loco pœnali. Contr. Scriptura [e] docet animas post hanc vitam in infernum descendere. Quarta, [f] infernum & purgatorium esse cōscientiam accusantem, & punientem peccata. Contra sequeretur non minus plures supra terram esse in inferno

a vt patet ex Greg. 4. dial. 40 & 55. ac Petro Damiano ep. de miraculis sui temporis.
b 12. de Genes. cap. 33.
c 2. Retract. 24.
d hanc refert, & refellit Iren. in fine libri 5.
e Lucæ 16. v. 22
f Philonis lib. de congressu quærēdæ eruditionis gratia. Et Orig. apud Hieron. ep. ad Auitum.

ac Purgatorio quam post mortem. [g] Quinta infernũ, & proinde purgatoriũ (sunt enim vicinia loca) fore in valle Iosaphat: quia vocat Christus passim infernum Gehennam, quæ vallis erat ita coniuncta valli Iosaph, vt videretur pars eius. [h] Sexta, infernum esse statum animæ extra corpus. Nam dum est in corpore, est in luce cùm exiit, versatur in tenebris, nisi videat Deum. Septima, [i] locum pœnalem esse aerem caliginosum. Octaua, communis Scholasticorum, Purgatorium esse intra viscera terræ. Constituunt enim intra terram sinum vnum in quatuor partes diuisum, vnam pro damnatis, qui puniũtur pœna damni, & sensus æterna, alteram pro purgandis qui eadem pœna puniuntur, sed temporali, tertiam pro infantibus sine baptismo morientibus, qui puniuntur pœna damni æterna: quartam pro iustis mortuis ante Christum, qui pœna damni temporali. Non sunt autem post hanc vitam alia pœnarum genera. Ergo sufficiens enumeratio. Infernum, purgatorium, & lymbum PP. esse intra terram [k] supra probatum est. lymbum puerorũ esse, patet ex concilio [l] Florentino, quo definitur tã eos qui moriuntur cum peccato mortali, quam qui cum solo originali mox in infernum descendere. Per infernum autem significari vniuersaliter locum intra terram iam [m] demonstrauimus.

g *apud Chrysost. hom. de præmiis beatorũ. tom. 3.*

h *apud Theoph. in 16. Lucæ.*

i *Greg. Nysseni lib. de anima, & resurrectione, & Chrysost. sup.*

k *vide 4. de Christo, cap. 10. 11. 12. tomo 1.*

l *sessione vlt.*

m *4. de Christo cap. 10.*

Sitne pro animabus iustis præter cælum, & Purgatorium aliquis locus.

CAP. VII.

OMnes Theologi contendunt non esse alia animarum receptacula, prẹter quatuor enumerata, [a] Cõciliumque Florentinum definiuit animas, quæ nihil purgandum habent mox recipi in cælum.

Ex alia parte [b] narrantur quædam visiones probabiles, quibus manifestum fuit esse quoddam receptaculum amœnissimum pro animabus quæ nihil quidem patiebãtur, sed tamen nondum idoneæ erant visioni beatæ. verũ si talis admittatur locus, erit reuocãdus ad purgatorium. Nec enim ibi sunt animæ sine aliquo dolore ob dilationem beatitudinis.

a *supra.*

b *vide Bedam 5. hist. 13. Carthus. Dialogo de iudicio particulari ar. 31. Ludouicũ Blosium cap. 13. monilis spiritualis.*

Num ex receptaculis, egredi valeant defunctorum animæ.

CAP. VIII.


Ria hîc tractanda, primum, an possint exire numquam rediture. Secundum, an exire, & redire. Tertium, an exire & hîc nobiscum viuere.

Quantum ad primum respondeo, ex purgatorio, ac limbo PP. hunc dari egressum: quòd vterque locus sit temporalis carcer, à quo liberatæ, animæ fruantur beatitudine æterna. Ex inferno autem damnatorum & limbo puerorum non dari, sunt enim damnati ad perpetuos carceres, ob mortalem culpam.

a ita B. Thomas Durand. Rich. & alij in 4. dist. 45.

Obiicitur Damasc. oratione de mortuis, qua docet orationibus S. Theclæ liberatam de inferno animam Falconiæ fœminæ paganæ, & precibus Gregorii animam Traiani Imperatoris.

[a] Resp. 1. si id verũ esset, hos non fuisse absolute ad inferos damnatos, sed suspensam sententiã, propter præuisa merita, deinde resurrexisse, & baptizatos pœnitentiam egisse.

[b] Secundò, fictas huiusm. histor. esse. Primò, quia quot quot illas defendunt nituntur authoritate Damasc. At liber ille non est eius. Nam si iuxta [c] Damascen. est homini mors, quod Angelò casus: certe sicut Angelus manet immobilis in malo, sic anima impia post mortem. Quomodo ergo dixisset [d] non solùm animas Falconiæ & Traiani saluatas, sed etiam multas alias in inferno damnatorum à Christo conuersas, cùm ad inferos descendit? 2. nullus author latinus huius meminit historiæ Traiani, ac nec quidem Beda, qui Greg. studiosissimus fuit. imò [e] testatur Ioann. Diaconus nullam extasse memoriam huis histor. in archiuis Romanæ Eccl. sed tantũ repertam in Eccl. quadam Anglorum, nec fidem illi à Romanis adhibitam. 3. quia Gregor. [f] docet non posse orari pro infidelibus defunctis. Quomodo ergo orasset?

b Ita Canus 11. de locis 2.
c 2. de fide 4.
d illa oratione de mortuis.
e 2. cap. 44. vitæ Gregorij.
f l. 4. moral. cap. 13. aliàs 15.

Respondent g 1. mortaliter peccasse, sed quomodo ergo fuit exauditus? h 2. nō peccasse, sed fecisse id ex peculiari instinctu, quare ergo punitus perpetuo dolore stomachi, & pedum, quia præsumpserat (vt dictum est ei ab Angelo) hoc petere: fortasse præsumptio non est peccatum. Alphonsus Ciaconus tamen, qui pro hac historia Apologiam edidit, obiicit primo testimonium Petri Diaconi Greg. quod exstare dicit in bibliotheca Vaticana. Secundo, Innominati authoris vitæ Gregor. quæ præponitur operibus eius impressis Basil. an. 1564. qui videtur cōtemporaneus Gregorii. Tertio, Ioannis Diaconi 2. cap. 44. vitæ Gregorii. Quarto, D. Thomæ. Quinto, Brigittæ Sexto, S. Mechtildis. Respondeo,

g ita Abulensis, q. 57. in 4 Regū.
h ita Alphonsus Ciacon. Apologia pro hac hist.
i sicut narratur in illa historia.

Ad 1. valde suspectum esse. 1. quia falsum fuisset hāc historiam non extare in Rom. Eccles. sicut asseruit Ioan. k Diaconus. 2. quia iste Petrus ait Gregorium impetrasse, vt quotquot sepelirentur in Eccles. S. Andreæ in cliuo Scauri non damnarentur, modo tenuerint fidem Christianam. At vel loquitur de fide informi: & hoc modo nequeunt saluari, nec id Gregorius petiisset: vel de formata, & tunc frustra orasset. Quia vbicumque sepeliantur, semper saluabuntur. 3. quia vocat Gregor. diuum, nomen eo tempore inusitatum, & anteponit Cardinales Episcopis contra morem l Gregorii. Ad 2. hunc authorē vixisse post Gregor. solum enim redegit in Compendiū vitam Gregorii compositam à Ioanne Diacono nec prætereaaliquid noui dicit. Ad 3. Ioan. Diaconum non dicere, animam Traiani liberatam ex inferno, sed tantum non pati pœnam ignis, ob Greg. preces. Ad 4. D. Thomā probabilissimum putasse animam Traiani liberatam à pœnis, vsque ad diem iudicii, ac deinceps cum cæteris cruciandam. Ad 5. Brigitta solum ait Traianum eleuatū ad altiorem gradum: saluatum autem non dicit. Ad 6. nō respondit Deus Melchtildi saluatum esse Traianum, sed velle omnibus esse incognitum quid sua liberalitas egerit cum Sampsone, Origene, Traiano & Salomone. At Origenem inter damnatos agnoscit pratum spirituale, quod citatur à 7. Synodo: & m quinta Synodus dicit eidem Origeni anathema. Ergo si Traianus est ei coniunctus, cum eo est etiam damnatus. Quantum ad secundū,

k supra in lite. c
l qui teste Ioan. Diacono promouebat Cardinal. ad Episcopatum vt altiorem gradum.
m act. 11.

n *Tertull.lib. de anima circa fine & omnes huius temporis hæret.* o *libro de cura pro mortuis cap. 15.& 16.* p *in Ruffin.ca.5.* q *4.de Christo c. 11.* r *1.dialog.9.* s *3.cap.2.* t *serm.2.de Sancta Agnete.*

negant n illud nonnulli:sed omnes apparitiones volũt esse dæmonum. Contraria tamen sententia, eaque o August. vera est: habemus enim egressum animarum, è receptaculis omnibus excepto puerorum lymbo. E cælo apud Aug. de cura pro mortuis 16. Euseb. 6. histor. p 4. Sulpitium in Martino Gregor.3.dialog.24. è limbo Patrum, in Samuele q supra, & Helia, ac Mose in transfiguratione Christi. Matth.17. è purgatorio apud Gregor.|4. dial.40.& 55. Ex inferno, apud authorem de proprietatibus apum: Quantum ad tertiam respondeo quosdam ad vitam è purgatorio vel limbo PP. reuocari. Nã quos excitarunt Helias, Helisæus & Dominus credibile est in purgatorio limbo fuisse, cùm fideles fuerint. Nec illis fit iniuria, cùm in gratia de cætero confirmati viuant. r B. Gregorius narrat Marcellum quemdam virum sanctum ab Angelis ductum post mortem in optimum locum à S. Fortunato resuscitatum fuisse s Egesippus, B Petrum excitasse affinem Cæsaris Ethnicum. Maximus t Agnetem excitasse filium præfecti in peccato mortali defunctum, ex quibus videtur animas beatas, & damnatas iterum posse reuocari ad vitam. Sed contrarium videtur verius. Nam beatitudo includit certitudinem fœlicitatis nusquam amittendæ: damnati verò si reuocari possent, fieret incerta impiorũ damnatio, nec vllus esset damnatorum qui non posset sperare salutem. Ad illa exẽpla istos non fuisse beatos aut damnatos: sed dilatã beatitudinẽ, & suspensam damnationẽ ob præuisas preces.

De tempore quo durat Purgatorium.

Cap. IX.

a *Origenis in 14. Lucæ.* b *Matth.25.* c *Lutheri.*

PRima a opinio extendit purgatorium vltra diem iudicii. Error. Nam in iudicio solùm duos ordines hominum, Dominus b ait futuros.

Secunda, c absoluit purgatorii durationem in ipsa morte corporali, quod per eam omnes reliquiæ peccati purgentur. Error. Nam illæ reliquiæ sunt vel fomes peccati, vel mali habitus, vel reatus pœnæ tẽporalis, vel peccata venialia. non. 1. quia etsi fomes per mortem soluatur, nõ

tamen per modum Purgatorii, quia pueri baptizati morientes, in quibus proculdubio inest fomes, deberent pati Purgatorias pœnas. non. 2. tum quia illi habitus, qui in voluntate existunt, non alligantur corporeo organo, tùm quia adulti baptizati statim morientes, cùm antea contraxerint huiuſ. plurimos habitus, non saluarentur nisi per Purgatorium, reatus pœnæ, & venialia peccata etsi interdum soluantur per mortem vt in martyribus: non tamē semper. Nam vel ipsa mors per se absolutè purgat, vel ratione alicuius voluntarij actus concomitantis. non prius, quia mors, secundum se, est aliquid naturale, & necessarium, quam boni & mali sine merito, vel demerito patiuntur. si posterius. Ergo primò repentina morte præoccupati carebunt huiusmodi actu & proinde alibi purgari debebunt. Secundò deberent pessimi grauissimam mortem, optimi leuissimam pati, cuius contrarium tamen sæpissimè accidit. d Tertia, vult neminem manere in Purgatorio ad decem annos. Primò, quia si hîc breuiori tempore satisfieri potest: quidni in Purgatorio, vbi sunt intentiores pœnæ? Secundò, hîc sunt prolixę pœnæ, quia si essent intentiores destrueretur subiectum. At in Purgatorio, huius rei non est periculum. Ergo credibile est Deum per intensissimas pœnas purgare breuissimo tempore animas.

d Dominici à Soto in. 4. d. 19. q. 3. ar. 2.

Contra. 1. repugnat hęc sentētia e probatissimis visionibus sanctorum. 2. consuetudini Ecclesiæ, quæ dies anniuersarias celebrat, etiam ad 100. vel 200. annos pro defunctis.

e Vide Bedam. 5. historiæ. 13.


Ad 1. resp. hîc tempus esse misericordiæ, post mortem tempus iustitiæ, & proinde non esse bonam illationem.

Ad. 2. respondeo. 1. concludere etiam Purgatorium esse vnius horæ ad quam potest Deus omnes reuocare pœnas. 2. id posse facere, sed nolle, vt nos consuetudo Ecclesiæ docet.

De Pœnis Purgatorij.

Cap. X. XI. XII. XIII. XIIII.

a *Caput. x.*



Ertum [a] est primò, vnam harum esse carentiam diuinæ visionis. 2. dolorem inde prouenientem. 3: pœnam ignis. Sed an verus sit, vel metaphoricus dubitatio est: nihil enim Ecclesia hac de re definit. Item an à dæmonibus torqueantur animæ, & quæ sit grauitas pœnarum.

b *Caput. xi.*

c *Nec refert is cap.14. moralium dicere ignem illum incorporeum esse. Nam est mendum scriptorum debet enim poni: corporeum: statim enim subiungit, corporaliter vrere.*

f 21. *cap.* 10. *de Ciuit.*

Prima [b] Propositio *Ignis Purgatorij est corporeus.* Primò ex consensu scholasticorum. Secundò, ex Gregor. [c] magno qui hoc idem asserit. 4. Dialogor. 29. Tertiò [f] ex Aug. qui in hanc sententiam propendit. Quartò, quia passim in scriptura vocatur pœna impiorum ignis. At regula est Theologorum verba scripturæ esse propriè accipienda, quando nihil inde absurdi sequitur. Quintò, ignis quo puniuntur Diaboli est idem quo punientur impii post resurrectionem Math. 25. At ille corporeus erit, vret enim corpora quæ non nisi igne corporeo comburi queunt. Sextò, per quæ peccat quis, per hæc & torquetur. Sed homines sæpè per sensibilia peccant: ergo per sensibilia debent puniri.

g *Caput. xii.*

i *Supra quo ait animas torqueri ab igne miris sed veris modis.*

k 4. *Dialogor.* 29.

Secunda, [g] Propositio. 1. *Sciri non potest quomodo ille ignis agat in animas.* 2. *quamuis reuera agat.*

Prior pars probatur testimonio [i] August. & [k] Gregorii, cùm ait ex igne visibili inuisibilem pœnam animas trahere: scilicet, quia incognita est nobis. Posterior, quia hoc non est magis impossibile, quam animã vniri corpori, & corpus in animam agere: quamuis modus quo id fiat facilè nequeat percipi.

l *Caput. xiii.*

Tertia, [l] *Dubia res omnino est, an animæ torqueantur à Dæmonibus.* Nam non torqueri docent Theologi. 1. quia omnes animæ Purgatorii superarunt Diabolum

in vltimo conflictu, ideò non videtur decere iustitiam diuinam, vt sinat eas postea à dæmonibus vexari. 2. vexantur hîc homines à dæmonibus, quòd sperent eos trahere in peccatum. At in Purgatorio tali spe frustrantur.

Contra, sunt quædam reuelationes apud m Bedam. Et lib. 1. vitæ B. Bernardi. 10. m 3. histor. 13.

Quarta, o *Maxima pœna Purgatorij maior est maxima pœna huius vitæ.* Probatur primo ex Aug. p *Quamuis* (inquit) *salui per ignem, grauior tamen erit ille ignis, quam quidquid potest homo pati in hac vita.* Gregor. q *Illum transitorium ignem omni tribulatione præsenti existimo intolerabiliorem.* Beda r dicit nulla esse supplicia martyrum, vel latronum pœnis comparanda Purgatorii. Quæ saltem intelligenda sunt de maxima pœna. Secundò ad excessum doloris requiritur potẽtia, maximè doloris capax, obiectum acerrimum, & vnio inter vtrumque maxima in Purgatorio potentiæ animæ sunt capaciores dolore quàm in hac vita quia illic immediatè torquentur, hic mediante corpore: obiectum est ignis, vel saltem simile quid vt instrumentum diuinę iustitiæ, quam Deus maximè ibi ostendere voluit. Vnio est tanta vt pœna intimè animam penetret: hîc autem, vbi sunt corporalia omnia, non fit coniunctio nisi per contactum extremitatum.

o *Caput. xiiii.* p *In Psal. 37.* q *In Psal. 3.* r *In Psal. 3.*

Quinta, s *Purgatorij aliqua pœna, est minor aliqua pœna huius vitæ.* Primò, fieri potest vt quis moriatur debitor tantùm vnius verbi otiosi leuissimi, aut leuissimę pœnę. At non est credibile adeò pro hoc minimo cruciari. Secundo paulatim remittitur pœna in Purgatorio. Nam sanctus t Bernard. scribit oranti Malachiæ pro sorore defuncta, eam primò apparuisse in veste nigra, extra Ecclesiam. 2. veste subfusca intra limen. 3. veste alba ad ipsum altare cum cæteris sanctis: Ex quo intellexit Malachias paulatim sorori suę fuisse pœnas Purgatorii remissas. At pœna Purgatorii quę est prope finem, debet adeò esse remissa vt moraliter quasi non amplius, aut pro modico remitti valeat. hic autem inueniuntur intensissimę pœnę & quę notabiliter remitti possunt. Ergo &c.

s *Est B. Bonauẽturę. 4. d. 20. ar 1. q. 2.*
t *In vita Malachiæ.*

u *Vide Beda. 5. cap. 13.*

Tertiò, ex u multis reuelationibus constat pœnam aliquando adeò exiguam esse vt nihil animæ pati videantur.

x *Ita D. Thom. 4. d. 20. q. 1. ar. 2.*

Obiicitur x Pœna damni est omnium maxima. At eam patiuntur omnes in Purgatorio.

y *Homil. 24. in Math.*

Probatur maior. 1. Quia sicut possessio desiderati boni gignit gaudium, ita absentia boni gignit dolorem. Sed bonum quod animę Purgatorii desiderant est summum, & desiderium etiam maximum. Ergo carentia huius boni maxima omnium pœna est 2. quia y Chrysosto. ait mille gehennas nihil esse, si conferantur cum amissione diuini conspectus.

z *Luc. 16. v. 25.* νῦν δὲ ὧδε παρακαλεῖται, σὺ δὲ ὀδυνᾶσαι.

Ad maiorem, veram esse quando pœna damni est desperationi certissimæ annexa, & de hac tantum loquitur Chrysost. & sic soluitur. 2. probatio alioquin sequeretur Patres in limbo fuisse passos grauissimam omnium pœnam, cum tamen Abraham dixerit Epuloni de Lazaro: z *Tu cruciaris, hic vero consolatur.* Ad 2. probationem, mitigari tristitiam in purgatorio ex absentia summi boni amati, per spem certam boni illius acquirendi, quæ incredibilem gignit letitiam.

De suffragiis pro defunctis.

CAP. XV. ET XVI.

a *Caput. xvi.*
b *Caput. xv.*
c *Libro. 1.*
d *Lib. 1. cap. 10. in quo habentur etiā testimonia sequentia maiori ex parte.*
e *Oratione in Cæsarium circa finem.*



Ria a sunt duntaxat suffragiorum genera *Oratio, Missæ sacrificium, Eleemosyna, & quælibet alia opera pœnalia & satisfactoria,* ad quæ reuocantur etiam oratio vt pœnalis est, & indulgentiæ. Quæ suffragia prodesse defunctis probatur.

DE ORATIONE.

Primò, b ex scripturis & Conciliis c supr. Secundo ex PP. Clem. & Dionys. d sup. Nazianz. e *Ipsi Deo (inquit) & nostras & eorum qui quasi in via paratiores prius ad hospitium peruenerunt, animas commendemus.* Ephrem. in te-

ſtamento ſuo: *Aſſiduè in veſtris orationibus mei memoriam faciatis.* [f] Cyrill. Hieroſo. *Denique pro omnibus oramus, qui inter nos vita functi ſunt.* Chryſoſt. [g] *Ne fatigemur mortuis auxilium ferre, preces pro illis offerentes.* Tertull. libro de corona militis inter Apoſtolicas traditiones ponit ſuffragia pro defũctis, & libro de [h] Monogamia: *Pro anima eius* (coniugis ſcilicet) *oret, & refrigerium adpoſtulet ei.* Ambroſ. [i] *Non tam deplorandam quam proſequendam orationibus reor,* Paulinus ep. 5. [k] Aug. *Non ſunt prætermittendæ ſupplicationes pro ſpiritibus mortuorum, quas faciendas pro omnibus in Chriſtiana, & Catholica ſocietate defunctis, etiam tacitis nominibus quorumcumque ſub generali commemoratione ſuſcepit Eccleſia* [l] Gregor. *Quos grauia peccata non deprimunt, hoc prodeſt mortuis, ſi in Eccleſia ſepeliantur, quod eorum proximi quoties ad eadem ſacra loca conueniunt, ſuorum, quorùm ſepulchra conſpiciunt, recordantur, & pro eis Domino preces fundunt.*

f *Catech.* 5.
g *Homil.* 41.
h *Vltra mediũ.*
i *Lib.* 2. *ep.* 8. *ad Fauſtinum de obitu ſororis.*
k *Lib. de cura pro mortuis. ca.* 4.
l 4. *Dialogor.* 55.

DE MISSA.

Probatur, Primò ex Concil. Cabilonenſi [m] ſupr. Trident. [n] *Non ſolùm* (inquit) *pro fidelium viuorum peccatis, ſatisfactionibus, & aliis neceſſitatibus, ſed & pro defunctis in Chriſto nondum ad plenum purgatis ritè iuxta Apoſtolorum traditionem offertur*, ſcilicet ſacrificium altaris &c.

m *lib.* 1. *cap.* 9.
n *Seſſ.* 25. *cap.* 2.

Secundò ex PP. Chryſoſt. [o] *Non temerè* (inquit) *ab Apoſtolis hæc ſancita fuerunt, vt in tremendis myſteriis defunctorum agatur commemoratio: ſciunt enim inde multum illis contingere lucrum.* Cyrill. ſupra ſubiungens. *Maximum credentes eſſe animarum iuuamen pro quibus offertur obſecratio ſancti illius & tremendi ſacrificij.* Ambroſ. ſup. *nec mæſtificandi lacrhymis tuis, ſed magis oblationibus animam eius Deo commendandam.* Cyprian. ep. 9. lib. 1. [q] Auguſt. *In Machabæorum* (inquit) *libro legimus oblatum pro mortuis ſacrificium, ſed etſi nuſquam in ſcripturis veteribus legeretur, non parua eſt vniuerſæ Eccleſiæ, quæ in hac conſuetudine claret authoritas, vbi in precibus ſacerdotis, quæ Domino Deo ad eius altare funduntur, locum ſuum habet etiam Commendatio mortuorum.* Gregor. [r] 1. *Multum ſolet animas etiam poſt mortem ſacra oblatio hoſtiæ ſalutaris adiuuare, ita vt hanc nonnumquam ipſæ defunctorum animæ expetere*

o *Homil.* 69. *ad populum.*
q *Sup. cap.* 2.
r 4. *Dialogor.* 55.

f libro 1. videantur. *De Eleemosyna*. Primò ex scriptura f supra.
t homil. 41. in 1. ad Corinth. Secundò ex PP. t Chrysost. *Iuuetur mortuus non lachrymis sed precibus, supplicationibus, eleemosynis*. u Theophil. *Hoc dico propter oblationes & distributiones quæ fiunt pro defunctis, quæ non parum conducunt etiam iis qui in grauibus delictis mortui sunt* x Hierony. *Pămachius noster sanctam Paulinæ vxoris fauillam, ossaque veneranda eleemosynæ balsamis rigat* &c. *sciens scriptum, sicut aqua extinguit ignem ita eleemosyna peccatum*. Item *Multos* (inquit Angelus apud y Bedam, *preces viuentium, & eleemosynæ, & ieiunia, & maximè celebratio Missarum, vt ante diem iudicij liberentur, iuuant* z Aug. *Orationibus sanctæ Ecclesiæ & sacrificio salutari, & eleemosynis non est dubium mortuos adiuuari*.

x ep. ad Pamma chium de obitu Paulinæ vxoris ante medium.
y 5. histor. 13.
z serm. 32. de verbis Apost.

a 3. Inst. 5. §. 10. hæc argum. habetur in Bellar. supra li. 1. c. 10.

Resp. a Caluin. Primò, *Ante mille & ccc. annos vsu receptum fuit, vt precationes fierent pro defunctis &c. Sed omnes fateor, in errorem abrepti fuerunt*. Egregiè. sapientior erat Caluinus Patribus Ecclesiæ primitiuæ.

Secundò, orasse non vt iuuarent defunctos sed seipsos consolarentur, apertum mendacium. Nam apertè dicunt PP. iuuari animas.

Tertiò, vulgus cæpisse orare pro mortuis ex imitatione gentilium. PP. vulgo se accommodasse.

Contra 1. nusquam fuerunt diligentiores in prohibendis Ethnicorum ritibus, quàm cùm multi ad fidem conuertebantur Gentiles, & tamen tunc orationes pro defunctis maximè cõmendabãt 2. statuunt in Concil. sic esse faciendum 3. docent Apostol. esse traditionem. 4 Ærium hæreseos damnant quòd id negauerit. an hoc est se impiè vulgi superstitioni se accommodare?

Quartò, Augustinum lib. de cura pro mortuis adeò dubitanter hac de re, & frigidè loqui, vt id sufficiat ad extinguendum zelum pugnantium pro purgatorio. Sed mentitur Caluin. nec enim vna syllaba dubitantis Aug. ibidem habetur.

Probantur vltimò hæc suffragia, & fructus eorum rationibus: b prima vnum corpus est Ecclesia tota, cuius caput est Christus. Ergo debet habere communicationem tam capitis cum membris, quam membrorum inter se. At iusti defuncti sunt huius corporis membra. *Neque enim* c (inquit Aug.) *piorum animæ defunctorum*

b est Petri Cluniacensis epist. contra Petrobrusianos.
c 20. Ciuit. 9.

ab Ecclesia separantur, quæ est regnum Christi. Nam sunt colligati nobiscum, & Deo, in fide, spe, & Charitate. Igitur debent iuuari a viuentibus.

Secunda, Christus caput profuit viuens in terris, [d] viuentibus: [e] mortuus mortuis: viuens mortuis, [f] mortuus viuentibus. Ergo decet vt membra ita inter se agant. Et quidem viuentes prosunt viuentibus vt [g] patet, mortui etiã mortuis: Nã [h] Helisæus mortuũ suscitauit, & Ecclesia supplicat Deo, vt B. Maria intercedente, & omnibus sanctis animas defunctorum ad perpetuæ beatitudinis consortium peruenire concedat. Mortui prosunt viuentibus, tum quia visi sunt [i] Onias & Hieremias mortui orare pro populo Iudaico: tum quòd verisimilius est animas in purgatorio orare pro nobis: quandoquidẽ [k] animæ Paschasij & sancti Seuerini miracula operabantur, etsi essent in purgatorio, & certè si quid impediret, esset vel defectus charitatis, & hoc non, [l] vt patet: vel quia non vident Deum, & neque id, nam neque Onias & Hieremias sup. Deum videbant, neque nos etiam videmus: vel quia tormentis absorbentur: sed nonobstantibus tormentis inferni, longè grauioribus, [m] epulo orabat in inferno pro fratribus: vel denique quia nobis inferiores. neque hoc etiam: alioquin non liceret orare pro prælatis. adde animas in purgatorio, nobis superiores esse ratione charitatis, & gratiæ quamuis inferiores ratione pœnarum. Ergo debent etiam viui mortuis prodesse: quod aliter fieri nequit nisi vel orando, vel offerendo acceptabile munus & hostiam, vel satisfaciendo pro eis.

Obiicitur primò, [n] *mortui nihil nouerunt amplius, nec habent vltra mercedem, nec partem in hoc sæculo, in opere quod sub sole geritur.*

Resp. velle Sapientem dicere, mortuos ignorare quid de rebus agatur hîc derelictis ab eis, quibus amplius vti non possunt. Ideo sequitur *vade ergo, & comede in lætitia.* Sed hoc non obstat quin iuuentur a nobis.

Secundò, *Docemur* ([o] inquit Ambr.) *vt non diutius inhæreamus mortuis, sed quantum satis est officij deferamus.*

Resp. agere de pompa, & luctu funebri, quam mode-

d *passim in Euangelio.*
e *Act. 2. v. 24. & Math. 27. v. 52.*
f *Nam resuscitauit puellam Math. 9. Adolescentẽ Luc 7. Lazarum. Joan. 11.*
g *Nam videmus alios doceri. pasci, corrigi &c. & Iacobi 5. v. 16. dicitur Orate pro inuicèm vt saluemini.*
h *4. Reg. 13. ad finem capitis.*
i *2. Machab. 15.*
k *apud Gregorium. 4. dialogo. 40.*
l *cum sint in charitate confirmata.*
m *Luc 16. v. 27.*
n *Eccl. 9. v. 5.*
o *1. de Abrahã cap. 9.*

ratam vult esse.

p *in 6. ad Galatas.*

Tertiò, *Cum ante tribunal Christi venerimus* (p inquit Hieron.) *non Job, non Daniel, nec Noe rogare posse pro quoquam, sed vnumquemque portare onus suum, docemur.*

Resp. 1. loqui de mortuis in peccato mortali. 2. vel loqui de vltimo iudicio. Si quidem, Vigilantium grauiter accusat quod dixerit nullius pro altero orationem audiendam post mortem.

Quartò, melius est per se, quam per alium satisfacere: quia maior acquiritur gloria. Ergo debemus animas in purgatorio relinquere vt per se satisfaciant: ne earum minuamus gloriam. Vera est maior in hac vita, in qua satisfactio importat gratiæ, & gloriæ augmentum: non autem in purgatorio, vbi meritum deest.

Quintò, nescimus vbi sint defuncti nostri: & aliquando sepeliuntur in inferno, quos putamus in Purgatorio.

q *li. de cura pro mortuis ca. vlt.*

Resp. 1. q Augu. melius esse vt supersint suffragia, quam desint. 2. opus bonum nusquam esse frustra. nam semper meritorium est facienti.

Sextò, Deus non punit vnum pro alio. Ergo neque acceptat bona vnius pro alio. Respon. 1. Negatur anteced. quando qui punitur est particeps culpæ alterius. 2. negatur conseq. nam punire vnũ pro alio, est iniustitia. At opera sua alteri communicare liberalitatis est, eadem acceptari à iudice, misericordia.

r *Ita Dominicus à Soto. 4. dist. 45. q. 2. ar. 3.*

Quæres, num restitutio rei alienæ prosit etiam defunctis. r Resp. non prodesse per modum restitutionis. Nam, si qui non restituit est in culpa, punietur pro illa, absoluta pœna saluabitur, siue restituatur, siue non. Si non est in culpa, neque punietur, & proinde res non restituta suam nõ tardabit gloriam. Prodest tamen per modum eleemosynæ: si restituatur ab eo qui non tenetur. Quomodo sunt intelligendæ visiones defunctorum petentium fieri restitutiones.

Qui poßint animas iuuare, & quibus prosint suffragia.

CAP. XVII. & XVIII.



Rima [a] Propositio: *Solus iustus potest animas iuuare.* Nam si iniustus non potest pro seipso, quomodo poterit pro alio? — a Caput. xvij.

Obiicies, primò missa mali sacerdotis prodest, & eleemosyna domini, data per malum seruum.

Secundò, Prælatus iubens spiritualibus filiis: orare, alioquin malis, oratio proderit.

Ad [b] 1. Missam esse publicam Ecclesiæ actionem, & proinde potius Ecclesiæ esse, quam sacerdotis, qui simpliciter vt minister se habet. Similiter illa eleemosyna, propriè est domini non serui. — b ita Dominicus a soto sup. ar. 2.

Ad 2. resp. hanc orationem non prodesse, quia est opus propriè subditi, quamuis imperatum à Prælato. ipse enim subditus, [non vt merum ministrum, aut instrumentum habet, sed vt principale agens.]

[c] Secunda, *Ecclesiæ suffragium non prodest beatis, quoad essentialem gloriam.* Quia non egent. — c Caput. xviij. d hæres. 75.

Obiicitur Primò, [d] Epiph. [e] Chrysost. & [f] Cyril. dicunt sacrificium offerri Deo pro Apostolis, Martyrib. &c. — e in sua liturgia. f Cathe. 5.

Secundò, Ecclesia in orationib. de sanctis sæpè legit: *Sumpsimus Domine sancta mysteria, quæ sicut sanctis tuis prosunt ad gloriam, ita nobis quæsumus proficiant ad medelam.*

Tertiò, *Putas* ([g] inquit Chrysost.) *eum maculis inquinatū* (loquitur de defuncto)*da illi sua, vt illis se a maculis detergat: putas in iustitia decessisse? præbe ipsi tua ad mercedis, & retributionis adiectionem.* — g homil. 33. in Math.

Ad 1. sacrificari pro sanctis in gratiarum actionem tantùm pro gloria illis collata, vel iuxta responsionem secundam & tertiam ad 2. proximè.

Ad 2. solùm petere, vt illorum gloria crescat apud

nos. 2. vel vt crescant in gloria quadam accidentali. 3. vel peti gloriam corporis, vt ea pluribus debeatur titulis, etsi eam sunt certò consecuturi. Ad 3. ead. respon.

Tertia Propositio, *Damnatis non prosunt suffragia.* Nam iuuari nō possunt. Obiicitur primo Aug. *Quibus* h (inquit) *prosunt suffragia aut ad hoc prosunt, vt plena fiat remissio, aut tolerabilior sit ipsa damnatio.* Secundò idem: i *Pœnas damnatorum certis temporum interuallis existiment, si hoc eis placet, aliquatenus mitigari, dummodò intelligatur in eis manere ira Dei, hoc est ipsa damnatio.* Tertiò k Chrysosto. *Verum* l *istud quidem de illis dicimus qui in fine abscesserunt. Catechumeni verò neque hac digni consolatione censentur, sed omni huiusmodi auxilio destituti, præter unum solum: quod autem illud? pauperibus, eorum nomine dare licet vnde eis nonnihil refrigery accidit.* Quartò m Prudentius.

h *in Enchiridio cap. 10,*
i *sup. cap. 110.*
k *homil. 3. in ep. ad Philippens.*
l *scilicet orare pro defunctis.*
m *Hymno de nouo lumine Paschalis sabbathi.*

Sunt & spiritibus sæpe nocentibus
Pœnarum celebres sub stige feriæ:

Quintò, Damasc. refert in orat. de defunctis ex historia lausiaca Palladii sancto Macario percunctanti cranium cuiusdam Idololatræ, an damnatis prodessent viuentium præces respōdisse cranium, inde aliquid leuimenti sentire damnatos.

Sextò, n Innocent. 3. ait ex mortuis quosdam esse valdè bonos, qui suffragiis non egent, quosdam valdè malos qui iuuari nequeunt: quosdam mediocriter bonos, quibus prosunt suffragia ad expiationem, quosdam mediocriter malos, quibus ad propitiationē. At qui sunt hi nisi pueri in limbo?

n *Capite cum Marthæ.*

Ad 1. Per damnationem intelligi purgatorii pœnam. præmittit enim Aug. Ecclesiæ suffragia pro valde bonis (id est beatis) gratiarum actiones esse, pro non valdè malis propitiationes, pro valdè malis (id est damnatis) nulla esse adiumenta mortuorum, sed qualescunque viuorum consolationes.

Ad 2. ibi non agere de oratione pro defunctis, sed solùm velle non esse absurdum concedere damnatos puniri citra condignum, quod clarius docet. 21. Ciuit. 24.

Ad 3. solùm negare orandum publicè pro catechumenis

menis.[Sed siue id sit verũ,siue non,tamẽ non dicimus eos esse in inferno.vnde nihil ad rẽ.]Ad 4.poetico more Prudentium lusisse.Ad 5. negatur o hanc orationem esse Damasc.nec huiusmodi historia inuenitur in Palladio. Ad 6. resp.1.fortasse memoria lapsum Innocentium,& trimẽbrem Aug. diuisionem fecisse quatrimenbrem, distinguendo mediocriter malos, à mediocriter bonis,cùm sint vnum.2. per mediocriter bonos intelligi posse,qui nullam culpam,sed solum reatum, per mediocriter malos qui culpam etiam habent. o *vide supr. c.8.*

Quarta propositio: *Omnibus omnia suffragia prosunt animab.in purgatorio quatenus illa nouum afferunt gaudium.* Est enim commune omni operi bono, vt de illo omnes gaudeant boni. iuxta illud: p *Particeps ego sum omnium timentium te.* p *Psalmo.* 118. *v.* 63.

Quinta, *Suffragia communia quæ fiunt pro omnibus defunctis prosunt etiam omnibus* in ratione satisfactionis. Nulla enim est causa cur aliqui excludantur. vtramque propositionem omnes Theologi admittunt.

Sexta, *Suffragia particularia omni, & soli prosunt illi*, in ratione *satisfactionis,pro quo fiunt.* hac est contra q Caietanum. *Prodesse omni*, probatur. 1. Quia fundamentum communicationis suffragiorum non est aliquod peculiare meritum, sed status gratiæ. [Et proinde non est ratio quare aliquis excludatur a suffragio, quod exhibetur pro eo. 2. nulla esset ratio quare Ecclesia intenderet orare pro aliquo particulari imò illum etiam in orationib. nominaret cum applicatio intentionis eius esset omnino incerta.3.frustraretur communis fidelium intentio,rari enim sunt qui non putent eos se, pro quibus suffragia exhibent adiuuare.] r 4. Aug. ait ideò Ecclesiam orare pro defunctis omnibus in genere, vt quibus desunt parentes, vel amici qui pro eis orent, auxilium a communi matre Ecclesia detur. Ergo ex sententia Augusti.qui parentes, vel amicos habent eorum precibus particularibus adiuuantur. q *tom.*1. *Opusc. tract.*16.*q.*5. r *lib.de cura pro mortuis ca.* 4.

Obiicitur, Aug. lib. de cura s pro mortuis, & in t Enchirid ait illis solis suffragia prodesse,qui meruerunt vt sibi prodessent. s *cap.*1. t *cap.*109.

Respond. nolle dicere illis solis prodesse inter ani-

mas purgatorij, quæ hoc specialiter meruerunt, id est, iuxta Caietanum, habuerunt specialem deuotionem ad claues Ecclesiæ, & soliciti fuerunt hîc pro animabus dæfunctorum: sed illis solis prodesse qui meruerunt vt prodesse possent, id est meruerunt, non descendere in infernum damnatorum, sed purgatorium, in quo illis suffragia prodesse possunt. *Prodesse soli*, patet, quia huiusmodi applicatio bonorum ex intentione pendet applicantis.

Obiicitur, suffragia se habent sicut lucerna accensa pro domino domus, quæ etiam seruos illuminat. Ergo suffragia ista omnibus etiam proderunt. Negatur antecedens: se habent enim potius vt pecunia quæ soluitur ab vno pro altero.

De funere.

CAP. XIX.



Æretici [a] reprehendunt. 1. cæmeteria sacra. 2. vsum cereorum. 3. anniersaria, & tot exequiarum repetitiones. 4. quod putemus sepulturam esse meritoriam, & Deo gratam.

Prima propositio. *Sepultura est meritoria*. 1. ex 2. [b] Reg. 2. *Benedicti vos a Domino, qui fecistis misericordiam hanc cum Domino vestro Saul, & sepelistis eum, & nunc retribuet vobis Dominus.* [c] 2. Angelus inter alia Tobiæ meritoria opera sepulturam numerat. 3. ex [d] Math. 26. *Opus bonum operata est in me* [e] *mittens enim vnguentum hoc ad sepeliendum me fecit.*

Obiicitur. 1. nusquam inueniri à Domino mandatam sepulturam. 2. enumerans ille Math, 25. opera misericordiæ, non meminit sepulturæ.

[Ad 1. resp. 1. nihil inde concludi cùm sit negatiuum ab authoritate. 2. satis commendasse suo exemplo, cum diligentissimè voluerit sepeliri, & prædictum fuerit: *Et erit sepulchrum eius gloriosum*. 3. vsu Testam. veteris, &

a *in Bohemia apud Aeneam Syluium de origine Bohemorũ cap. 35. & nostri temporis hæret.*
b *v. 5.*
c *Tobiæ 12. v. 12.*
d *v. 10.*
ἔργον καλὸν εἰργάσατο εἰς ἐμέ.
e *v. 12.*
βαλοῦσα γὰρ αὕτη τὸ μύρον τοῦτο ἐπὶ τοῦ σώματός μου πρὸς τὸ ἐνταφιάσαι με ἐποίησεν.

noui. Ad 2. resp. 1. non meminisse etiam operum misericordię spiritualium. nec tamen definūt esse meritoria] 2. id fecisse tum quia sponte ad hoc opus homines satis sunt procliui, tum quòd sit eleemosyna omnium minima.

Secunda propositio. *Sepultura est res antiqua iuxta morem quem Ecclesia obseruat.* Nam ille fuit semper in vsu inter fideles: Primò si quidem corpora lauantur: id olim Actor. 9. in Tabitha, & apud Gregorium. 3. Dialog. 17. 2. corpora deferuntur ad sepulchrum cum honore & comitante frequentia, id olim Genes. 50. Lucæ 7. apud Nazianz. Oratione. 2. in Iulianum Sulpitium in Martino. Hierony. in fabiolæ vitæ &c. 3. corpora fidelium in locis sepeliuntur sacris. olim [f] Iacob & [g] Ioseph voluerunt ossa suá transferri in terram promissionis, vnde Christus erat nasciturus, & vbi templum domini futurum. olim fuisse corpora fidelium sepulta in templis testantur [h] Ambros. [i] Hieron. [k] Aug. 4. sepeliuntur cum psalmodia id olim apud Naziāz. sup. Chrysost. homil. 4. in epist. ad Hebræ. Hieron. in Paulo, & Paula & Dionys. 7. Ecclesiast. Hierarch. 5. ad funus accenduntur lampades, & cerei, ita olim apud Nyssen. ep. ad Olympiam Nazianz. & Chrysost. supra Theodoret. 5. histor. 36.

f *Genes. 49.*
g *Genes. 50.*
h *1. de Abrahæ cap. 9.*
i *in vita Paulæ, & Fabiolæ.*
k *libro de cura pro mortuis c. 1.*

Obiicitur Conc. [l] Elibertinū, quo statuitur ne cerei de die in cæmeteriis accēderentur: *Non enim* (inquit) *Spiritus defunctorum inquietandi sunt* Respondeo solùm reprehendere superstitionem gentilium arbitrantium corpora mortua sentire. Inquietari enim spiritus, est hunc errorem illis displicere. Nos autem vtimur hac in ro luminibus vt significemus animas viuere, resurrectura corpora, & defunctos esse lucis filios. 6. sacrificium altaris pro eis offertur de quo Tertull. Cypria. &c. vide sup. c. 7. celebrātur anniuersaria. hac de re Tertul. lib. de monog. Naziāz. Oratione in Cæsar. fratrem. 8. celebratur. 3. 7. & trigesima dies: ita Ambr. de obitu Theodosii.

l *can. 34.*

Obiicitur toties iterare preces est diffidētiæ signum.

Ad 1. negatur, est enim potius id signum desiderii & feruoris alioquin Christus qui in breui spatio ter idem orauit maxima laborasset diffidentia.

Nonò, eriguntur tituli. Id olim Genes. 35. 1. Machab. 13. & Actor. 2. Decimò eleemosynæ pauperibus erogantur. ita apud Chrysost. homil. 32. in Mathæum.

Tertia propositio *Sepultura est res vtilis.* Nam est vtilis viuis. 1. quia per hanc arcetur fætor cadauerum, & horror. 2. quòd eo studio testentur viui resurrectionem futuram & animarum immortalitatem, alioquin quid ita diligenter corpora curarentur mortua? 3. admonemur propriæ mortis, hinc tituli defunctorum monumenta ducta. 4. satisfaciunt aliquo modo affectui suo, quo prosequuntur defunctos. Vtilis est mortuis: 1. quia consulitur illorum honori: non enim caret ignominia, fœditatem corporis obtutibus aliorum patere. hinc in pœnam priuantur malefactores sepultura. 2. satisfit desiderio eorum, nemo enim carnem suam odio habet: & proinde cupit suum honestè tractari corpus. 3. cum a multis deducantur in sepulchrum multorum etiam fiunt participes orationum. 4. patrocinio Sancti frequenter commendantur à parentibus, & amicis in cuius templo requiescunt.

m V. 4. μὴ φοβηθῆτε ἀπὸ τῶν ἀποκτεινόντων τὸ σῶμα, καὶ μετὰ ταῦτα μὴ ἐχόντων περισσότερόν τι ποιῆσαι.

Obiicitur primò, Luc m 12. *Ne terreamini ab his, qui occidunt corpus & post hæc non habent amplius quid faciant.* Ergo sepultura carere nihil nocet, & proinde habere nihil prodest.

n 1. *Ciuit.* 12. & *lib. de cura pro mortuis.*

Secundò, capite, *Sacris*, dicitur nihil obesse hominib. piis sepulturam vilem, aut nullam. Tertio, n August. ait sepulturam & funeris Pompam esse virorum, non mortuorum præsidia.

Ad primi antecedens loqui Dominum de dolore quo potest affici corpus. Ad conseq. 1. negatur. quia careret defunctus vtilitatibus supra dictis. 2. etsi verum esset tamen viui carerent vtilitatibus suis supra.

Ad 2. & 3. loqui solùm de necessitate per se ad salutem, non autem per accidens ex precibus assistentium funeri.

INDEX

LIBRORVM ET CAPITVM DE ECCLESIA triumphante.

LIBER PRIMVS, Qui est

De Beatitudine & Canonisatione Sanctorum.

INDEX

LIBER SECVNDVS,

Qui est

De reliquiis & imaginibus Sanctorum.

APPENDIX AD TRACTATUM de cultu Imaginum.

In quo refutatur quidam liber intitulatus Synodus Parisiensis de imaginibus Anno Christi 824. &c.

LIBER TERTIVS, QVI EST *De rebus quibus Ecclesia triumphans à militante colitur.*



LIBER PRIMVS DE ECCLESIA TRIVMPHANTE, QVI EST

De Beatitudine & Canonizatione Sanctorum.

Argumenta hæreticorum quibus negant Sanctos iam esse beatos.

Cap. I.

PRimum Ioann. vigesimus secundus hoc definisse videtur, vide supr. tom. 1. lib. vltimo de Rom. Pontific. cap. 14. Secundò, Math. 20. per vesperam intelligitur resurrectio, & per denarium vita æterna. At Paterfamilias reddit simul operariis mercedem ad vesperã. Tertiò, a Hebr. 11. dicitur de sanctis: *Hi omnes testimonio fidei probati non acceperunt repromissiones, Deo pro nobis aliquid melius prouidente, vt non sine nobis consummarentur.* Quartò, b *Scimus quia cum apparuerit (scilicet in secundo aduentu) similes ei erimus, quia videbimus eum sicuti est.* Quintò, c *Vidi subtus altare animas interfectorum propter verbum Dei.* Sextò, d Iustinus ait narrationem de diuite, & Lazaro non esse veram: *Quia* (inquit) *neque ante resurrectionem vnicuique ex iis, quæ in vita gessit præmium red-*

a *versu. 39.* οὗτοι πάντες μαρτυρηθέντες, διὰ τῆς πίστεως οὐκ ἐκομίσαντο τὴν ἐπαγγελίαν· *versu. 40.* τοῦ θεοῦ περὶ ἡμῶν κρεῖττόν τι προβλεψαμένου, ἵνα μὴ χωρὶς ἡμῶν τελειωθῶσι

b 1. *Ioan. 3. v. 2.*

c *Apocal. 6. v. 9*

d *quæst. 60. Gẽtilium.*

ditur. Septimò, [c] idem quærens, quis ergo fructus fuit latroni esse in Paradiso? respondet id consequutum, *vt sit in cœtu iustorum, & videat seipsum, & quæ infra se sunt, & præterea Angelos & Dæmones.*

Octauò, [f] Irenæ. *Manifestum est quia & discipulorum eius* (id est Christi) *animæ abibunt in inuisibilem locum definitum eis à Deo, & ibi vsque ad resurrectionem commorabuntur, sustinentes resurrectionem post recipientes corpora, & perfectè resurgentes*, hoc est, *corporaliter, & sic venient ad conspectum Dei.*

Nonò, [g] Origen. *Nondum Sancti receperunt lætitiam suã nec Apostoli quidem: sed & ipsi exspectant, vt ego lætitiæ corũ particeps fiam.*

Decimò [h] Chrysost. *Quamquam vel sexcenties sit immortalis* (scilicet animus) *tamen sine carne ipsa admirandis illis bonis non fouetur, quemadmodum neque pœnis punietur.*

Vndecimò, [i] idem *Vnum definiuit tempus omnium coronarum: & qui ante tam multos annos vicit, tecum accipiet coronam.*

Duodecimò, [k] Theodoret. *Sanctorum tot, & tanta fuerunt certamina, sed hi tamen nondum coronas acceperunt.*

Decimotertiò, [l] Theophyl. *Sancti nihil adhuc cælestium promissionum sunt assequuti.*

Decimoquartò, [m] OEcumen. *Sancti testimonium promeriti, quod per fidem placuerunt Deo, non consequuti sunt bona iustis promissa.*

Decimoquintò, Aretas Cæsariensis: [n] *Horum spe, quæ per intellectum veluti in speculo contemplantur, omni crassitie liberati meritò lætantur quiescentes in finibus Abrahę.*

Decimosextò, [p] Euthym. *Et tunc quidem dedit ei conuersationem in paradiso tanquam arrabonem regni sui, quod est fruitio ineffabilium, ac æternorum bonorum.*

Decimosept. [q] PP. Græci simpliciter negant Deum videri posse à creatura. Ergo multo magis negant videri ante diem iudicij.

Decimooct. [r] Lact. *Nec quisquã putet* (inquit) *animas post mortem protinus iudicari, nam omnes in vna communique custodia detinentur donec tempus adueniat, quo maximus iudex meritorum faciat examen.*

Decimonò, Victorinus in 6. Apocal. *Animas occisorum*

e q.76.
f libro 5.
g *hom.7. in Leuiticum.*
h *homil.39. in 1. ad Corinth. ad illud: si in hac vita tantum sperantes, &c.*
i *hom. 28. in ep. ad Hebr.*
k *in 11. ad Hebr.*
l *in idem cap.*
m *in idem cap.*
n *in 6. Apoc.*
o *Nam id multus Sanctus dictũ est, vnumquemq. virtutis cultorẽ sortitum esse dignum locum: vnde etiam de futura sua gloria certam quandã assequatur coniecturam.*
p *vide in 33. Luc*
q *vide Chrysost. hom 23 in Gen. hom. 14. in Ioã. Theodoret. Dialog. immutabilis Theophylact. in illud Ioan. 1. Deum nemo vidit vnquam.*
r 7. *cap. 21.*

dicit se vidisse sub Arca, id est sub terra. Et infra, *In nouissimo tempore sanctorum remuneratio perpetua, & impiorũ ventura est damnatio.* Vigesimò, [f] Hilar. *Hęc humanæ lex necessitatis est, vt sepultis corporibus animæ ad inferos descendant quã lege Dominus ad cõsummationẽ veri hominis nõ recusauit.*

f in Psal. 138.

Vigesimosec. Prudent. in hymno de exequiis Sanct. docet animas Sanctas ex hac vita in paradisum terrestrẽ, ac sinũ Abrahæ descẽdere quẽ diues ille ardẽs à lõgè cõspicit. Vigesimotert. Ambr. [t] *Soluitur à corpore anima, & post finẽ vitæ huius, adhuc futuri iudicij ambiguo suspenditur.* Vigesimoquart. idem libro de bono mortis ait ab omnibus exspectari coronæ diem; id est iudicii, vt victi erubescant, & victores palmam adipiscantur victoris.

t libr. 2. de Cain cap. 2.

Vigesimoquintò, August. [u] *De sanctis hominibus* (inquit) *iam defunctis vtrum ipsi saltem dicendi sint iam in illa possessione consistere, meritò quæritur.*

u 1. retract. 14.

Vigesimosex. ep. 111. ait August. Hieron. sentire, nos *tunc visuros faciem Dei, cùm in Angelos profecerimus, id est æquales Angelis facti fuerimus, quod erit vtique in resurrectione mortuorum:* libro verò 12. in Genes. 35. *Minimè dubitandũ esse, & raptam hominis à carnis sensibus mentem, & post mortem ipsam carne deposita non sic videre posse incommutab. substantiam, vt sancti Angeli vident.*

Vigesimosept. idem in Enchir. [x] *Tempus* (inquit) *quod inter hominis mortem, & vltimam resurrectionem interpositũ est animas abditis receptaculis continet.* Similia 12. Ciuit. 9. & in Psal. 36. Vigesimaoct. Bernard. [y] ait animas Sãc. adhuc in atriis esse, & sub altari, id est solam Christi humanitatẽ videre. *Et in illam beatissimã Dei domũ* (inquit) *animæ nec sine nobis intrabunt, nec sine corporibus suis.*

x cap. 108.

y sermone 3. de omnibus sanctis.

Vigesimononò, examen & iudicium bonorũ & malorũ futurum est in nouissimo die. Ergo & retributio.

Trigesimò, anima Christi non ante resurrectionẽ ascẽdit in cælum. Ergo nec iustorum: quia nõ est discipulus supra magistrũm. Trigesimoprim. anima, & caro simul operantur mala, & bona Ergo simul præmiari debent.

Trigesimosec. Dæmones non ante vltimum iudicium puniendi sunt. Igitur & homines impii. Ergo neque etiam boni præmiandi. Probatur antec. 1. ex [z] Iustino, qui sæpius repetit Dæmones tradendos quidem sed nõ-

z Apolog. 1. & 2.

dum traditos sempiternis ignibus, [a] Irenæo, [b] Epiph. [c] Oecum. asserentibus dæmones ante Christi aduentũ, suam ignorasse damnationem. 2. ex [d] Antonio. [c] Ambrosio Hieron. Chrysost. docentibus Dæmonem expectare incendia futura: Et Math. 8. ac Lucæ 8. Dæmones conquerebantur venisse Christum ante tempus eos torquere, rogabantque ne mitterentur in abyssum.

a *libr. 5.*
b *heresi Sethianorum.*
c *in cap. vltimũ prime Petri.*
d *apud Athanas.*
e *in 8. Luce.*

PROBATVR,

Testimonio Ecclesiæ animas Sanctorum videre Deum. CAP. II.

PRimò, ex oratione de S. Greg. *Deus qui animæ famuli tui Gregorij æternæ beatitudinis præmia contulisti.* Secundò, id definiuit Concil. [a] Florent. sess. vlt. & Trident. sess. 25.

Tertiò, idem docet Innoc. 3. c. [b] *Apostolicam*, & decreuit post longas disputationes [c] Benedictus 12. successor Ioan. 22. Ad primum argumentum resp. sup. tom. 1. libro vltimo de Rom. Pontifice cap. 14.

a *sess. vlt. in decreto vnionis. Græco & Latin.*
b *extra de presbytero non baptizato.*
c *In extrauag. Benedictus Deus quam refert Alphonsus à Castro 3. contra hereses verbo Beatitudo*

Testimonio scripturæ idem probatur. CAP. III.

PRimo, 2. [a] Corinth. 5. *Scimus quia si terrestris domus nostre huius habitationis dissoluatur, edificationem ex Deo habemus domum non manufactam eternam in celis.* Per domũ *terrestrem* corpus intelligitur. 1. quia ita interpretantur PP. Græci & Latini. 2. quia hanc domum clarius postea vocat Apostolus corpus. [b] *Dum sumus*(inquit)*in corpore peregrinamur à Domino.* [c] Per domum æternam nonnulli intelligũt immortale corpus: sed multo rectius [d] alii æternã beatitudinem. 1. quia si intelligeret corpus immortale, non diceret *habemus*, sed *habebimus*. 2. vult dicere non esse quod timeamus nobis domum defuturam: nam si hinc pellimur habemus aliam: at corpus immortale non habebitur ante Resurrectionem.

Ergo non est illa domus quam Paulus ait nos habituros si hinc pellamur: deesset enim à die

a v. 1. οἴδαμεν ὅτι ἐὰν ἡ ἐπίγειος ἡμῶν οἰκία τοῦ σκήνους καταλυθῇ, οἰκοδομὴν ἐκ θεοῦ ἔχομεν, οἰκίαν ἀχειροποίητον, αἰώνιον ἐν τοῖς οὐρανοῖς
b v. 6. ὅτι ἐνδημοῦντες quoniam aduenæ. ἐν τῷ σώματι ἐκδημοῦμεν ἀπὸ τοῦ κυρίου.
c *Chrysost. Theophylact. Theod.*
e *Photius apud Oecum. Ansel. & D. Thom. in hunc locum.*

mortis vſque reſurrectionem. 3. id vocat cæleſtem domum quod antea dixerat [c] *æternum gloriæ pondus.* Statim enim ſubiungit *ſi enim terreſtris domus &c.* At per *æternum gloriæ pondus*, omnes intelligunt æternam beatitudinem. 4. quia ideò domum cæleſtem habemus cõcludit melius eſſe peregrinari à corpore, & præſentes eſſe ad Dominum.

c *Cap. 4. v. 13.* αἰώνιον βάρος δόξης.

At poſt mortem cum peregrinamur à corpore non habemus corpus immortale. Ergo illa ratio nihil valet: imò contrarium infert, ſcilicet quia domus hanc habebimus: interim quia melius eſt habere corpus mortale, quam nullum, erit etiam melius non peregrinari à copore quam peregrinari.

Secundò, iuxta Paulum ibi eſt aliquis ſtatus quo peregrinamur à corpore: & non à Domino, id eſt ſumus præſentes ad dominum, id nequit eſſe in hac vita vt patet. Ergo in alia, vel igitur non peregrinari à domino & eſſe præſentes ad dominum eſt habere corpus immortale, & hoc non. 1. quia non ſequeretur ſi peregrinamur a corpore nos non peregrinari à Domino, cũ corpus immortale non habeatur ante reſurrectionem [2. habere corpus immortale non eſt propriè peregrinari à corpore, ſed è contra, vel eſt habere gratiam Dei, vel eius oculis patere & hoc non quia ad hoc non eſt neceſſe peregrinari à corpore, vt conſtat: multi enim cum gratia Dei hic viuunt & omnia vbique ſunt aperta oculis eius] vel eſt ſolum videre Chriſti humanitatem & hoc non, quia opponit Paulus *eſſe in corpore, & peregrinari à corpore ſiue eſſe preſentes ad Dominum.* At eſſe in corpore eſt iuxta eum ambulare per fidem. Ergo peregrinari à corpore eſt non ambulare in fide: videre autem ſolam Chriſti humanitatem eſt adhuc ambulare per fidem. Ergo reſtat vt peregrinari à corpore, & non à Domino: ſed eſſe ad eum præſentes ſit videre eum facie ad faciem.

Obiicitur, beatitudo non habet ſimilitudinem cum domo, ſed magis corpus Negatur. Nam beatitudo tam magna eſt, vt eam anima non capiat, ſed ea potius animam, iuxta illud: [f] *Maior eſt Deus corde noſtro.* Quare

f *1. Ioan. 3. v. 20.* μείζων ἐστὶν ὁ θεὸς τῆς καρδίας ἡμῶν.

rectè beatitudo dicitur domus Io. g 14. *In domo patris mei multæ mansiones sunt.* id est diuersi gradus beatitudinis.

g *V.* 2. ἐν τῇ οἰκίᾳ τοῦ πατρός μου μοναὶ πολλαί εἰσιν.

Tertiò Luc. 23. h *Hodie mecum eris in Paradiso.* vel hîc dominus promittit Paradisum terrestrem latroni, vel cælestem, sed futurum sicut dicitur: *Qui non credit iam iudicatus est.* id est iudicabitur: vel iungendum est, *Hodie*, cum verbo, *Dico*: hoc modo: *Hodie dico tibi* &c. vel promisit in præsenti habiturum visionem beatam, quæ est Paradisus cælestis. non primum: quia dominus promittit animæ conuenientem ei Paradisum. At quid animæ cum pomis, & frugibus terrenis? non. 2. quia non est recurrendum ad figuras cum aperta sunt verba, & nihil inde sequitur absurdi: sicut nec in illis: *Qui non credit &c.* non est enim sensus iudicabitur, sed iam iudicatur à seipso, cum nolit veram amplecti fidem. 2. quia dixit Christus, *mecum.* At christus non erat futurus in beatitudine: cum iam in illa esset, nec voluit dicere eris mecum, sicut alii omnes sunt, quia Christus vbique: nihil enim speciale ei promisisset, neque. 3. hoc enim est ridiculum, nonne videbat latro Dominum illa die loqui? Deinde. *hodie* respondet illi aduerbio, *Quando, Memento mei quando veneris in regnum tuum.* Ergo idem est, *bodie eris in Paradiso*, id est in *illo Quando*: quod *hodie eris in regno meo.*

h *V.* 43.

Quartò, i *Cupio dissolui & esse cum Christo.* At esse cum Christo vt requiratur dissolutio corporis mortalis est esse in gloria eius: quid enim est aliud?

i *Philippens.* 1. *v.* 23. ἐπιθυμίαν ἔχων εἰς τὸ ἀναλῦσαι, καὶ σὺν χριστῷ εἶναι.

Quintò, Paul. k Hebr. 12. describens Sion montem, & Hierusalem cælestem, docet eam constare ex Angelis, & Ecclesia primitiuorum ac spiritibus iustorum perfectorum, id est Prophetarum & Apostolorum.

k *V.* 22 & 23.

Sextò, l Stephanus cùm vidisset cælos apertos, & gloriam Dei clamauit: m *Domine Iesu accipe spiritum meum.* vtique in gloriam quam viderat.

l *Actor.* 7. *v.* 55.
m *V.* 59. κύριε Ἰησοῦ, δέξαι τὸ πνεῦμά μου.

Septimò, n *Hi qui amicti sunt stolis albis, sunt ante thronum Dei, & seruiunt ei die, ac nocte in templo eius.* Quid est ante thronum Dei nisi Deum cernere præsentem?

n *Apocaly.* 7. *v.* 13. οἱ περιβεβλημένοι τὰς στολὰς λευκάς, v. 15. εἰσιν ἐνώπιον τοῦ θρόνου τοῦ θεοῦ, καὶ λατρεύουσιν αὐτῷ ἡμέρας καὶ νυκτὸς ἐν τῷ ναῷ αὐτοῦ.

Ad secund. Respond. 1. parabolas non oportere omni ex parte quadrare sed solùm esse cõsiderandum sco-

non videant Deum, sed quia sunt Christo inferiores cuius protectione vicerunt, & à quo receperunt præmium.

Idem ex PP. Græcis.

CAP. IIII.

IGnatius ep. ad Rom. *Aqua viua manens in me, intrinsecus mihi dicit, veni ad Patrem, sinite me puram lucem aspicere, illuc perueniens, homo Dei ero, Miserabilis sum nunc, donec Deum merear adipisci.* Significat autem ibi id consequuturum statim post martyrium.

Dionys.[a] *Norunt* (inquit) *profecto se totos percepturos exactissimam ad Christi speciem, requiem, cùm ad præsentis vitæ, finem peruenerint. Viamque ad immortalitatem suã,* (idest gloriam beatam, cum id neque de immortalitate carnis, aut naturali animæ intelligi possit) *è vicino iam clarius intuentes diuinitatis laudant munera.*

a Cap.7 Ecclesiast. Hierarchiæ

Iustin. b *Post animi à corpore excessum statim fit bonorum, malorumque distinctio: ducuntur enim ad loca, quæ eis digna sunt ab Angelis: bonorum quidem animi in Paradisum, vbi consuetudo est, & aspectus Angelorum, & Archangelorum, visio etiam conseruatoris Christi ex verbis his:* peregrinari *à corpore, & præsentes esse ad Dominum: improborum autem ad inferorum loca.*

b q. 75. à gentibus proposita si tamen huiusmodi qq. sint eius, & non potius cuiusdam Iustino recentioris.

Ad. 6. loquitur Iustinus de retributione perfecta quãdo totus homo erit in corpore & anima gloriosus.

Ad. 7. non negare Latronem esse beatum, cùm dicat eum in cætu iustorum esse, id est beatorum: non meminit autem visionis Dei quia Græci non illam vocant nisi comprehensiuam.

Irenæus c *Iustis, & æquis & præcepta eius seruantibus, & in dilectione eius perseuerãtib. quibusdam quidem ab initio*, id est statim vt mortui sunt, sine macula & reatu: *quibusdam ex pœnitentia vitam donans incorruptelam loco muneris confert, & claritatem æternam circundat.*

c l. cap. 2.

Ad 8. solùm significare Irenæum sanctos nundum esse in illa beatitudine in qua est Christus animo, & corpore beatus. Non negat tamen esse reuera beatos. 1. quia dicit Christum descendisse ad Inferos vt sanctorũ animas inde extraheret, & saluaret. At si saluauit certè ad gloriam suam duxit. 2. ait discipulos debere in morte, requie, & resurrectione Christum imitari. At Christus dum quieuit in sepulchro erat interim anima beatus. Ergo discipuli eius similiter dum quiescunt.

Origen. in loco contra nos producto ait sanctos nunc habere lætitiam, sed non perfectam, qualem nec habet Christus, quia adhuc corpus eorum, id est ciuitas illa beata non est plena, quod nisi post resurrectionem fiet hinc patet solutio ad. 9.

Basilius loquens de sancto Gordio, *Erat* (inquit) *affectus, non vt qui in lictoris manus deuenturus esset, sed velut Angelorum manibus seipsum commissurus qui statim ipsum recens mactatum, assumptum ad beatam vitam translaturi essent.*

d *Oratione in Basilium.*

Gregor. d Nazianz. *Tu obiter* (alloquitur Basilium defunctum) *è cœlo respice &c. vt hinc demum discedentem me, in æterna tabernacula recipias, & beatam Trinitatem, eo quo est modo, tecum pariter contemplari valeam.*

Nyssen. oratione in sanctum Ephren. *Tu verò diuino assistens altari vitæque principi, & sacrosanctæ, vna cum Angelis, sacrificans Trinitati omnium nostrûm recordare, nobisque peccatorum veniam impetra.* Chrysost. e *Peccatores vbiuis fuerint procul à Rege sunt, atque ideò digni qui fleãtur.*

e *Homil. 3. in epistol. ad Philipp.*

οἱ δὲ δίκαιοι ἄντε ἐνταῦθα, ἄντε ἐκεῖ, μετὰ τοῦ βασιλέως εἰσί, κἀκεῖ μᾶλλον, καὶ ἐγγύτερον, οὐ διὰ εἰσόδου, οὐ διὰ πίστεως, ἀλλὰ πρόσωπον, πρὸς πρόσωπον. *Iusti verò siue hîc, siue in futuro seculo fuerint, cum Rege sunt, illîc tamen magis, & propius non per ingressum, ac fidem, sed facie ad faciem.*

Ad. 10. non velle dicere nusquam animas ante resurrectionem beatas: sed solùm colligere si caro non resurgat, nec etiam sperandum animam vsquam frui beatitudine: quia pars est, vt vtraque pars suam mercedem accipiat cum vtraque laborauerit.

Ad vndecimum loquitur Chrysost. de corona, seu gloria corporis de qua etiam Paulus. Eadem responsio ad. 12.

ad. 12. 13. & 14. Hi enim PP. sequuti sunt Chrysost. vt discipuli eius, item ad 15. quod enim sperant sancti est gloria corporis. ad. 16. reiicitur Euthymius qui scripsit circa. 1180. ann. cum iam Græci essent schismatici atque hæretici. Cyrillus Hierosolym. Catech. 13. loquens de bono latrone. *Tu* (inquit) *de ligno introduceris in Paradisum. Nondum Abraham fidelis ingressus est, & latro ingreditur. Ne timeas serpentem, cecidit de cælo, non te eyciet.*

Cyrillus [f] Alexandrin. ait SS. animas post mortem euolare in manus Dei patris, quo vitam perpetuam cum Christo habent, qui viam primus aperuit. f *11. in Joan. 36*

[g] Epiphan. *Sancti sunt in honore, quies ipsorum in gloria, profectio hinc in perfectione, sors ipsorum in beatitudine, in mansionibus sanctis, tripudium, cum Angelis, diæta in cælo, gloria in honore incomparabili, & perpetuo brauia in Christo Iesu Domino nostro.* g *Hæresi. 78. in fine.*

Theodoret. [h] *Si cælum sedes illorum est, qui piè vixerunt: hunc profectò finem sui cursus, & Martyres iam consequuti sunt, his enim magis pium esse nihil potest. Ideoque maiori sorte meritò perfruuntur Martyres, qui nunc, & à cunctis latè mortalib. honores amplissimos ferũt, & æternis sunt insigniti coronis.* h *Libro. 8. ad Græcos, qui est de Martyribus.*

Euseb. 4. histor. 14. in Ruffino. 15. ait Polycarpum post mortem immortalitatis præmia adeptum: At quæ est immortalitas præter naturalem animæ, nisi gloria beata?

Damascenus. [i] *Vultui Domini nitidè, & nudè præsentatur illiusque gloria, iam ante promissa sibi corona, exornatur.* i *Historia de Barlaam & Josaphat.*

Theophil. [k] *Dicendum est idem esse paradisum, & regnum cælorum: nam latro est in Paradiso, ac regno, alioquin non frueretur perfecta bonorum participatione.* k *In 23. Lucæ.*

Oecumenius [l] ait Christum non solùm ingressum in cælum, sed etiam secum duxisse genus humanum id est sanctos Patres. At quid est secum duxisse, nisi participes fecisse gloriæ suæ? l *In. 9. ad Hebræos.*

Ad. 17. vocabulum videndi vsurpasse PP. Græcos pro perfectissima cognitione id est comprehensiua: quod ideò fecerunt, vt omnino declinarent hæresim

Anomæorum tunc vigentium, & asserentium Deum posse à creatura comprehendi.

Obiicitur Primò: Chrysost. Ait Angelis fuisse Deũ inuisibilem non quidem semper, sed vsque ad incarnationem. Ergo postea fuit illis visibilis. Igitur non loquitur de comprehensiua cognitione. Ad. 1. conseq. fuisse visibilem & comprehensibilem ab Angelis postea, ratione humanitatis tantum. Ad. 2. negatur.

Secundò Theodoret. ait Angelos non aliter Deum videre, quam viderint Abraham Asaias &c.

Respondeo non dixisse, *Non aliter*, sed solùm statuere similitudinem inter visionem Angelorum, & Patriarcharum, quòd sicut vna est imperfecta id est non comprehensiua, sic & altera quamuis in diuerso gradu.

Idem ex Latinis Patribus.

CAP. V.

a Libro de exhortatione Martyrÿ cap. vltimo.



Yprianus: a *Quanta est dignitas, & quanta securitas exire hinc lætum, exire inter pressuras, & angustias gloriosum, claudere in momento oculos, quibus homines videbantur, & mundus, & aperire eosdem statim, vt Deus videatur, & Christus.*

b In Psal. 64.

Hilarius: b *Beati sunt, qui iam à Deo ad habitandum in tabernaculis eius electi sunt: sed festinare nos in consortium huius beatitudinis congruum est operationibus id, atque orationibus expetentes.* Ad. 18. Lactantium in multis lapsum fuisse præsertim circa futurum sæculum. Ad. 19. Victorino eruditionem defuisse, vt testatur B. c Hieronym. Ad. 20. loqui Hilarium de statu ante Christi ascensum in cælum postea enim hæc lex non habet legem.

c Epistol. ad Magnum.

Prudentius in carmine de sancta Agnete.

O virgo fœlix ô noua gloria
Cælestis arcus nobilis incola.

Ad. 22. loqui Prudentium figuratè: quia tam sinus Abrahæ, quam Paradisus terrestris typi sunt regni cæ-

lorum: nam quoad rem, constat huiusmodi loca esse diuersa: & tamen ea pro vno ponit Prudentius.

Ambrosius d *Acolius superiorum incola, possessor ciuitatis æternæ illius Hierusalem, quæ in cælo est, vidit illic vrbis eius mensuram immensam, purum aurum, lapidem pretiosum lumen, sine sole perpetuum, & hæc omnia iamdudum sibi comperta sed nunc facie, ad faciem.* d 7. epist. 59.

Ad. 23. loqui Ambros. de ambiguitate cognitionis temporis, quo erit generale iudicium. Ad. 24. vt ad 11.

Paulinus natali 3. de sancto Fœlice.

Ast illum superi sacra gloria luminis ambit
Florentem gemina belli pacisque corona.

Hieronym. e de obitu Leæ, *Nunc* (inquit) *pro breui labore æterna beatitudine fruitur, Excipitur Angelorum choris, Christum sequitur, & dicit, quæcumque audiuimus, vidimus in ciuitate Domini virtutum.* Augustin. f *Tertium est cælum,* (vbi dixerat esse animas beatorum) *quod mente conspicitur, ita secreta, & remota, & omnino abrepta a sensibus carnis, atque mundata, vt ea quæ in illo cælo sunt & ipsam Dei substantiam, verbumque Deum, per quod facta sunt omnia, in Charitate sancti ineffabiliter valeat videre, & audire.* e Epist. ad Marcellam. f 12. Genes. cap. 34.

Item g Ibi. *Omnes iusti, & sancti qui fruuntur verbo Dei sine lectione, sine literis: quod enim nobis per paginam scriptum est per faciem Dei illi cernunt.* Item h *fœlix anima quæ terreno resoluta corpore libera cælum petit secura est, & tranquilla, non timet hostem, neque mortem: habet enim præsentem cernitque indesinenter pulcherrimum Dominum.* Item. i *Per ipsum vos rogo, qui vos elegit, qui vos tales fecit, de cuius pulchritudine iam satiamini, de cuius immortalitate iam immortales facti estis de cuius beatissima visione semper gaudetis.* g In Psal. 116. h Libro meditationum cap. 22. i Cap. 24.

Ad. 25. & 26. nusquam Augustinum dubitasse animas videre Deum sed solùm arbitratum fuisse, eas non ita perfectè videre, ac post Resurrectionem, quòd naturale desideriũ resumendi corpus non sinat illas toto conatu ferri in Deum. Atque in hoc discrepare à fœlicitate Angelorum, quam post Resurrectionem habebunt animæ.

Ad. 27. dubitasse reuera aliquando Aug. de loco

animarum beatarum vt patet. 9. Confess. 3. *Viuit Nebridius in sinu Abrahæ, quidquid illud est, quod illo significatur sinu &c. iam non ponit autem ad os meum, sed spirituale os ad fontem tuum, & bibit quantum potest sapientiam pro auiditate sua, sine fine fœlix &c.* tamen re diligenter considerata postea de loco beatitudinis k asseruisse nobiscum. *Sinus Abrahæ* (inquit) *requies est beatorum pauperum, quorum est regnum cœlorum, in quo post hanc vitam recipiuntur.* Item. *Sinus Abrahæ intelligitur secretum patris: quo post passionem resurgens assumptus est &c. Vbi etiam ante Resurrectionem iustorum animæ viuunt cum Deo.* Prosper. l *tunc est tentatio finienda, quando finitur, & pugna: & tunc est finienda pugna, quando post hanc vitam pugnæ, succedet secura victoria, vt omnes milites Christi, qui vsque ad finem vitæ præsentis diuinitus adiuti, suis hostibus infatigabiliter restiterunt, laboriosa iam peregrinatione transacta, regnent fœlices in patria, cuius hoc erit totum præmium, vt vitæ contemplatiuæ semel compos effecta inexplebiliter auctorem beatitudinis suæ conspiciat &c.* Maximus m Taurinensis: *Digne in memoriam vertitur hominum, qui ad gaudium transiit Angelorum.*

k *Lib. 2. qq. Euangelicarū cap. 38. quem postea scripsisse constat ex. 2. retract.*

l *1. de vita contemplatiua cap. 1.*

m *Homilia in Eusebium Vercellensem. 4.*

Leo serm. de sancto Laurentio. Fulgentius serm. de sancto Stephano. Primasius in cap. 9. ad Hebræos Gregor. n 1. *Beatitudo & animabus Sanctorum ante Resurrectionem tribuitur, & corporibus nihilominus post iudicium confertur.* Beda & Haymo in 6. Apocalyp. Anselm. o in 2. Corinth. 5. Sulpitius epistol. ad Aurelium Diaconum de obitu B. Martini Bernard. epistola ad fratres de Hybernia: *Absit vt tua nunc, ô Anima sancta,* (Malachiæ scilicet) *minus efficax æstimetur oratio, quando præsenti viuidius supplicare est maiestati, nec iam in fide ambulas, sed in specie regnas &c. Cum ad fontem ipsum charitatis procumbis pleno hauriens ore, cuius & ipsa prius stillicidia sitiebas.* At fides non euacuatur in iustis, *nisi per visionem Trinitatis.*

n *In psal. Pœnitential.*

o *Prædicatores Ecclesię, postquā de corporibus exeunt: nequaquam per morarum spatia, sicut antiqui PP. cęlestis Patrię perceptione differūtur sed mox vt à carnis colligatione excūt in cęlesti sede requiescunt.*

Ad. 28. vt ad. 25. & 26. imitatur enim hac in parte Bernardus Augustinum. *Animæ* p *sanctæ* (in- p *serm. 3. de omnibus Sanctis.*

quit) *quas propria Deus insigniuit imagine te* (caro) *desiderant: ipsarum sine te compleri letitia, perfici gloria, consummari beatitudo non potest. Adeò siquidem viget in eis desiderium hoc naturale, vt necdum tota earum affectio liberè pergat in Deum sed contrahatur, quodammodo & rugam faciat:* Interim explicans quid sit esse nunc in atriis, & post resurrectionem in Domo Dei, *Acceperunt* (inquit) *iam singulas, sed non vestientur duplicibus donec vestiamur & nos, stola enim prima est fœlicitas, & requies animarum: secunda verò immortalitas, & gloria corporum.*

Dices ergo post resurrectionem augebitur gloria animæ. Igitur nunc non est plenè beata.

Respondeo, concedi totum in rigore, sed non eodem modo ab omnibus, q Magister, D. r Thomas s Bonauent. t Richard. u Marsil. in. 4. fatentur augeri tunc essentialem gloriam. 1. quia anima perfectius habet esse in corpore, quàm extra. Ergo tunc perfectius operabitur. 2. quia propter inclinationem ad corpus nunc distrahitur, Contraria opinio est verior D. Thomæ. 1. 2. q. 4. ar. 5. Caiet. ibid. & Durandi x in 4. quæ solum accidentalis gloriæ augmentum in beatis agnoscit. 1. quia si cresceret essentialis, vel id ratione obiecti, vel luminis gloriæ, vel potentiæ: non primum quia est semper idem Deus: neque secundum, quia non augetur nisi crescat gratia, hæc autem post hanc vitam non crescit: neque tertium, quia anima ad visionem beatam phantasmate non eget, & proinde tam est perfecta eius duntaxat operatio extra, quam intra corpus. 2. quia y Benedictus. 12. definiuit continuari visionem beatorum vsque ad Resurrectionem, & deinceps in æternum, quibus insinuare videtur, illam nusquam augendam: imò expressè definiuisse Benedictum non augendam gloriam post resurrectionem, nisi extensiuè testatur z Ioan. Villanus se audiuisse à Theologis, qui interfuerunt huic definitioni.

q *Dist.* 49.
r *Ibid.q.* 1. *parte.*4.
s *Ibidem articulo.*1.*q.*1.
t *Ibid.articul.* 2. *q.* 7.
u *Ibid.q.*13. *ar.*9
x *D.*49. *q.* 7.
y *Supra.*
z 11. *Histor.*19

Ad. 1. animam secundum se semper esse eandem, quia non suscipit maius aut minus: quare non habet melius intra quam extra corpus, nisi extensiuè, quia

ſuum eſſe communicat corpori. Ad. 2. ſicut amor medicinæ non impedit amorem ſanitatis, quia ordinatur ad ſanitatem, & miſſio Angeli ad exteriora non impedit illius gloriam: ſic nec illa inclinationem animarum ad corpus ſuam viſionem perfectam: quia hæc inclinatio ordinatur ad amorem Dei.

Idem rationibus in ſcriptura fundatis.

CAP. VI.

a *Luc. 16. v. 23. Diues autem cũ in tormentis eſſet.*



Rima, Deus non eſt ad puniendum pronior, quam ad remunerandum ſed impiorum animæ a nunc in inferno torquentur: ergo & iuſtorum ſine macula, & reatu, ſtatim a morte, beantur. Probatur minor Lucæ 16. epulo damnatus rogat Abrahã vt mittat Lazarum ad fratres ſuos. Reſpondet Abraham: *habent Moyſem, & Prophetas*. At ſiue ſit res geſta ſiue b parabola: nec vera, nec veriſimilis eſſet, ſi tantùm de tempore c futuro poſt reſurrectionem intelligẽda veniret: tunc enim non erunt homines in terra quomodo ergo audient Moyſem, Prophetas? igitur ſaltem erit figura ſtatus damnatorum ilicò poſt mortem.

b *Vt contendũt Græci.*

c *Vt idem Græci volunt.*

Secunda, Ante Chriſti aduentum ſancti non inuocabantur, poſteà verò inuocantur a tota Eccleſiâ catholicâ, & ita faciendum docent P. Græci & Latini Ergo non ſunt in limbo, alioquin non differrent ab antiquo ſtatu At non poteſt dici vbi ſint poſt limbum, niſi in Paradiſo. igitur in eo ſunt.

Tertia, Ante Chriſtum mors deflebatur ſanctorum, poſt, cum lætitia celebratur: ad quid hoc, niſi quia tunc mori miſeria erat, nunc verò fœlicitas?

Quarta, non eſt æquum mercedem retineri cum debetur, & reddi poteſt. d Leuit 19. *Non morabitur apud te*

opus mercenarij tui vsque mane: At post mortem debetur sanctis vita æterna & nihil est quod impediat reddi: d *v.* 13.
sunt enim sine reatu,& macula, ac ianua cæli aperta est per Christum. Igitur cùm Deus sit maximè iustus,eam statim reddit.

Quinta non conuenit vt affligantur, qui nullum habent reatum, aut peccatum, cuiusmodi sunt sancti.
e *At spes quæ differtur affligit animam.* Ergo non differtur satiari in sanctis.

Ad 29. tunc verera futurum examen publicè, antea e *P. ouerl io.*13.
vero fieri priuatim. Nec tamen frustra erit illud publi- *v.*12.
cum, & generale 1. quia tunc coram omni mundo in iustitia, & misericordia sua clarificabitur Deus. 2. clarificabitur Deus homo, vt qui tanquam reus fuit iudicatus corã omni populo, appareat iudex gloriosus coram vniuerso mundo. 3. ad bonorum gloriam, qui facti antea spectaculum mundo, & Angelis pronuntiabuntur victores, ad ignominiam etiam malorum. 4. quia totus homo iudicabitur, id est secundum animam,& corpus. 5. quia nondum sunt completa bona,& mala opera defunctorum, quatenus reliquerunt malum,vel bonum exemplum,aut doctrinam,vnde alii benè,vel malè agant: & proinde neque absoluta gloria, & damnatio accidentalis.

Ad 30. etsi non ante resurrect. ascenderit in cælum, materialiter:tamen semper in eo fuisse formaliter, id est in vera beatitudine.

Ad 31. negatur conseq. primò quia hæc non sunt duo supposita, sed duæ partes vnius: & proinde non fit iniuria vni, si altera ante illam beetur: mauult enim suppositum vnam suipsius partem beari quam nullam. 2. quia etsi duo essent supposita, tamen anima concurrit principaliter ad meritum quod in ea sola formaliter est corpus autem instrumentaliter tantùm. 3. quia etsi æquè concurrerent, tamen anima est capax gloriæ ante resurrectionem,non autem corpus.

Ad 32. negatur anteced. Ad 1. probationem non posse defendi hac in parte hos PP. ad 2. resp. expectare dæmones non essentialem damnationem quam semper

secum gerunt, sed detrudi in abyssum, nusquam exituros. Hoc enim maxime horrescunt. 1. quia amplius non poterunt hominibus nocere. 2. non poterunt extorquere cultum ab hominibus. 3. patebit eorum fraus, & imbecillitas, cum victi fuerint a pueris, mulieribusque. 4. quia ab hominibus etiam iudicabuntur.

Sanctos recte ab Ecclesia canonizari.

CAP. VII.



Canonizatio, *est publicum Ecclesiæ testimonium de vera sanctitate, & gloria alicuius defuncti, & simul iudicium quo illi decernuntur honores debiti*, numero septem.

Primò, ascribi in catalogo sanctorum. 2. inuocari in publicis Ecclesiæ precibus. 3. templa, & aras dedicari Deo in memoriam eorum. 4. canonicum officium & Eucharistiam Deo in eorum offerri honorem. 5. dies festos in eorum celebrari memoriam. 6. eorum imagines pingi circundante depicto lumine caput, vel corpus. 7. eorum reliquias preciosis thecis includi, & publicè honorari. His præmissis, probatur vtile esse sanctos canonizari. Primò, quia voluit Deus gloriosam vitam, & mortem iustorum a scriptoribus sacris specialiter annotari vt Ecclesiastici 44. vsque ad 49. inclusiue: Et in actis Apostolorum passim. Igitur credibile est Deum velle vt deinceps ita fiat.

Secundò, tenemur sanctos honorare, Ecclesiastici. 44. v. 15. *Sapientiam ipsorum narrent populi, & laudem eorum nunciet Ecclesia.* Id enim & eorum virtus meretur, & nobis proficit ad eorum intercessione plurima beneficia obtinenda. At nisi sciamus qui sint veri sancti, quomodo honorari poterunt a nobis?

Tertiò sancti sunt exempla virtutum a nobis imitanda Hebræor. 13. v. 7. At quomodo imitari possumus,

nisi eorum vitam canonicè intelligamus?

Quartò, sancti nobiscũ sunt eiusdem corporis membra. Igitur illis congaudere debemus. quod fieri nequit absque peculiari notitia eorum.

Quintò, nisi Ecclesiæ iudicio sancti proponerentur colendi, facilè in cultu populus erraret, & sæpè pro beatis coleret damnatos.

Cuius sit sanctos canonizare.

CAP. VIII.



Anonizatio in particulari: id est in quadam prouincia siue diæcesi aliquem haberi pro sancto, poterat antiquitus ab episcopo determinari. ita enim [a] Cyprian. iubet ad se scribi de obitu alicuius Martyris, vt statim eius memoriam sacrificiis celebret, & natalem singulis annis diem. Postea tamen decreuere ad euitandos abusus summi [b] Pontifices ne deinceps vllus haberetur pro sancto sine Rom. Pontificis approbatione.

Canonizatio verò generalis id est quæ recipi debeat ab Ecclesia tota ad solum Papam spectat. 1. quia eius solius est proponere vniuersali Ecclesiæ, quid credendum, & agendum. 2. quia eius est declarare qui sunt hæretici a tota Ecclesia habendi. Ergo & similiter qui sancti. 3. quia ita definitum est c. *Audiuimus* &c. *cum eo* de reliquiis & veneratione sanctorum.

Obiicitur, plurimos sanctos a tota Eccle. sine Papæ canonizatione coli. Respond. id factum ex consuetudine, tacito principis summis consensu.

a 3. *ep.* 6.

b *Alexander.* 3. *&* *Innocent.* 3. *c.* 1. *&* 2. *de reliquiis & SS. Veneratione.*

Credendum est Papam errare non posse in Sanctorum canonizatione.

CAP. IX.

a *apud Vualdēsem tom.3. de Sacramentalibus c.122.*

b *ep.118.*



Egant a Vviclef, Lutherani, Caluinistæ, probatur tamē, nostra sententia: primò, non licet dubitare an aliquis vt sanctus sit colendus, quem tota colit Ecclesia. *Nam insolentissimæ insaniæ est disputare an sit faciendum quod tota facit Ecclesia* b inquit Aug. Ergo non licet dubitare an canonizatus sit sanctus, non enim colitur vt sanctus, nisi quia creditur verè sanctus.

[Secundò nequit tota Ecclesia grauiter errare in his quæ ad religionem spectant vt probatum est. At grauiter eraret si aliquem damnatum coleret certò, pro sancto, coleret autem, non raro si papa qui toti præcipit Ecclesiæ errare posset in canonizatione sancti.

Obiicitur primò, illa est quæstio de facto in qua Papa, & Ecclesia errare possunt.

Secundò, non esset error nisi materialiter, qui culpabilis non est. Ad 1. hanc quæstionem de facto includere ritum celebrem, & vniuersalem in Ecclesia alicuius cultus ad religionem spectantis, circa quem Ecclesia tota nec Papa errare possunt. Nam Papa, & Ecclesia errare nequeunt in ritibus religionis qui vniuersam ad Ecclesiam spectant, & meritò præscribuntur. Ergo neque in obiecto rituum. frustra enim præciperetur, certò colendos esse sanctos, si ignoraretur qui certo sint sancti. Ad 2. negatur, est enim formaliter & grauiter errare, colere pro certò, & infallibiliter vt sanctos publicè, & vniuersali ritu, quos nulla certitudine infallibili constat esse sanctos, alioquin non erassent gentes, plurimos colentes Deos.]

Tertiò, Deus non permittit aliquid ab Ecclesia sua obseruari perpetuò pro certo, & bono, quod vergit secundum se in iniuriam sui, sanctorum, Animarum in purgatorio, & viuorum: alioquin maximè ei deficeret in

necessariis. Hoc autem esset, si canonizatio certa non esset. Nam non est minima Deo iniuria, patrocinium, fortassè damnati inuocare, vt pro nobis intercedat ad Deum tanquam eius charissimus amicus atque domesticus sanctis: sub eorum nomine, & numero colere impios nó rarò. Animabus in Purgatorio: quia non est orandum pro sanctis Si ergo qui canonizatus est sit in purgatorio priuabitur viuentium suffragiis. Viuentibus: qui inuocant eum, quia, si damnatus sit eos iuuare non potest.

Quartò, in quibus Pontifex errare potest, aliquando reipsa deprehēsus est error. At in canonizatione nusquā.

Obiicitur Augu. *multorum corpora honorantur in terris, quorum animæ torquentur in Gehenna.*

Resp. si sit Aug. hic locus. 1. vel loqui, de impiis, qui honorātur sepulchris superbis. 2. vel de corporib. fraude suppositis pro corporib. sanctorum. 3. vel de Martyribus Donatistarum.

c *De hac tota materia. vide D. Thomā quodlibet 9. q vlt. ar. August. de Acona in summa de potestate Ecclesiæ. q. 54. arg. 4. Driedonem 4. c. 1. Eccl. dogmatum. Antoninū 3. partit. 12. c. 8. Caiet. tractatu de indulgentiis ad Julium ca. 8. Syluestr. verbo. canonizatio, Canum. 5. de locis c. penultimo.*

Sanctos non canonizatos priuatim tantum, (piè) coli posse.

CAP. X.

HÆc est communis doctorum opinio. Licet ergo. 1. eos [piè] credere, & vocare sanctos. 2. inuocare aliis etiam audientibus vt fecit Hiero. in Paula, Naziāz. in Athanas. & Basilio nondum canonizatis. 3. licet imagines pingere, & venerari priuatim 4. similiter habere & reuereri reliquias illorū, vt habet praxis Ecclesiæ. Nó licet primò: [eos credere pro certo, & infallibiliter sanctos] tanquam ab Ecclesia sanctorum catalogo inscriptos. 2. inuocare eos in publicis litaniis & officio sacro. 3. templa, & altaria in eorum honorem extruere, aut sacrificia celebrare. 4. publicum festum celebrare, quamuis liceret peculiariter & priuatim lætari, ac Deo vacare 5. ponere, more aliorum sanctorum, eorum imagines in templo. 6. reliquias illorum constituere in templo publicè honorandas. Plura hac de re videantur apud Aug. Triumphū in summa de potestate Eclesiæ, & Troilum Maluezium libro de canonizatione.

De cultu Sanctorum.

Cap. XI.



EVstachius [a] apud Socratem, Eunomius, & Vigilantius apud Hieron. Claudius Taurinensis apud Ionam Aurelian. VVicleff [b] apud VValdensem, [c] Lutherani, & [d] Caluinistæ sanctos non esse colendos affirmant.

Primò, duplex est honor, vnus ciuilis, alter religionis prior solis hominibus in terra debetur, posterior soli Deo. Nullus ergo pro SS. aut Angelis in cœlo restat.

Secundò, vel coluntur sancti latria, vel dulia: sed vtraque soli Deo debetur: latria vt patet quatenus est religionis cultus. Dulia 1. quia colere sine latria, est colere sine cultu. Ergo colere dulia est etiam colere latria, vel nullo modo. 2. δουλεύειν & λατρεύειν idem significant, & confunduntur inter se, nam vbi in [e] Leuit. habetur *opus seruile non facies* semper est in Græco ἔργον λατρευτὸν οὐ ποιήσετε contra [f] Rom. 7. *vt seruiamus in nouitate spiritus.* In Græco ὥστε δουλεύειν ἡμᾶς ἐν καινότητι πνεύματος. Et [g] Xenophon ponit pro obsequio ancillæ λατρεύειν & δουλεύειν. Igitur vt accipiuntur pro cultu religioso soli Deo debentur. 3. Galat. [h] 4. ἐδουλεύσατε τοῖς μὴ φύσει οὖσι θεοῖς: *Seruiebatis* (inquit cultu duliæ) *iis qui natura non sunt Dij.* Ergo illa non debetur sanctis qui natura non sunt Dii. 4. Si distinguenda sunt, erit dulia maior cultus, quia maius est seruire quam colere.

Tertiò, cum Diabolus non meminisset latriæ sed solius inclinationis, Matth. 4. [i] respondit Christus. [k] *Scriptum est Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies.* Ergo soli Deo debetur inclinatio religiosa.

Quartò, [l] *soli Deo debetur honor & gloria.* 1. Timoth. 1. vtique religiosa cum de ciuili scriptum sit: *Regem honorate, &c.*

Quintò, [m] Mardocheus noluit se coram Amam incli-

a 1. *histor.* 33.
b *sup. tit.* 13.
c *Magdeburg. centuria* 1. *lib.* 2. *cap.* 14. *col.* 340
d *Caluin.* 1. *Instit. c.* 11. § 11. *&* *cap.* 12. § 1. *&* 2.
e *cap.* 23. *v.* 28.
f *v.* 6.
g *libro de Cyropædia.*
h *v.* 8.
i *versu* 9. ταῦτα πάντα σοι δώσω, ἐὰν πεσὼν προσκυνήσῃς μοι. *Hæc omnia tibi dabo si cadens adoraueris me.*
k *versu* 10. κύριον τὸν θεόν σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις.
l *v.* 19.
m *Esther* 13. *v.* 8.

nare, ne videretur transferre ad hominem, Deo debitũ honorem. Igitur similiter faciendum est.

Sextò, volenti Cornelio [n] adorare Petrum, prohibuit Petrus. Idem prohibuit erga se Angelus Apocalyp. [o] 19. Item Paulus & Barnabas, Actor. 14.

[n] *Act. 10. v. 25.*
[o] *v. 10.*

Octauò, [p] Athanasius docet neque Angelos, neque homines sanctos adoratione colendos.

[p] *serm. 3. contra Arianos.*

Nonò. [q] Epiphanius Mariam non esse adorandam, sed solum Deum.

[q] *hæres. Collyridianorum.*

Decimò, August. [r] *Non sit nobis religio cultus hominũ mortuorum: quia si pie vixerint non sic habentur, vt tales quærant honores: sed illum à nobis coli volunt, quo illuminante, lætantur meriti sui nos esse consortes.*

[r] *libro de vera religione. 55.*

Sententia Catholicorum probatur.

CAP. XII. & XIII.

CAP. XII.

SEntentia [a] Catholicorum. *Adoratio siue cultus, aliquis minor diuino, & maior ciuili debetur Angelis & sanctis.* Probatur,

Primò, [b] Honor debetur personæ propter excellentiam eius. Tres sunt autem quantum spectat ad hoc institutum, excellentiæ species, vna infinita & solius Dei, altera naturalis, quæ posita est in virtutibus naturalibus, 3. supernaturalis & finita qualis est Sanctorum: quæ rursus est duplex, vna communis omnibus sanctis, alia soli humanitati Christi, propter vnionem ad verbum, & matri Christi propter dignitatem matris Dei, & reginæ mũdi debita. Quæ nequeunt vniuocè, sed tantum analogicè conuenire: quia excellentia est secundum dignitatem personæ: dignitas autem Dei, Sanctorum, & hominum in terra est analoga tantum. Ergo tot etiam debent esse, & eodem modo distinctæ species adorationis siue cultus: vna soli Deo debita, altera sanctis, & hæc vel communis omnibus, vel specialis Christo, & matri, tertia hominibus in terra. primam Theologi Latriam, secundam duliam,

[b] *vide D. Thom. 2. 2. q. 103. ar. 3.*

propriè dictam vt conuenit omnibus sanctis, hyperduliam verò vt soli Christo, & matri 3. ciuilem vocant.

c *Cap. XIII.*
d *v.5.*
e *v.2.*
f *v.2.*

Secundò, c Psal. 98. d per *scabellum pedum eius* intelligitur ad literam arca ex 1. Paralyp. 28. e *Paraui domum vbi requiesceret arca Domini, & scabellum pedum Dei nostri.* Nam super arcam erat propitiatorium, quasi sedes Dei, quæ tenebatur manibus duorum Cherubim. vnde 2. f Regum 6. *Arcam super quam inuocatum est nomen Domini sedentis iu Cherubim super eam.* Iubetur eodem psal. hæc arca adorari. Nam in Hebræo etiam est proprium adorationis verbum השתחוו *hisctachavu. Adorate.* hæc adoratio non est ciuilis; sed religiosa. 1. quia dicitur adoranda arca non propter ciuilem excellentiã, sed quia sancta est siue quia sanctus est Deus, cuius est scabellum. 2. quia Iosuæ 3. iubentur filii Israel non accedere prope arca in itinere ad spatium duorum millium cubitorum. 1. Reg. 6. Bethsamitæ percussi sunt morte quod indebita reuerentia vidissent arcam, g Oza quod tetigisset. nec teste h Paulo licebat Sancta Sanctorum ob reuerentiam arcæ, ingredi alteri quã summo sacerdoti. 3. *Venerabãtur* (inquit i Hier.) *quondã Iudæi sancta sanctorum, quia ibi erant Cherubim, & propitiatorium, & arca Testamenti.* At hæc non ad vrbanitatem, sed cultum religiosum referri necesse est.

g 2. *Regum 6.*
h *Hebræorũ 9.*
i *ep. ad Marcellam vt migret Bethlehem.*

והשתחוו להדום רגליו קדוש הוא. *vehisctachavu lebadom raglau kadosch hu. Adorate scabellum (siue ad scabellum) pedũ eius sanctum ipsum, siue sanctus ipse*

Respondent 1. in Hebræo k haberi להדום *lahadom, ad scabellum* non scabello, & proinde adorandum esse non scabellum sed aliquid ad scabellum: nimirũ Deũ: subiungitur enim קדוש הוא quod noster interpres vertit, *quia sanctum est.* Sed nomen Hebr. est ambiguũ, & tam sanctum quam sanctus significare potest. Græcus autem vertit ἅγιος non ἅγιον quare sensus est. *Adorate Deũ in templo, quoniam sanctus est Deus.*

Contra. 1. idem est *adorate scabellum &c.* & illud Psal. 131. *Introibimus in tabernaculum eius adorabimus in loco vbi steterunt pedes eius.* id est vt habetur in Hebræo. *Adorabimus scabellum pedum eius.* At ibi scabellum non est tẽplum: sed Arca. Nam templum vocat tabernaculum in quod sit ingrediendum, & ab eo distinguit scabellum vnde subiungit, *surge Domine in requiem tuam, tu & Arca.* Nec ibi dicitur adorari aliquid ad scabellum, sed i-

l *incuruabimus nos scabello pedum eius.*

נשתחוה להדום רגליו. *nisctachaue labadom raglau.*

psum scabellum. 2. & si intelligeretur per scabellum templum: tamen semper significaretur esse adorandum templum. 1. quia vertit Chaldæus *Incuruate vos templo.* Septuaginta & Hieron. *Adorate scabellum.* 2. ferè vbiq. in scriptura habemus adorari aliquem, constructio fit cum ל lamed vt Genes. 23. v. 7. וישתחו לעם הארץ לבני חת. *vaiiistachu legam-baareets lifne cheth. Et incuruauit se* (scilicet Abraham) *populo terræ filiis Cheth.* 3. Etsi verteretur ad templum, tamen verbum hebræum semper significat: *Incuruate vos ad scabellum siue ad illam rem.* At quid est se *Incuruare ad aliquid,* nisi illud revereri? nec refert si habeatur *quia sanctum,* vel *quia sanctus est,* semper enim causa venerationis est excellentia sacra.

Tertiò, cum aliquem stantem euaginato gladio interrogasset Iosue *Noster es an aduersarior.* respondit, *Nequaquam, sed Princeps sum exercitus Domini.* Vnde facile intellexit Iosue non Deum sed Dei ministrum nempe Angelum adesse nihilominus: *Continuò cecidit Iosue pronus in terram, & adorauit,* religioso cultu, quia ciuilis non debetur Angelo. Hoc autē nō solū Angelus non reprehendit, sed iussit maiorē sibi honorem exhiberi dicens: *solue calceamenta pedum tuorum: locus enim in quo stas sanctus est.* Quare nisi ob præsentiam Angeli? non enim erat Iosue in loco sacro, sed in campestribus Hierico.

Quartò, Abdias 3. Reg. 18. adorauit Heliam pronus in terram. At quantum ad humanam excellentiam maior erat Abdias Helia. Ergo adorauit intuitu sanctitatis prophetæ, & proinde religioso cultu.

Quintò, m Nabuchodonosor erat maior quoad statum ciuilem Daniele, & tamen eum adorauit. Dicēs quia putabat esse Deum. Nam Danieli iussit offerri sacrificia.

m *Daniel. 2. ad finem.*

Contra Nabuchodonosor adorans dixit: v. 49. *Verè Deus vester Deus Deorum est.* Vbi distinguit Deum à Daniele. Ad rationem: sacrificium dupliciter sumi, primò pro immolatione animalium quod Hebræi dicunt, זבח *Zeuach* & hoc soli Deo debetur: secundo pro muneribus & odoribus quod vocant מנחה *Minchach* & ניחחין *Nichochin.* quæ tam Deo quā hominibus offerū-

tur, & hæc ſolum obtulit Danieli Nabuchodonoſor: vtrumque enim vocabulum *Minchah, munus*, & *Nichochim, fragrantiæ* habetur in textu, non autem *Zeuach*.

Sextò, ex PP Iuſtin. in 2. Apolog. *Bonorum Angelorum exercitum, & ſpiritum propheticum colimus, atque adoramus verboque & re ſeu veritate veneramur*. Origen. homilia 3. in diuerſos. *Horum* (ſcilicet Sanctorum) *memoria ſemper vt dignum eſt in Eccleſia celebratur*. Euſebius 13. Præpar. 7. *Veræ pietatis milites vt Dei amiciſſimos honoramus*. Athanaſius libro de virginitate circa finem. *Si homo iuſtus ædes tuas intrauerit, cum timore, & tremore occurrens illi adorabis humi ad pedes illius. Non enim eum, ſed Deum adorabis, qui illum mittit, Dominus enim ait, qui recipit iuſtum, me recipit iuſtum*. ἐὰν ἅγιος ἔλθῃ εἰς τὴν οἰκίαν σου, οὕτως αὐτὸν πρόσδεξαι ὡς τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ. λέγει γὰρ ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός· ὁ δεχόμενος ὑμᾶς, ἐμὲ δέχεται· ἐὰν εἰσέλθῃ ἀνὴρ δίκαιος εἰς τὸν οἶκόν σου, μετὰ φόβου, καὶ τρόμου ἀπαντήσεις αὐτῷ, καὶ προσκυνήσεις ἐνώπιον τῶν ποδῶν αὐτοῦ ἐπὶ τὴν γῆν· οὐ γὰρ αὐτὸν προσκυνήσεις· ἀλλὰ τὸν θεὸν ἀποστείλαντα αὐτόν. Non quod adoratio non terminetur ad hominem iuſtum, ſed quia ratio cur iuſtus adoretur, eſt Deus. Baſilius oratione in Sanctum Mamantem *Eccleſia per hoc quod eos honorat qui præceſſerunt præſentes impellit*. Nazianz. orat. in Machabæos conqueritur, quòd non omnes vbique colant Machabæos ſicut martyrium ipſorum meretur. Nyſſen. orat. in Theodorum martyrem, multa de cultu ſanctis martyribus ab Eccleſia exhibito dicit. Epiph. hæreſi 79. *ſit in honore Maria, Dominus adoretur*. Ioannes Chryſoſto. homilia de SS. Inuentio, & Maximo. *Non aliter priſcos, aliter recentiores colitis ſanctos, ſed eadem alacritate omnes*. Cyrill. Alexand. libro 6. in Iulianum vltra medium. *Nos non Deos factos eſſe diximus ſanctos Martyres, ſed omni honore dignari conſueuimus*. Theodoret. libr. 6. ad Græcos. *ſuos mortuos Dominus Deus noſter in templa pro dis veſtris induxit, ac illos quidem caſſos gloria, vanoſque reddidit, ſuis autē martyribus honorem illorum dedit*. Damaſc. 4. cap. 16. *Honorare decet ſanctos, vt amicos Chriſti, & filios, & heredes Dei*. Tertullian. de corona militis meminit celebrationis feſtorum in natalitiis Martyrum. Cyprian. 4. ep. 5. *Martyrum paſsiones & dies, anniuerſaria commemoratione celebramus*. Ambroſ. ſerm. 6. in fine: *Quiſquis honorat Martyres, hono-*

rat & Christum, & qui spernit sanctos, spernit & Dominum Maximus sermone de Natali SS. Octauii, Aduentoris, & Solutoris, *Cuncti martyres deuotißime percolendi sunt, sed specialiter y venerandi, quorum reliquias poßidemus.* Prudēt. de S. Hyppolito.

His corruptelis animique, & corporis æger
Oraui quoties stratus, opem merui.

Paulinus natali 1. de S. Fœlice. Hieron. ep. ad Ripariū. *Honoramus seruos, vt honor seruorum redundet ad Dominum* August. in Psal. 96, obiicientibus Ethnicis quod Christiani colerent Angelos, respondit: *Vtinam & vos illos colere velletis: facile enim ab ipsis disceretis, non illos colere,* id est, *non colere vt Deos, sed vt sanctos.* Gregor. 3. *Dialogor.* 24. Bernard. sermone in illud: *Signum magnum: Amplectamur Mariæ vestigia, & deuotißima supplicatione beatis illius pedibus prouoluamur.*

Septimò, Ethnici, Iudæi, hæretici semper Christianos accusauerunt idololatriæ propter cultum sanctorum: quod minimè fecissent, nisi vidissent sanctos à Christianis passim religiosè coli.

Octauo, si honor ciuilis debetur ciuili virtuti, sapientiæ, potentiæ, nobilitati. Ergo plusquam ciuilis supernaturalibus his perfectionibus. At sancti virtutibus supernaturalibus excellunt, cum ferueant charitate diuina, & peccare non possint, vident ipsam increatam sapientiam, & in ea cognoscunt omnium rerum causas: sunt Reges cælorum, ac throni Dei participes, & nobilitatem, adoptione filiorum Dei confirmata per gloriam adepti sunt. Igitur meritò prosequendi cultu religioso.

Nono, Deus sanctis honorem, & gloriam promisit. Ergo eis debetur honor, certè non ab aliis quam à nobis qui sumus illis inferiores: non conuenit autē mortuis honor ciuilis, ergo religiosus.

Soluuntur argumenta initio proposita.

CAP. XIIII.



D 1. Resp. cultum religionis latriæ propriè, & strictè acceptæ soli Deo deberi, non autem duliæ.

Ad 2. sanctos coli dulia. Ad primã probationem negatur: nam etsi id sit colere sine cultu latriæ, non tamen sine omni cultu. Ad secundam respondeo primò, nullum esse nomen Hebraicè, Latinè, & Græcè (excepto θεοσέβεια, quod non est multum in vsu) significans cultum Dei, quin etiam creaturæ non tribuatur. Hebræis enim tam est commune עבד *gauad*, & השתחוה *Hisctachaua* quam latinis *seruire*, & *adorare*, & Græcis δουλεύειν & λατρεύειν. Et proinde non sequitur si cõfundantur inter se hæc nomina, tamen semper attribui Deo, cùm significatur cultus religiosus. 2. Latriam à sacris scriptoribus rarò vsurpari, ab Ecclesia verò nusquam omninò, nisi pro cultu soli Deo, duliam autem pro cultu etiam creaturæ debito: quidquid sit de prophanis authoribus: & proinde maxime inter se, saltem ex vsu Ecclesiæ distingui ista vocabula. Ad tertiam, accipere Paulum duliam pro summa seruitute quæ soli Deo reddẽda est. Ad quartam: latriam, vt importat illam seruitutem summam, qua quicquid sumus toti Deo sumus, maiorẽ esse dulia, vt importat mediam quandam seruitutem, qua nos in obsequium sanctorum religiosa veneratione mancipamus: iuxta quam distinctionem vsurpantur hæ voces à nobis. Ad tertium, quartum & quintum argumentum respondeo, Actus adorationis interiores esse tres: vnum intellectus, quo apprehendimus excellẽtiam alicuius: alterum voluntatis, quo nos illi interius inclinamus: tertium exteriorem, quo signum subiectionis ostendimus. secundus est maximè proprius & essentialis actus adorationis cùm primus sine adoratione

fieri possit, tertius etiam cum irrisione. Iuxta interiores actus optime distinguitur latria, dulia, & cultus ciuilis: non autem adeò facile in actu exteriori (excepto sacrificio quod soli Deo debetur) Tamen cùm huiusm. actus prohibentur fieri erga creaturas, vt in argumentis allatis, intelligendi sunt de cultu propriæ latriæ. Nam, aliàs inueniuntur etiam exhibiti creaturis. Ad 6. vel putasse Cornelium inesse Petro aliquid diuinitatis: vel Petrum ex modestia recusasse sibi debitum honorem.

Ad 7. idem. Et certè vel Ioannes putauit esse Deum qui sibi apparuerat aut Angelum: si prius merito fuit reprehensus ab Angelo: si posterius, cur igitur nonobstāte adorauit Angelum: fortasse peccauit idololatriæ peccato, & non potius Caluinistæ infidelitatis & temeritatis vitio?

Ad 8. & 9. loqui de supremo cultu.

De inuocatione Sanctorum, mendacia Hæreticorum.

CAP. XV. & XVI.



FVere [a] nonnulli [b] qui B. Mariam non secus ac Deum inuocandam putarunt. Hæretici [c] huius temporis docent 1. ex diuinis literis non haberi sanctos orare pro viuis, & proinde id certum non esse. 2. si orent, id non nisi in genere pro Ecclesia electorum. 3. inutile atque illicitum esse Angelos inuocare, aut sanctos: tùm quod nequeant audire tum quod Christi obscuretur gloria.

Mendacium 1. [d] non [e] extasse ante Gregorium inuocationem sanctor. vide contraria testimonia infra ca. 19.

Secundum, nos sanctis tribuere diuinitatem, id est, vim cognoscendi mentium cogitationes. [f] Tertiū nos inuocare sanctos plane vt Deos. Quartum, nos rogare virginem vt filium iubeat facere quod petimus. Sed nullus Catholicorum vsquam hoc dixit.

a *CAP. XV.*
b *apud Epiphanium hæresi 78. in fine & 79. per totum. Oppugnarunt verò sanct. inuocationem, Vigilantius apud Hieron. libr. contra Vigilantium Henriciani & Apostolici apud Bernard. serm. 66. in Cāt. Vvaldens. apud Antoninum. 4. p. tit. 11. c. 7. VViclef apud VValdens. tom. 3. tit 12.*
c *Lutherus libr. ad Vvaldenses, Melancthon in apol. ar. 21. Conf. Augustana. Caluin. 1. cap. 14. § 11. & lib. 3. ca. 20. § 20. & seq. Institut.*
d *CAP. XVI.*
e *ita Melanc. supra*
f *ita Calu. 3. cap. 20. § 20.*

g *Melanct. supr.* Quintum g Papistas asinine colligere ex libro Hieron. contra Vigilantium hunc hæreticum negasse inuocationem sanctorum, cum nec vna syllaba de inuocatione sanctorum habeatur in eo libro. Sed cum Vigilantius negauerit sanctos orare posse pro nobis: quis non deduceret inde, negasse etiam inuocationem sanctorum? quis enim inuocat quem scit non laturum auxilium?
h *Caluin. supr.* § 21. Sextum h nullam Christi fieri mentionem in Litaniis nostris. Septimum fuisse vetitum in Concilio Carthag. 3. ne in publicis diceretur precibus. *Sancte Petre, ora pro nobis*. Sed vtrumque finxit Caluinus ex capite suo. Octauum, i Christum solum deferre ad Patrem populi vota. Contra 1. Tobiæ 12. k *Ego* (inquit Raphael) *obtuli orationem tuam Domino*. 2. Ex ipso Caluino qui sui oblitus asseruit l Angelos offerre Deo preces nostras. Nonũ, nos ante statuas sanctorum demurmurare *Pater noster*, scilicet accipientes sanctos pro Deo, & hoc approbare pastores. Sed nullus est Christianus qui alium tunc putet quam Deum alloqui, ideo tamen id coram imagine sancti facit: quod sperent intercessione sancti melius ad Deum suam peruenturam orationem. Deinde etsi orationem Dominicam nonnulli rudiores dirigerent ad sanctos: qui sunt pastores hunc probantes abusum? Decimum esse horrendum sacrilegium. 1. sanctos vocare præsules salutis. 2. eos asserere de cælo aspicere & nos adiuuare. Sed primum Ambrosii est 2. Nazianzeni.

i *Caluin. supr.* § 20.
k *v.* 12.
l *ibidem.*

Prima & Secunda Propositio.

Prima, *Non licet à Sanctis petere, vt nobis tanquam auctores diuinorum beneficiorum gloriam, vel gratiam, aliaque ad beatitudinem media concedant.*

Cap. XVII.

a *v.* 11. PRobatur primo ex scripturis. Psal. a 83. *Gratiam & gloriam dabit Dominus*. 120. *Leuaui oculos in montes*, id est Sanctos, vt interpretatur Aug. *Vnde veniet* tanquam

ab auctoribus *auxilium mihi. Auxilium meum à Domino, qui fecit cælum & terram.* Iacobi 1. [b] *Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens à Patre luminum.*

Secundò, ex Ecclesiæ vsu. Nihil enim aliud petimus in orationibus Missæ, & officio à sanctis, quam vt eorũ precibus nobis aliquid Deus concedat.

Tertiò, ex [c] PP. qui passim negant inuocandos esse sanctos vt Deos. Quæ tamen intelligenda sunt, quoad sensum, non quo ad verba. Nam alioquin non minus licebit dicere, *S. Petre, miserere mei.* quam Paulo [d] *vt omnes facerem saluos.*

Secunda propos. *Sancti non sunt immediati intercessores nostri apud Deum sed quicquid à Deo nobis impetrant, id per Christum.* Probatur,

Primò, [e] quia Christus solus nos Deo reconciliauit, meruit nobis gratia, & gloriam: *& nemo venit ad Patrem nisi per ipsum.* [f] monet petendum esse in nomine suo, &c. dicitur [g] Mediator Dei, & hominum [h] aduocatus apud Patrem.

Secundò, *Ipse Christus* (inquit [i] Ambros.) *est os nostrũ per quod Patri loquimur, oculus noster, per quem Patrem videmus: dextera nostra, per quam nos Patri offerimus.* Augustinus [c] *Oratio quæ non fit per Christum, non solum non potest delere peccatum, sed etiam ipsa fit peccatum.* Bernard. [l] *Opus est mediatore ad mediatorem istum, id est Christum, nec alter nobis vtilior quam Maria.*

Quintò, ex orationibus Ecclesiæ de Sanctis quæ nihil petunt à Deo, intercessione alicuius Sancti, nisi per Christum dominum nostrum.

b *versu* 17. πᾶσα δόσις ἀγαθὴ, ϗ πᾶν δώρημα τέλειον, ἄνωθέν ἐστι καταβαῖνον ἀπὸ τοῦ πατρὸς τῶν φώτων.

c *August.* 8. *ciuit. vlt. Theodoret.* 8. *lib. ad Græcos.*

d 1. *Cor.* 9. *v.* 22. ἵνα πάντως τινὰς σώσω. *vt omninoa liquos seruem.*

e *Coloss.* 1. 1. *Ioan.* 2. *v.* 2.

f *Ioan.* 16.

g 1. *Tim.* 2. *v.* 5.

h 1. *Ioan.* 2. *v.* 1.

i *lib. de Isaac. c.* 8

k *in psal.* 108.

l *sermone de B. Virgine. Signũ magnum.*

Tertia & quarta Propositio.

CAP. XVIII.



Ertia, *secundum Scripturam sancti orant pro nobis saltem in genere.*

m v. 1. Primò probatur Hierem. m 15. *Dixit Dominus ad me, si steterint Moyses & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum.* Iam autem defuncti erant Moyses & Samuel. Ergo defuncti stare poterant & orare ante Deum, alioquin id frustra diceretur.

n *Caluin.* Respondent n 1. significari potius eos non stetisse, & proinde nec orasse. 2. sensum esse, *si nunc starent duo insignes viri in terra quales fuerunt Moyses, & Samuel, nihil tamen obtinebunt.*

Ad 1. negatur conseq. non enim est, *si starent*, id est si nunc supponerentur viuere & orarent, sed in Hebręo יעמד *Jagamod. si stabit.* In Græco, ἐὰν στῇ. Et non ἐὰν ἵστα.

o *homil. 1. in 1. ad Thessalon.* Ad 2. negatur. Nam o Chrysost. p Hieron. q Greg. docent Deum loqui de ipso vero Moyse, & Samuele.

p *in hunc locum*

q 9 *Moral.* 12. Secundò, Machabæor. 2. cap. vlt. describitur Iudas videns Oniam Pontificem, & Hieremiam prophetam pro populo orantes.

Tertiò, Apocal. 5. describuntur 24. seniores in cœlo procidisse coram throno Dei, habentes phialas aureas plenas odoramentorum quæ sunt orationes sanctorum,

r *ita Primasius, Richardus, Gagneus.* id est r intercessiones pro infirmorum stabilitate.

s *versu* 15. σπουδάσω δὲ καὶ ἑκάστοτε ἔχειν ὑμᾶς μετὰ τὴν ἐμὴν ἔξοδον τὴν τούτων μνήμην ποιεῖσθαι. Quartò, s 2. Petri 1. *Dabo operam & frequenter habere vos, nimirum commendatos post obitum meum vt horum memoriam faciatis.* Ex quo probabiliter deducitur Sanctos gerere curam nostri.

t *Luc.* 16. Quintò, t diues in inferno pro fratribus suis orabat, quanto magis sancti in cœlo pro Ecclesia tota.

u *versu* 10. Sextò, animæ sanctor. dicuntur, Apoc. 6. u petere vindictam de interfectoribus. Ergo multo magis misericordiam pro fratribus.

Respondent, [x] figuratam esse locutionem: dicuntur enim petere vindictam, quia preces, quas viuentes effuderunt, resonant adhuc in auribus Dei. Contra, nec diues orabat hîc pro fratribus, nec sancti petierunt hîc de inimicis vindictam.

x *Ita Brentius.*

Septimò, scriptura [y] docet communionem esse Ecclesiæ triumphantis cum militante sub vno capite Christo. Communio autem membrorum sub vno capite [z] exigit vt pro inuicem solliciti sint.

y *Ephes.2.v.19. Galat.4.v.26.*
z *1. Corinth.12.*

Quarta propositio: *Sancti orant etiam pro nobis in particulari.*

Primò Angeli [a] orant & curam habent pro nobis, in speciali ergo multo magis sancti. Nam nihil eis deest eorum quæ Angelis competunt quantum ad hoc munus, cùm sint præditi intelligentia, & voluntate, & idsint semper Deo, nos vehementer diligant, denique sint sicut Angeli Dei, vt [b] loquitur scriptura. At præterea sunt membra corporis Ecclesiæ nobis magis coniuncta, & experti miserias & pericula huius vitæ.

a *Tobiæ.12.v.12 Zachar.1. Apocalyp.8. Daniel. 10. Mathæi 18. v.10.*
b *Lucæ.20.v.36*

Respondet Caluin. deesse sanctis prælaturam, & custodiam in homines. Contra. 1. dicuntur Apoc. [c] 2. habere potestatem super gentes, & regere eos in virga ferrea idest æquitatis, iuxta illud: [d] *Virga æquitatis virga regni tui*, quod non nisi ante resurrectionem fiet. 2. Ecclesia in Præfatione de Apostolis (quæ est [e] vna ex nouem antiquissimis) ait: *Gregem tuum pastor æterne non deseras, sed per beatos Apostolos tuos continua protectione custodias, vt iisdem rectorib. gubernetur quos operis tui vicarios eidem contulisti præesse pastores.* 3. Basil. orat. in 40. Martyres, *ô Cuneum inexpugnabilem: ô communes generis humani custodes, optimi curarum socij!* Nazianz. [f] *Tu ab alto nos respice, nostrumque sermonem ac vitam dirige, & sanctum ouile hoc pasce, aut simul vna rege.* Hilar. [g] *Neque desunt stare volentibus sanctorum custodiæ, neque Angelorum munitiones.* Ambros. [h] *Sicut Angeli præsunt, ita & hi, qui vitam meruerint Angelorum.* Similia [i] Leo [k] Maximus & [l] Thodoret. habent.

c *V.26. & 27.*
d *Psal. 44.v.8.*
e *Vt testantur Pelagius.1.epist. 4. decretali.*
f *Oratione in sanctũ Cyprianũ.*
g *In Psal. 124.*
h *Libro.8.in Lucam in fine.*
i *1. serm. de Anniuersario suæ Assumptionis.*
k *Sermone de Martyribus Tauricis.*
l *8. ad Græcos libro.*

Secundò probatur nostra propos. ex Patribus Cyprian. [m] *Si quis hinc nostrum prior diuinæ dignationis celeritate pręcesserit, perseueret apud Deum nostra dilectio, pro*

m *1. epist.1.*

fratribus, & sororibus nostris apud misericordiam patris non cesset oratio. Nazianz. [n] *Nunc magis proficit nobis precibus quam ante doctrina, quanto etiam Deo propinquior est, postquam vincula deposuit corporalia.* Chrysost. [o] serm. de Iuventio & Maximo. tom. 3. Hieron. ex professo contra Vigilantium Aug. lib. 7. de Baptis. cap. 1. *Adiuuet nos Cyprianus orationib. suis in istius carnis mortalitate tanquam in caliginosa nube laborantes, vt donante Domino quantum possumus, bona eius imitemur.* Leo serm. 2. de Ann. Assumpt. *Nunc mandatum Domini pius Pastor* (Petrus) *exsequitur, confirmans nos cohortationibus suis, & pro nobis orare non cessans, vt nulla tentatione superemur.*

n *Oratione.* 14. *quæ est de obitu Gregorij Patris.*

o *Sicut milites vulnera in prælijs sibi inflicta regi monstrantes fidenter loquuntur: ita & illi abscecta capita gestantes & in medium afferentes quæcumque voluerint apud Regem cælorum impetrare possunt.*

Tertiò ex apparitionibus, de quibus vide Basilium orat. de sancto Mamante. Nazianz. orat. 1. in Iulianum. Theodoret. 5. histor. 24. Ambros. serm. de SS. Geruas. & Prothasio, Paulinum natali. 8. sancti Fœlicis, Sulpitium in Martino.

QVINTA PROPOSITIO.

Sancti siue Angeli, siue homines piè, & vtiliter inuocantur à viuentibus.

CAP. XIX.



PRimò [a] Genes. 48. Iacob. inuocauit Angelum qui eruerat eum de cunctis malis vt benediceret filiis Ioseph. Et Iob. 5. [b] dicitur: *Voca si quis est qui tibi respondeat, & ad aliquem sanctorum,* id est Angelorum vt [c] explicat Aug. *conuertere.* Quod frustra diceretur si inuocari non posset. Exodi verò 32. etsi Moses non inuocet Patriarchas, quod cùm essent in limbo, non cognoscerent ordinariè preces viuentium, tamen per merita eorum supplicat Deo dicens: [d] *Recordare Domine Abraham Isaac & Israel seruorum tuorum.* Respondet Caluinus solùm commemorari pactum cum eis a Deo initum, contra commemorabantur etiam merita vt patet ex oratione Salomonis psal. 131. *Memento Domine Dauid, & omnis man-*

a *V.* 16.

b *v.* 1.

c *Annotationibus in Iob.*

d *v.* 13.

suetudinis eius. Item: e *Propter Dauid* (non dixit propter pactum) *non auertas faciem Christi tui.* Et Daniel f 3. *Ne auferas misericordiam tuam à nobis propter Abraham dilectū tuum, & Isaac seruum tuum, & Israel sanctum tuum.*

Secundò, legimus in scriptura viuentes à viuentib. inuocatos. g 1. Reg. 7. & h Rom. 15. &c. ergo etiam defunctos regnantes cum Christo: si enim non licet: vel id, quia nolunt, & hoc non, cùm ferueant charitate maiori: vel quia non possunt: neque hoc, quia si poterant peregrini, quantò magis in patria? vel quia nesciūt quid oramus & hoc falsum. Vnde i namque sciunt Angeli conuersionem peccatorum pro qua gaudent in cælis inde sciunt sancti preces viuentium in terris, vel quia fit iniuria Christo, neque hoc etiam, quia similiter non liceret inuocare viuentes.

Tertiò, ex Concil. Chalced. act. 11. *Flauianus post mortem viuit, Martyr pro nobis oret* k Concil. 6. *Deo creatore adorato, inuocet Christianus sanctos, vt pro se intercedere apud maiestatem diuinam dignentur* Synod. 7. l *Cum timore omnia agamus, postulantes intercessiones incontamaminatæ Deiparæ, item sanctorum Angelorum, omniumque sanctorum.* Item in Concilio m Gerundensi n Aurelianensi. 1. o Moguntino, p Toletano. 5. & q 6. ac Bracarens. r 2. indicuntur Litaniæ recitandæ, vel triduo ante Ascensionem, vel aliis temporibus: sunt autem hæc celebrata Concilia ante annos ferè mille. Vvalfridus s Strabo ait huiusmodi litanias esse inuocationem sanctorum, & facilè colligitur, nam dicebantur ante Assensionem ambulando, & circumeundo aliqua loca, vt nunc fieri videmus.

Quartò ex PP. Dionys. 2. Eccles. Hierarch. *impossibilium superflua spe ille suspensus est, qui sanctorum flagitat preces, & naturæ ipsorum consentaneas sacras operationes abigit.* Iren. t *sicut illa* (Eua) *seducta est, vt effugeret* Deum, *sic hæc* (Maria) *suasa est obedire Deo, vt virginis Euæ, virgo Maria fieret aduocata.* Athana. u *inclina aurem tuam* (Maria) *in preces nostras, & ne obliuiscaris populi tui &c.* Basil. x *Qui aliqua premitur angustia ad hos confugiat* (id est 40. martyres) *qui rursus lætatur hos oret: ille vt à malis liberetur, hic vt duret in rebus lætis.* y Nazianz. *Vir-*

e *V.* 17.
f *V.* 35. *In oratione Azariæ.*
g *V.* 8.
h *V.* 30.
i *V.* 7.
k *Cap.* 7.
l *Act.* 6.
m *Cap.* 3.
n *Can.* 29.
o *Sub Carolo magno cap.* 33.
p *Cap.* 1.
q *Cap.* 2.
r *Cap.* 9.
s *Cap.* 28.
t *Libro* 5. *vltra medium.*
u *V. Serm. de Annunciatione Dei paræ circa finem* κλῖνον τὸ οὖς σου εἰς τὴν δέησιν ἡμῶν, καὶ μὴ ἐπιλάθῃ τοῦ λαοῦ σου.
x *Orat. in* 40. *Martyres.*
y *Orat. in S. Cyprianum ad medium.*

z Homil. 66. ad populum circa finem.

a Ad finem vitę cuiusque.

b 4. de fide. 16.

c In. 11. ad Hebręos.

ginem Maria rogauit vt periclitanti Virgini opem ferret, loquitur de sancta Iustina sollicitata de stupro à dæmone Chrysost. [z] *Ipse qui purpuram indutus est accedit illa complexurus sepulchra, & fastu deposito stat sanctis supplicaturus vt pro se apud Deum intercedant.* Nyssen. orat. in sanctum Theodorũ: *Intercede ac deprecare pro patria apud cõmunem regem, & Dominum. Timemus afflictiones, expectamus pericula &c. Quod si maiori etiã opus fuerit deprecatione, & aduocatione, fratrum tuorum Martyrum coge chorum, & cum omnibus vna deprecare.* Ephren. in sermonib. de laudibus sanctorum Martyrum. Cyrillus cath. 5. *Cum hoc sacrificium offerimus, facimus mentionem etiam eorum, qui ante nos obdormierunt, Primum Patriarcharum, Prophetarũ, Apostolor. Martyrum, vt Deus orationib. illorum suscipiat preces nostras &c.* Theodoret. in historia sanctor. [a] PP. Damasc. [b] *Per eos* (scilicet sanctos defunctos) *dæmones abiguntur, infirmi curantur, cæci vident, leprosi mundantur, tentationes, & tristitiæ soluuntur. Omne donum bonum à patre luminũ, per eos qui inhæsitabili fide pe unt, descẽdit.* [c] Theophil. *Iam nunc arrabonem, & pignus honoris habent* (Sancti in cælo) *vnde alias eis potestas esset, vt succurrere queant inuocantibus se.*

EX LATINIS.

d Ep. 1. quę est de translatione corporum Apostolorum.

e In Psal. 129.

f Libro de viduis vltra medium.

g 2 Histor. 33.

Cornelius [d] Papa. *Orantes Deum & Dominum nostrum Iesum Christum vt intercedentib. sanctis suis Apostolis maculas vestrorum purget peccatorum.* Hilar. [e] *Intercessione Angelorum non natura Dei indiget: sed infirmitas nostra &c.* Similia dicit de intercessione Apostolor. & Prophet. in Psal. 124.

Ambros. [f] *obsecrandi sunt Angeli, qui nobis ad præsidiũ dati sunt, martyres obsecrandi, quorum videmur nobis quoddam, corporis pignore, patrocinium vendicare.* Hieronym. in Paula. *Vale* (inquit) *ô Paula, & cultoris tui vltimam senectutem orationibus iuua.* Maximus ser. de S. Agnete. Ruffin. [g] *Circuibat* (Theodosius) *cum sacerdotib. & populo omnium orationum loca, ante Martyrum & Apostolor. thecas iacebat cilicio prostratus, & auxilia sibi fida sanctorum intercessione poscebat.* Paulinus Ep. 12. ad Seuerum. Prudentius carmine de sancto Laurentio, Cassiano, Hyppoli-

to. h August. *Ad ipsam mensam non sic eos (*Martyres*) commemoramus quam ad alios qui in pace requiescunt, vt etiam pro eis oremus sed magis vt ipsi pro nobis orent.* Item: i *iniuria est pro Martyre orare, cuius nos debemus orationib. commendari.* Victor vticens. 3. de persecut. Vvandal. circa finem. *Adestote Angeli Dei, deprecamini Patriarchæ, orate Sancti Prophetæ, estote Apostoli suffragatores.* Fulgent. k sermone de laudib. Mariæ. Leo sermon. 5. de Epiphania: *Per bonam* (inquit) *æmulationem ipsorum ambigite suffragia.* Scilicet Sanctorum. Et hi omnes PP. ante Gregorium. 1. vixerunt. Ipse Gregor. 2. dialogor. cap. vltimo Gregor. Turonens. 1. de gloria martyrum cap. 94 *Cyprianus beatissimus Carthaginensis, & antistes, & Martyr salutem sæpiùs infirmis supplicantibus præstat.* Beda libro. 4. l in Cantica. Anselm. libro de m excellentia virginis Mariæ. Bernard. n *In periculis* (inquit) *in angustiis, in rebus dubiis Mariam cogita, Mariam inuoca, non recedat ab ore non recedat à corde. &c.*

h *Tract. 84. in Joann.*
i *Serm. 17. de verbis Apostoli.*
k *Ideò omnes cursus naturæ virgo Maria in Domino nostro Iesu Christo suscepit, vt omnibus ad se confugientibus fœminis subueniret.*
l *Circa finem.*
m *Capit vltimo.*
n *Serm. 2. super Missus.*
o *Lib. 3. vitæ c. 5.*

Quintò cùm B. o Bernardus contra hæresim nobis hac in re aduersam prædicaret Tholosæ, populus obtulit ei benedicendos panes, ille crucis edito signo benedicebat dicens: *In hoc scitis vera esse quæ à nobis, falsa quæ ab hæreticis suadentur, si infirmi vestri gustatis panibus istis adepti fuerint sospitatem.* Episcopus Carnotensis ibi præsens adiecit: *Si bona fide sumpserint sanabuntur:* Non hoc dixi (inquit Bernardus) *Sed verè quicumque gustauerint, sanabuntur, vt veros nos, & veraces Dei nuncios esse sciatis.* Tam ingens autem deinde multitudo languentium, gustato illo pane, conualuit, vt per totam prouinciam verbum hoc diuulgaretur. At quod Deus miraculo probauit euidenti, non potest non esse verum.

Sextò, ex infinitis fermè miraculis editis ad sanctorum inuocationem de quibus vide Nili epistolam recitatam in. 7. Synodo Theodoretũ. 5. cap. 24. histor. Ambros. serm. 90. Aug. 22. Ciuit. 8. Gregor. Turonic. libris de gloria martyrum Gregor. Rom. 3. dialogor. à cap. 22. ad 37. inclusiuè.

Resp. Primò, loqui PP. per prosopopeiam quomodo alloquimur cælum, terram. Contra. 1. id nequit habere

p *Ita Brentius cap. 24. Confessionis Vuitembergicæ.*

locum in PP. illis, qui docent sanctos esse inuocandos, vel narrant inuocatos fuisse. 2. neque etiam in illis qui alloquuntur sanctos: nam cum alloquimur per prosopopeiam inanimata, vel ea quæ non percipiunt: non expectamus auxilium ab eis. At huiusm. PP. ibidem pollicentur auxilium inuocantib. sanctos.

q *ita Caluin. 3. Inst. cap. 2.* q Secundò, PP. voluisse hanc superstitionem prohibere, sed non præualuisse. 1. quia in Concilio Carthag. 3. cap. 23. prohibetur ne precibus ad altare oratio dirigatur ad alium quam ad patrem. Ergo noluerunt inuocari sãctos in mysterio cenæ. 2. quia Aug. r ait sanctos non inuocari à sacerdote sacrificante.

r 22. *Ciuit.* 10.

Negatur propositio. Ad 1. probationem negatur consequentia. Nam de inuocatione sanctorum nec quidem vnum verbum habetur in hoc Concilio, sed solum præcipitur, vt oratio sacerdotis offerentis sacrificium dirigatur ad personam patris: non autem filij, aut Spiritus sancti, quod etiam nunc seruamus. Ad 2. agit Aug. de prece qua sacrificium offertur, [quæ reuera ad solùm Deum refertur]

Soluuntur argumenta contraria.

CAP. XX.



Rimum, ille solus inuocatur in quem credimus. Roman. 10. a *Quomodo inuocabunt in quem non crediderunt.* Sed nõ credimus nisi in Deum. Ergo ille solus inuocandus.

a v. 14. πῶς ἐπικαλέσονται εἰς ὃν οὐκ ἐπίστευσαν.

Resp. 1. negando maiorem. Nam Genes. 48. b *Inuocetur* (inquit Iacob) *nomen meũ super pueros hos, & nomina patrum meorum.* Ad probationem, loqui Paulum de inuocatione suprema, siue supremi authoris, præcedit enim: c *Omnis qui inuocauerit nomen Domini, saluus erit.* 2. negatur minor. quia sicut nequit inuocari Deus, nisi credatur esse, ita nec sanctos, nisi creda-

b 16.

c v. 12. ὃς ἂν ἐπικαλέσηται τὸ ὄνομα κυρίου, σωθήσεται.

mus eos esse Dei amicos. vnde Paulus [d] *Gratias ago Deo meo, audiens charitatem tuam, & fidem, quam habes in Domino Iesu, & in omnes sanctos.* In quem locum B.Hieron. ostendit etiam in sanctos haberi debere fidem.

Secundum, *vnus est mediator Dei, & hominum, homo Christus.* 1. Timoth. 2. v. 5. Ergo ei iniuriam facit qui alios introducit mediatores.

Ad antecedens. Christum esse vnicum, & solum mediatorem mediatione personæ, redemptionis, & supremæ interpellationis ad Deum pro nobis quòd nullo mediatore indigeat. Ad consequent. negatur: quia hoc non impedit quin sint alii inferiores mediatores interpellantes ad Deum pro nobis, per Christum.

Tertiò, [e] Coloss. 2. *Nemo vos seducat volens in humilitate, & religione Angelorum, quæ non vidit ambulās* &c. quo in loco prohiberi cultum Angelorum docet Theodoret. in hunc locum.

Quartò, *synodus quæ conuenit Laodiceæ* (inquit [f] Theodor.) *quæ est Phrigiæ metropolis, lege prohibuit, ne precarentur Angelos, & in hodiernum diem videre licet apud istos* (id est Iudæos in Phrigia & Pisidia) *oratoria sancti Michaelis.*

Ad tertium respondeo solum damnare hæresim Simonis Magi, docentis quosdam Angelos cultu latriæ venerandos, tanquam minores Deos, qui mundum fabricauerunt, per prophetas fuerunt locuti, & per quos solos summus, qui inuisibilis est, placari potest. Ita exponunt Paulum [g] Chrysost. [h] Oecum. Theophylact. [i] Hierony. nec aliud vult Theodoretus.

Ad 4. Item. Sic enim Concil. habet: [k] *Non oportet Christianos derelicta Ecclesia abire, & ad Angelos idololatriæ abominandę congregationes facere, quę omnia interdicta sunt. Quicunque autem inuentus fuerit occultè huic idololatrię vacans, anathema sit: quoniam derelinquens Dominum nostrum Iesum Christum accessit ad idola.*

Quintò, *isti se non putant* (inquit [l] Ambros.) *reos qui honorem nominis Dei deferunt creaturæ, & relicto Domino conseruos adorant, quasi sit aliquid plus, quod seruetur Deo. nam ideò ad regem per tribunos, aut comites itur, quia homo vtique est Rex, & nescit quibus debeat rempublicam credere.*

d ad Philemonem v. 4. εὐχαριστῶ τῷ θεῷ μου. &c. v. 5. ἀκούων σου τὴν ἀγάπην καὶ τὴν πίστιν ἣν ἔχεις πρὸς τὸν κύριον Ἰησοῦν, καὶ εἰς πάντας τοὺς ἁγίους.

e v. 18. μηδεὶς ὑμᾶς καταβραβευέτω, θέλων ἐν ταπεινοφροσύνῃ καὶ θρησκείᾳ τῶν ἀγγέλων ἃ μὴ ἑώρακεν ἐμβατεύων.

f supra.

g homil. 7. in ep. ad Coloss.

h in hūc locum.

i q. 10. ad Algasiam.

k cap. 35.

l in cap. 1. ad Rom.

siue ignobiles non intelliget scilicet homo cùm mortuus fuerit. 3. Ecclesiastæ. 9. v. 5. *Viuentes sciunt se morituros, mortui vero nihil nouerunt amplius.* 4. [r] *Colligam te ad Patres tuos* (inquit Dominus ad Iosiam) *vt non videant oculi tui omnia mala, quæ introducturus sum in locum istum.* 5. Isaiæ. [s] 63. *Tu es enim pater noster, & Abraham nesciuit nos & Israël ignorauit nos.* 6. [t] *Si Parentes* (inquit Aug.) *non intersunt, qui sunt alij mortuorū, qui nouerunt quid agamus, quidue patiamur? Isaias propheta dicit: Abraham nos nesciuit* &c. & ibidem id inde probat quod mater sua Monica, quam beatam putabat, non veniret eum consolari. 7. quia saltem hac de re dubitarunt Patres [u] Nazianz. *Si tibi* (alloquitur Gorgoniam sororem defunctam) *aliqua nostri sermonis est ratio. & hoc sanctis a Deo munus, vt talia rescifcant suscipe nostrum sermonem multorum Epitaphiorum loco.* [x] Aug. *Quisquis Angelorū, vel hominum diligit hunc Deū, certus sum quod me etiā diligit: quisquis in illo manet, & potest humanas preces sentire, in illo me exaudit.* [y] Origen. *Si extra corpus positi, vel sancti qui cum Christo sunt agunt aliquid, & laborant pro nobis ad similitudinem Angelor. &c. habeatur hoc quoque inter occulta Dei, neque chartulæ commitenda Mysteria.*

r 4. Reg. 22. v. 20.

s v. 16.

t libro de cura pro mortuis c. 13.

u in fine orationis in Gorgoniā sororem suam.

x lib. de vera Religione c. 55.

y lib. 2. in ep. ad Rom.

Resp. 1. negatur anteced. etsi non sit adeò certum quomodo sancti cogitationes cognoscant. Alij enim volunt id per nouas reuelationes fieri à Deo.

Alij [z] videre sanctos a principio suæ beatitudinis omnia ad eos aliquomodo spectantia & proinde quascumque nostras orationes nostras etiam cordium, ad se directas quod probabilius est. Si enim egerent semper noua reuelatione, non ita diceret audacter Ecclesia *Orate pro nobis* sed aliquando peteret a Deo, vt reuelaret sanctis preces viuentium.

z ita D. Thom. 3. p. q. 10. ar. 2.

Ad 1. probationem naturaliter solum Deum cognoscere cogitationes cordium, sanctos autem non nisi dono supernaturali.

Ad secundā 3. & 4. intelligi de cognitione naturali. [a]

a in huuc locum.

Ad 5. intelligi iuxta a Hier. de cognitione approbationis, vt idem sit nesciuit nos, & nos non habet pro filiis, sed contemnit, quod intelligat nos a te recessisse: vel de cognitione quidem propriè dicta, quia antiqui Patres reuera ignorabant communiter res & actus

ſuorum, cùm nondum eſſent beati.

b cap. 16. Ad 6. loqui Aug. de naturali cognitione, & conuerſatione. *Non igitur* [b] (inquit) *ideò putandum eſt viuorum rebus quoslibet intereſſe poſſe defunctos, quoniam quibuſdam ſanandis, vel adiuuandis Martyres adſunt, ſed ideò potius intelligendum eſt, quod per diuinam potentiam Martyres viuorum rebus interſint, quoniam defuncti per naturam propriam viuorum rebus intereſſe non poſſunt.*

Ad 7. negatur ad Gregorium illud (*ſi*) non eſſe dubitantis, ſed affirmantis ſicut illud Apoſtoli ad Philemonem: [c] *Si habes me ſocium ſuſcipe illum.* Nam idem Gregor. paſſim fatetur ſanctos res cognoſcere noſtras. Ad Aug. illud, *Quiſquis in illo manet*, non ſignificare quiſquis eſt cum Deo in beatitudine, ſed quiſquis eſt in charitate, alii enim ſunt in charitate, & beatitudine: & ipſi exaudiũt preces: alii in charitate, & nondũ beati & ipſi non audiunt. Propterea dixit. *Quiſquis eſt in Charitate & poteſt* &c. Ad Orig. vt in 2. reſponſione ad ſextum, ſolum enim ambigit vtrum beatæ animæ nobiſcum verſentur aſſiduè, ſicut Angeli.

c v. 17.

Reſpond. 2. negando conſeq. nam etſi non audirent noſtras preces, ſufficeret tamen alios, vice eorum audire, & ſanctorum nomine rem impetrari: ſicut non fruſtra ſupplicat regi, qui certò ſcit regem non lecturum ſupplicationem, ſed aliquem ex aula, ſe tamen impetraturum quod petit.

Nonò, Deus eſt paratiſſimus nos audire magiſque diligit, quam vllus ſanctorum. Ergo illum non inuocare eſt ſignum diffidentiæ. Negatur conſeq. primò, quia alioquin ſignum etiam diffidentiæ eſſet preces viuentium petere, & tamen [d] miſit Dominus ad Iob amicos eius, vt oraret pro ipſis 2. quia etiam Deus magis diligit ſanctos, & paratior eos audire, quam nos: oratio enim vt impetret, requirit diſpoſitionem in orante, quam non ſemper habemus.

d Job vlt. v. 8.

e homilia de profectu Euangelij tomo. 3.

Decimò, *Non opus tibi* ([e] inquit Chryſ.) *patronis apud Deum, neque multo diſcurſu, vt blandiare aliis, ſed licet ſolus ſis patronoque careas, & per temetipſum preceris Deum, omnino tamen voti compos eris, neque enim tam facilè Deus annuit, cùm alij pro nobis orant, vt ipſimet oramus, etiamſi*

plurimis

pluritnis pleni ſimus malis.

Reſp. 1. loqui de inuocantibus mortalium preces, vt patet ex his. *Non eſt opus multo diſcurſu, vt blandiare aliis* &c. 2. ſolum reprehendere illos qui negligunt pro ſeipſis orare. *Non igitur* [f] *(inquit) Oſcitantes, & deſides ex aliorum meritis pendeamus: habent enim vim pro nobis, & quidem maximam, orationes ſupplicationeſque ſanctorum, ſed tunc profectò, cùm nos quoque idipſum per pœnitentiam poſtulamus.* [g] *His itaque cognitis nec ſanctorum preces contemnamus, neque totum in illas proiiciamus.*

f *homil. 5. in Mathæum.*

g *hom. 1. in 1. ad Theſſalonicenſ.*

Vndecimò, verbo, & exemplo docuit Chriſtus ſolum eſſe inuocandum Patrem. [Reſpond. nuſquam dixiſſe ſolum patrem eſſe inuocandum: ſolum tamen inuocauit, quia Chriſtus eſt mediator, ſine mediatore, ſiue pro quo nullus interpellare poteſt.]

Duodecimò nullum extat ſcripturæ mandatum, vel exemplum aut promiſſio de inuocatione ſanctorum. Ergo inuocandi non ſunt.

R. 1. negatur anteced. Nam Iob. vltimo dicitur? *Jte ad ſeruum meum Iob*, ecce mandatum: *& orabit pro vobis*, en exemplum *& ego ſuſcipiam faciem eius, vt non vobis imputetur ſtultitia:* Ecce promiſſio, nec refert Iob tunc fuiſſe viuum, & preſentem: nam etiam beatæ animæ maximè viuunt, & tam facilè nos audiunt ac ſi locò præſentes eſſent. 2. non requiri mandatum quando ipſa nos impellit neceſſitas: nec promiſſionem cum tot prodigia ad inuocationem ſanctor. edita ſatis teſtentur exaudiri preces, exempla verò vide ſupra. 3. negatur conſeq. etiamſi antecedens admitteretur. tum quia ſufficit totius Eccleſiæ à tempore Apoſtolorum conſuetudo, & doctrina, tum quod etiam ſequeretur ſanctos non orare pro Eccleſia in genere: cuius contrarium confeſſioniſtæ tuentur.

Decimò 3. *Nemo audet cauſidici partibus apud terrenum principem fungi, niſi a Principe admiſſus.* Sed ſanctis non fuit iniunctum munus pro nobis erga Deum orandi.

Reſpond. 1. ſanctos non haberi à nobis cauſidicos qui iuſtitiam non miſericordiam petant, ſicut cauſidici

terreni, sed haberi vt familiares & amicos principis, qui sæpè pro miseris intercedunt. [2. negatur minor: non enim de facto orarent vt probauimus, nisi eos ad id munus admisisset Deus.]

Decimò 4. Deus æquè potest quod libet præstare, ad vnius quam plurium intercessionem sanctorum. Ergo frustra ab vno petitur vnum, ab alio aliud.

Negatur conseq. [1. quia etiam sequeretur frustra plures gratias gratis datas in Ecclesia vno distribui a spiritu sancto pluribus, quæ ab vno si vellet exerceri possent.] 2. cum h August. vbique quidem (inquit). *Deus est, & nullo continetur, vel includitur loco, qui condidit omnia. Verumtamen quis potest eius consilium perscrutari, quare in aliis locis hæc miracula fiant? in aliis non fiant* &c. *Sicut enim dicit Apostolus non omnes sancti habent dona curationum: ita nec in omnibus memoriis sanctorum, ista fieri voluit ille, qui diuidit propria vnicuique, sicut vult.* 3. non ita aliquid vnum petimus ab aliquo sancto, quin & cætera posse præstare confidamus. quia tamen alii aliis magis clarent, in aliquo miraculorum genere, & varia est fidelium deuotio, fit vt ad varios etiam sanctos vota fidelium ferantur.

h *ep.*137.

Decimò 5. Sancti in cælo nihil sibi mereri aut impetrare possunt. Ergo multo minus aliis.

Respond. ex præcedentibus meritis meruisse, suas orationes & pro se, id est pro gloria corporis sui, & pro nobis exaudiri.

Decimò 6. omne præmium acceperunt. Ergo nihil eis debetur.

Respond. omne præmium essentiale recepisse, sed non accidentale. Ad quod spectat & gloria corporis, & exaudiri a Deo.

Decimò 7. Multi inuocantur qui nec quidem homines fuerunt vt Christophorus, Georgius, Catharina.

Respond. 1. nullum coli sanctum ab Ecclesia, quin reuera fuerit, etsi multæ circunferantur de sanctis apocryphæ historiæ: nam Christophorus, Georgius, Catharina sine dubio extiterunt, nec contrarium

probare aduersarii possunt. 2. & si esset vera argumenti propositio, tamen nihil inde sequeretur, nisi in hoc Ecclesiam errare. At sanctos de quorum beatitudine nec quidem hæretici dubitant, quare renuunt colere, vt B. Mariam, & Apostolos?



LIBER SE-CVNDVS,

Qui eſt,

De reliquiis,& imaginibus ſanctorum.

Argumenta contra reliquiarum cultum.

CAP. I.

Etſi Hieron.ep.ad Riparium originem hæreſis, oppugnantis reliquias ſanctorum ad Iudæos, & Samaritanos referat:& hoc laboraſſe velit errore illos contra quos Tertulianus ſcripſit Scorpiacum, id eſt Gnoſticos:tamen Iudæi, & Samaritani omnia quidem corpora credebant immunda, verùm in particulari de corporibus ſanctorum nihil diſputarunt. Gnoſtici autem ſolùm negabant martyria eſſe ſubeunda. Ex quo videbatur deduci nō colenda martyrū corpora. Primus ergo hæreſis author fuit Eunomius, quē poſtea ſequuti ſunt Vigilantius, [a] Conſtantinus Copronymus, [b] Claudius Taurinenſis [c] Vvicleſiſtæ, Lutherani Caluiniſtæ.

Primò, quia Math. [d] 23. arguuntur à Domi. Iudæi quod ornarent Prophetarum ſepulchra. Secundò, quia in tumulis ſanctorum nec eorum animæ, nec corpora ſunt, ſed ſolum cineres. Tertiò, [e] abſcondit Deus

a *Suidas in Copronymo.*
b *apud Ionam lib. 1. de cultu imaginum.*
c *apud Vvald. tom. 3. tit. 14.*
d *ad finem cap.*
e *Deut. vlt. v. 6.*

Moysi corpus ne Iudæi illud adorarent, vt fatentur omnes: propterea enim [f] altercabatur Diabolus cum Michaele Archangelo pro huius. corpore. Quartò Paulus docet non esse secundum carnem cognoscendum Christum post resurrectionem suam. Quintò, cultus reliquiarum non est institutus à Deo. At Paulus 2. Coloss. v. 23. damnat omnem ἐθελοθρησκείαν, cultum voluntarium, id est ab hominib. excogitatum. f *ep. Iudæ. v. 9.*

Sextò, in veneratione reliquiarũ statim honor Christo debitus, ipsis tribuitur. 1. quia passim cerei accēduntur coram Martyrum sepulchris: quod cùm obiiceretur Herony. a Vigilantio, nihil aliud respondere potuit, quàm id fieri a mulierculis quibusdam quæ zelum habent, sed non secundum scientiã. Vnde constat id fieri solitum vt cultum Deo debitum. 2. quia August. libro de moribus Ecclesiæ. c. 34. reprehendit sepulchrorum adoratores. Septimò, maxima pars reliquiarum suppositit ia est. 1. Aug. enim libro de opere monachorum. cap. 28. cùm dixisset quosdam monachos circunferre martyrum membra, addidit *si tamen martyrum*. 2. quia tam multæ eiusdem generis inueniuntur reliquiæ, vt oporteat vel eundem sanctum multa habuisse corpora, vel multas esse reliquias falsas.

Mendacia Magdeburgensium.

CAP. II.



PRimum: centuria. [a] 6. dicunt eo sæculo id est post an. 500. cœpisse reliquiarum cultum, occasione templorum, quæ ingentibus exstruebantur sumptib. centuria. [b] 5. cœpisse ante quingentesimum centur. [c] 4. inchoasse sæculo. 4. quando iussu Iuliani Apostatæ, reliquiæ sancti Babylæ [d] translatæ sunt. In [e] additione ad centuriam primam fatentur fuisse SS. Andreæ, & Lucæ reliquias summo cum honore Constantinopolim translatas à Constantino, teste

a *in ipsa præfatione.*
b *c. 7. colũ. 744*
c *c. 6. colũ. 456. & ca. 13. colum. 1446.*
d *circa an. 365.*
e *In vita sancti Lucæ.*

f lib. contra Vigilantium.
g cap. 3. col. 31. & sequentib.
h ex Eusebio li. 4. histor. 14. in Ruffino. 15.
i 3. ep. 30.

[f] Hieron. Centuria. [g] 2. referunt epistolā [h] Eccl. Smyrnensis de martyrio Polycarpi, in qua narratur Christianos collegisse incredibili auiditate reliquias id est cineres Policarpi, *Ac si essent lapidibus preciosissimis preciosiores, & auro probatissimo probatiores.* At hæc mira cõtrarietas nequit esse sine mendacio aperto. Sed nẽque tunc temporis cæpit reliquiarum honor. Nam [i] B. Gregorius scribit venisse fideles ex Oriente, ipso tempore passionis Petri, & Pauli, qui hòrum reliquias tanquam suorum ciuium peterent, cumque eas ad secundum lapidem detulissent ab vrbe, diuino impeditos fuisse miraculo vlterius progredi: & tum a Romanis reconditas apud [k] Catacumbas.

k vnde eas postea Cornelius Papa transtulit in locũ quo nũc iacent, teste Damaso in Pontificali.
l Centuria 4. c. 8. colum. 602.
m Centur. 5. c. 6. col. 669.

[l] Secundum: hæc esse Gregorij verba: *In Vigilantium ita conuiciis debacchatur Hierony. vt plusculum in eo modestiæ cogar desiderare.* At nullius Gregorij, sed Erasmi sunt, in argumento ad librum Hieron. contra Vigilantium.

[m] Tertium: *Augustinus (inquit) de reliquiis Stephani scribit superstitiosum & magnum concursum multitudinis ad eas in Africam vsque factum dementatis populis, quibusdam illusionibus, quæ pro miraculis habitæ sunt libro de Ciuit. Dei 22. cap. 3.* At non solùm in illo capite, nulla est dementationis, aut illusionis mentio, sed in ipsomet intendit Augustinus probare exemplis, fidem catholicam veris non carere miraculis.

n Centur. 5. c. 15. colum. 1506.

[n] Quartum: testari Theodoret lib. 8. de Martyribus melius sensisse Iudæos de reliquiis, eas contemnando, quàm Christianos, colendo. Sed nihil simile Theodoret habet.

o Centuria. 4. c. 13. colum. 1446.

[o] Quintum, simulasse de industria Diabolum se impediri in Apollinis Oraculo ob viciniam reliquiarũ sancti Babylæ martyris: vt introduceret translationis & venerationis reliquiarum vsum. Contra, 1. id repugnat omnibus [p] authorib. qui de hoc miraculo scripserunt. 2. iam antea [q] fuerant illæmet reliquiæ translatæ ex Antiochia ad viciniam illam, nimirum ad suburbium Daphne. Ergo non erat cur introduceretur translatio postea, cum iam introducta esset. 3. si Diabolus adeò

p Chrysost. lib. contra gentiles Ruffin. 1. cap. 36. Socrat. 3. ca. 18. Sozomen. 1. cap 19. Theodoret. 3. cap. 10.
q teste Chrysost. supr.

reliquiarum veneratione gaudet. Cur ergo semper incitauit Iudæos, Ethnicos, & hæreticos ad reliquiarum exterminationem?

r Sextum: impediuisse Deum fabricam f Iuliani, (antequam apertè fieret Apostata) quam extruere nitebatur in honorem S. Mamantis martyris, vt indicaret Dominus sibi hunc displicere cultum.

Sed cur ergo non impediuit fabricam Galli alterius nepotis Constantii, in eundem finem tentatam. Verùm huius causa miraculi fuit, Deum, & Sanctum illum martyrē execratos fuisse occultum Iuliani corruptum animum.

t Septimum: a nobis coli diuinas reliquias honoribus, & inuocari ac si penitus viuerent. Sed hoc nullus vnquam Catholicorum fecit aut dixit.

r *Centur.4.c.13. col.1447.*
f *hac de re vide Nazianz.orat.1. in Iulianum.*
t *in præfatione 6.Centuriæ.*

Reliquiæ Sanctorum dignæ sunt honore.
CAP. III.



PRimò, Moses discessurus ex Ægypto honorifice a transtulit Patriarchæ ossa Ioseph. Secundò, Deus honorauit corpus Moysi dum illud b sepelire voluit. Tertiò, ossa c Elisæi cum tetigissent mortuum hominem, ilicò reuixit mortuus.

Quartò, legimus de sepulchro Domini d *Et erit sepulchrum eius gloriosum:* Quod spectare ad tempus etiã post Christi resurrectionem e Hieronymus testatur. [Porrò id nequit intelligi de magnificentia structuræ vt patet: & proinde intelligi debet de veneratione.

Quintò, f mulier hemoroissa reuerenter, & cum fide fimbriam Christi tangens sanata est. At hæretici etiam reprehendunt cultum exhibitum cruci, clauis, vestibus Christi.

Sextò, fideles, suos exponebant g infirmos, *vt veniēte Petro saltem vmbra illius obumbraret quemquam illorum, & liberarentur omnes ab infirmitatibus.* Itē h semicinctia & sudaria Pauli deferebant ad ægrotos, & cõualescebãt.

a *Exodi 13.v.19*
b *Deuter.vlt. v.6.*
c *4. Regum 14. v.21.*
d *Isaiæ 11.v.10*
e *Epist.ad Marcellam vt migret Bethlehem.*
f *Math.9.v.21. & 22.*
g *Actor.5.v.15.* ἵνα ἐρχομένου πέτρου κἂν ἡ σκιὰ ἐπισκιάσῃ τινὶ αὐτῶν.
h *Actorum.19. v.12.*

Septimò, ex Conciliis: ex Oriente habemus Nicænũ 2. quo i iubetur deponi clericus, excõmunicari laicus, qui reliquias martyrum contempserit. Ex Africa Carth. 5. can. 14. quo prohibentur ædificari altaria, nisi reliquię martyrum adsint. In Hispania, Bracarense 3. can. 5. statuit in supplicationibus gestari debere ab Episcopo reliquiarum thecam populo partim præcedente, partim sequẽte. k Epainense in Gallia iubet reliquias Sanctorum in Ecclesiis non poni, vbi desunt Clerici, qui sacris cinæribus psallendo, famulentur. In Germania. l Moguntinum vetat transferri corpora sanctorum sine consilio Episcopi, & licentia sanctæ Synodi. In Italia Lateranense m 4. prohibet nouas proponi reliquias publice venerandas sine summi auctoritate Pontificis.

Octauò, ex PP. n Eusebius loquens de sede lignea S. Iacobi. *Seruatur* (inquit) *cum ingenti studio, velut a maioribus tradita, memoria sanctitatis, & cum magna veneratione habetur.* Athanas. o in Antonio. Basilius. q *Quando Iudaicè quis moriebatur, abominabilia erant morticinia: cum pro Christo mors contingit, preciosæ sunt reliquię sanctorũ eius.* Nyssenus q *si quis puluerem quo conditorium, vbi martyris corpus quiescit, obsitum est, auferre permittat, pro munere puluis accipitur, ac tanquam res magni precij condenda terra colligitur: Nam ipsas attingere reliquias, siquando aliquam id fit multum desiderandum & optandum, ac summariũ precum donum, sciunt experti, & eius desiderii compotes facti* r Nazianz. *Quorum vel sola corpora idem possunt, quod animæ sanctę, siue manibus contrectentur, siue honorentur, quorum vel solæ sanguinis guttæ, atque exigua paßionis signa idem possunt, quod corpora. Hæc non colis:* Alloquitur Iulianum Apostatam. s Eusebius Emissenus: *Vbi sunt qui venerationem sacris martyrum dicunt deferendam non esse corporibus* t Cyrill. *Vt non solum anima sanctorum honoretur, credaturque quod etiam in corporibus mortuorum inest virtus, seu* ...

i *Actione 7. in Gangrense cano. vltimo anathematizantur qui martyrum memorias, id est loca vbi sunt reliquiæ martyrum execrantur.*
k *can. 25.*
l *sub Carolo Magno can. 51.*
m *cap. 62. vnde est lex Canonica cap. Cum ex eo. de reliquiis, & sanctorum veneratione. cui similis extat ciuilis C. de Episcopis & clericis. L. Decernimus.*
n *7. hist. 14. ad finem, in Ruffino 15.*
o *Legatarius (inquit de seipso) Antonij Benedicti, qui tritum pallium cũ melote imperio eius meruerat accipere Antonium in Antonij muneribus amplectitur, & tanquã magna hæreditate ditatus, lætanter peruestimenta recordatur imaginem sanctitatis.*
p *In Psal. 115. ad illud Pretiosa in conspectu Domini, &c.*
q *in Theodorum Martyrem.*
r *Orat. 1. in Julianum.*
s *Homilia de S. Blandina.*
t *Catechesi 18.*

potentia, iacens, in sepulchro Elisæi, mortuus, mortuumque Prophetæ corpus attingens, viuificatus est: Chrysost. u *Sæpius eos* (Sanctos Iuuentium & Maximum) *muisamus, tumulos adoremus, magnaque fide reliquias eorum contingamus vt inde benedictionem aliquam assequamur.* Theodoret. x lib. 8. ad Græcos de martyribus. Damasc. 4. cap. 16. Ambros. y *Quod si dicas mihi, quid honoras in carne iam resoluta, atque consumpta? honoro in carne martyris, exceptas pro Christi nomine cicatrices, honoro viuentis memoriam perennitate virtutis: honoro per confessionem Domini sacratos cineres honoro in cineribus semina æternitatis: honoro corpus quod mihi Dominum ostendit diligere, quod me propter Dominum mortem docuit non timere. Cur autem non honorent corpus illud fideles, quod reuerentur & dæmones? quod & afflixerunt in supplicio, sed glorificant in sepulchro. honoro, itaque corpus quod Christum honorauit in gladio, quod cum Christo regnabit in celo.* Maximus z serm. de SS. Octauio, Aduentore, Solutore. Gaudentius Episcopus Brixiæ, tractatu de dicatione Basilicæ. Paulinus natali 3. de S. Fœlice. Prudentius hymno de sancto Laurentio. Hieron. aduersus Vigilantium. Ruffin. 11. hist. 28. August. ep. 103. *Portant tersese fortitò parsane* (nimirum qui eius deferebant Epistolam) *reliquias beatiss. & gloriosiss. martyris Stephani, quas non ignorat sanctitas vestra sicut & nos fecimus, quam conuenienter honorare debeatis.* Leo sermone de S. Laurentio. Gregor. magnus ep. 50 libri 5. Gregorius Turonic. de gloria martyrum.

Nonò, ex miraculis ad reliquias Sanctorum editis. Epiphanius refert in vita Isaiæ, Ezechielis, & Hieremiæ à plurimis coli solita eorum sepulchra, ob multa beneficia inibi propter eos à Deo collata. S. Basil. ait omnibus esse nota Mamantis martyris miracula, quibus aliis sanitate aliis vitā reddidit. b Nazianz. *Omnia potest* (inquit) *puluis Cypriani, cum fide: ut sciunt hi qui ipsi experti sunt, & miraculum ad nos vsque transmiserunt.* c Chrysost. Sententiæ (inquit) *nostræ abunde fidem faciunt, quæ quotidiana à Martyribus eduntur miracula.* d Palladius multa mira-

u *sermone de S. Iuuentio & Maximo.*

x *Animæ quidem triumphantium Martyrū in cælesti nunc patria vitam agunt Angelorum choris insitæ. Eorum verò corpora, non singula quidem singulis momentis conduntur, sed ciuitates, oppida paganique contientus hæc ingratis sunt laborātibusque animas, ac ægro tis corporibus salutaria ea confiteri non ceßent.*

y *ferm. 93. in fine.*

z *Cuncti martyres deuotißime percolendi sunt, sed præcipue venerandi sunt quorum à nobis Reliquias possidemus.*

a *Oratione in Sanctum Mamantem.* b *Oratione in Sanctum Cyprianum.* c *Libro contra Gentiles de Reliquiis Sancti Babilę.* d *cap. 2?. historiæ Lausiacæ.*

cula narrat, facta ad reliquias Philemonis. [e] Ambrosi' ad reliquias Geruasii & Prothasii. [f] Augustinus Sancti Stephani. g Hieronymus ad sepulchrum Hilarionis.

Decimò, ex miraculis in ipsis Ss. corporibus post mortẽ visis. [h] Chrysost. scribit vultus SS. Iuuentii, & Maximi ita splendere cœpisse post mortem, vt non posset in eos sine honore intendi, & tales denique qualis describitur S. Stephani. Actor. 6. v. 15. [i] August. refert corpus S. Vincentii expositum feris à coruo mirabiliter defensum, & proiectum in aquas mergi non potuisse. [k] Sulpitius apparuisse in corpore S. Martini, figuram glorificati hominis. [l] Corpus sancti Eduardi Angliæ Regis, an. 36. ab obitu inuentum est omninò integrum, plenum succo, atque flexibile ac si tunc viueret. Se quoque vidisse incorruptum corpus m B. Catharinæ Bononiensis, & B. [n] Claræ apud montem falcum in Vmbria, & [o] Agnetis Politianæ testatur Bellarminus hoc in loco.

Vndecimò, ex Inuentione sanctorum corporum per reuelationem habita. Geruasii, & Protasij apud [h] Ambrosium. Stephani, & Nicodemi, in epistola Luciani, [q] Nestabi & Eusebii martyrum fratrum. [r] Abachuc, & Michææ, apud Sozomenum. Capitis [f] Ioan. Baptistæ & [t] corporis sancti Barnabæ apud Bedam.

Duodecimò, ex translatione reliquiarum. Nec enim negari potest hoc spectare ad honorem sanctorũ. translata fuerunt ergo ossa Ioseph Patriarchæ ex Ægypto in Palæstinam, Petri & Pauli à Catacumbis partim ad Vaticanum, partim ad prædium Lucinæ in via Hostiensi. [u] Samuelis à Iudæa in Thraciam cum tanto honore, vt in vase aureo ab Episcopis portarentur reliquiæ, comitante tanta populorum frequentia, vt à Palestina vsque Chalcedonem iungerentur examina populorum. [x] &c.

Decimotertiò, Reliquias sub altaribus recondi honorem importare testantur [y] Aug. & [z] Hieron. sem-

c sermone de SS. Geruasio, & Protasio.
f 22. Ciuit. cap. 8.
g in Hilarionē.
h orat. in ss. Iuentum, & Maximum.
i sermone 2. de S. Vincentio.
k epistola ad Basfulam de obitu sancti Martini.
l ita author vitę Eduardi apud Surium mense Ianuario.
m ante annos 100. defunctæ.
n ante ann. 300 obiit. In eius corde dicuntur ab oculatis testibus conspici instrumenta Dominicæ passionis ex ipsa carne formata.
o ante 300. annos floruit viua.
p in epist. hac de re quam Surius refert. & apud Aug. 9. conf. 7.
q Sozomen. 5. c. 8.
r lib. 7. cap. vlti.

f lib. de 6. ætatibus in Martiano. t in Zenone. u Hieron. contra Vigilantiũ. x Vide Ambrosium initio exhortationis ad virgines. August. 4. confess. 7. Chrysostom. libr. de sancta Babyla Sozomenum 7. cap. 10. quo agit dę translat. reliquiarũ sancti Meletij Antiocheni. y serm. 11. de sanctis. z contra Vigilantium.

per enim altaria in magno fuerunt honore, ita vt inter ritus Christianos [a] Tertullianus numeret, aris Dei adgeniculari. At reliquias sanctorum sub altaribus recondi docent [b] Ambros. [c] Hieron. August. [d] Sozom. Concil. [e] Carthag.5. videturque ista consuetudo cœpisse Apostolorum tempore. Ideo namque Ioanni Apocal. 6. [f] ostensæ fuerunt animæ martyrum sub altari, quia eorum corpora sub altaribus requiescunt in terris.

a *libro de Pœnitentia.*
b *proxime supra*
c *supra.*
d *5.cap.8.*
e *can. 14.*
f *v.9.*

Decimoquartò, lumen accendere etiam ante res inanimatas signum honoris esse: constat ex [g] candelabro indesinenter lucente ante testimonii arcam. At iam à longo tempore viguisse morem accendendi cereos coram reliquiis Sanctorum patet ex obiectione Vigilantii apud Hieron. *Videmus* (inquit) *moles cereorum sole fulgẽte accendi, &c.* [h] Constantinus quoque inter alia dona obtulit sacris Petri, Pauli, & Laurentii reliquiis candelabra, & lucernas multas, quæ perpetuo ardere deberent nec est credibile aliquid obtulisse inusitatum Ecclesiæ.

g *Exodi 25. ad finem.*
h *1.tomo Conciliorum in vita Syluestri.*

Decimoquintò, [i] ratione ab vtili: viso enim sepulchro, vel reliquiis sancti alicuius, statim recordamur patientiæ, charitatis, castitatis, pietatis, &c. Et gloriæ eius in cœlo, pro breui huius vitæ labore.

i *est Chrysost. lib. de S.Babyla.*

Decimosextò, ab honesto, primo quia corpora sanctorum fuerunt, animarum organa ad omne opus bonum. 2. Instrumenta Dei ad miracula. 3. Sunt pignora patronorum nostrorum. 4. Exuuiæ charissimorum. 5. designata ad gloriam inæstimabilem.

Soluuntur argumenta.

CAP. IIII.



AD. 1. respond. [quidquid sit, Dominum non reprehendere Iudæos ob sepulchra Prophetarum simpliciter, & per se ædificata, vel ornata ab eis: nam vt patet ex Luca arguuntur consentire operibus Patrum suorum, Patres autem eorum, a non ædificauerant, aut ornatant Prophetarum sepulchra.] 2. b reprehendi solùm quod non tantùm minimè imitabantur Prophetas, quorum ornabant sepulchra, sed etiam testificarentur, se filios esse eorum, qui occiderant Prophetas: atque ædificando huiusmodi sepulchra consentirent neci Prophetarum. c Nam qui sepelit mortuum, non semper id facit in honorem mortui: sed aliquando etiam vt compleat actum homicidæ: ordinariè enim sepeliuntur occisi [à propinquis homicidæ] vt scelus lateat.

Ad. 2. resp. 1. vt minimum in sepulchris adesse memoriam Sanctorum quæ per se honorabilis est. 2. ordinariè adesse alteram partem substantiæ illorum, nimirum materiam animatam aliquando, & rursus animandam animabus Deo gratissimis.

Ad 3. non esse periculum idololatriæ inter Christianos, sicut erat inter Iudæos: hic enim populus ad eam fuit (maximè post mortem Moysi) d propensissimus. At inauditum est Christianos vsquam reliquiis sanctorum honores attribuisse diuinos.

a [*Nam hoc ibidem & Math. 23. attribuitur ipsis Pharisæis*]

b *Ita Hilarius, Hieron. Chrysost. Theophyl. in 23. Mathæi Ambros. ac Beda in 11. Lucæ.*

c *Ita Caietanus Chrysost. verò supra rationem reddit huius rei quod Pharisæi ædificarent hæc sepulchra vt potentiam maiorũ suorum ostenderent. Hieronymus autem. Quia ex superbia antiqui occiderant Prophetas, recentiores verò ædificarent sepulchra ex superbia, & Ambitione.* d *Et quamuis non adorauerit Mosem viuentem: tamen periculum erat, ne id faceret post mortem: non enim solebant Ethnici viuos adorare: sed defunctos iam incipiebant eis diuinos largiri honores.*

Ad.4.resp.1. Paulum nullo modo velle carnem, & passionem Domini esse obliuioni tradendam, cum ipse Christus in institutione Eucharistiæ dixerit, e *Quotiescunque manducabitis panem hunc & calicem bibetis, mortem Domini annunciabitis donec veniat.* Et Paulus ipse. f *Recogitate eum, qui talem aduersus semetipsum à peccatoribus sustinuit contradictionem.* 2. sensum Pauli esse iuxta interpretes antiquos omnes, & g Concil.7. *si nouimus aliquando Christum mortalem, & passibilem, nunc non nisi immortalem, atque impassibile.* Eadem phrasi vtitur. 1. Corinth.15. v. 50. *Caro, & sanguis regnum Dei non possidebunt.* [Vel iuxta Caietanum. *Cum essem in Judaismo Christum credebam carnali Jmperio regnaturum: nunc autem edoctus fide, cognosco, & credo Christum spiritualiter regnantem.*]

e 1.*Corinth.*11. *v.*25.
f *Hebræor.* 12. *v.*3.
g *Actione.*6.

Ad. 5. Resp. 1. negatur Maior. Nam hic cultus est inspiratus à Deo, vt patet supra ex scripturis citatis. 2. negatur minor quia ἐθελοθρησκεία non id significat, sed, cultum superstitiosum, vt noster vertit interpres, siue falsam religionem iuxta h Hieron.

Ad. 6. negatur propositio. Nam cultus reliquiarum est idololatriæ detestatio. Martyres namque mortui sunt, vt idololatriam euerterent, qui ergo martyrum reliquias colit indicat se de idololatriæ destructione gaudere. Vnde Christiani in translatione reliquiarum Babylæ canebãt: i *Confundentur omnes qui adorant sculptilia.* Ad. 1. probationem, respond. 1. Si id ad Idololatriam spectaret. Ergo & accendi cereos ad Euangeliũ, & cum mortui deferuntur ad sepulchrum: quorum vtrumque fuisse antiquitus in vsu Ecclesiæ docet k Hieronym. 2. non offerri martyribus cereos tanquam sacrificia, sed accendi in lætitiæ signum, & sanctorum gloriæ. Vigilantius autem non solum vsum cereorum obiecerat, sed quod putarent nonnulli inde illustrari martyres. Respondet ergo Hieronym: & Vigilantio: cum ait, *Id putari à mulierculis quibusdam &c.* Et nostris hereticis, hoc modo: *Causabantur quondam, & Apostoli, quòd periret vnguentum, sed Domini voce correpti sunt, neque enim Christus egebat vnguento, nec Martyres lumine cereorum: & tamen illa mulier in honore Christi fecit, deuotioque*

h *Epistola ad Algasiam q.* 10.
i *Apud Ruffinũ* 1.*cap.*35. *histor.*
k *Ad Euangelium accendi, tradit libro contra Vigilantiũ, Ad funera, in vita Paulæ.*

mentis eius recipitur: & quicumque accendunt cereos secundum fidem suam, habent mercedem. Illud fiebat idolis, & idcirco detestandum est: hoc fit martyribus, & idcirco recipiendum.

Ad. 2. solum reprehendi quosdam, qui sacrificium panis & vini aliarumque epularum manibus [quibuscunque indiscriminatim] defunctorum offerebant:
18. *Ciuit.* 27. deinde iisdem cibis ingurgitabantur. 2. Id Augustinū scripsisse initiò conuersionis suæ, postea l verò docuit meliores equidem Christianos id non facere: qui tamen faciunt non sacrificare martyribus defunctis: sed super tumulos Sanctorum epulas ponere: vt à Deo per merita martyrum sanctificentur.

Ad septimum negatur propositio, de reliquiis publicè ad venerationem expositis in templis: semper enim diligenter Ecclesia curauit ne fraudes fierent.

Ad primam probationem, loqui August. de Reliquiis à priuatis hominibus circumlatis.

Ad secundam vniuscuiusque Sanctorum vnum esse corpus, quod tamen ideò dicitur in variis haberi locis, quòd pars, aut particula eiusdem habeatur. Nam vt (inquit m Theodoret) rarò martyrum corpora inueniūtur in vno monumento integra.

m *Libro. 8. de Martyribus.*

DE CVLTV IMAGINVM.

De nomine Imaginis, Idoli, & simulachri.

CAP. V.

a *In voce* εἴδωλον.



Enricus Stephanus in suo a thesauro linguæ Græcæ vult Idolum significare apud Ecclesiasticos omne simulachrum, numē aliquod repræsentans, quod cultu, & honore dignamur. Vnde *Sequitur* (inquit) *imagines Christi & Sanctorum, & præcipuè Trinitatis rectè vocari Idola.*

At ſeptima Synodus Act.5. & 7. dicit anathema vocātibus Chriſti & Sanctorum imagines idola, Ergo non rectè loquitur Henricus Stephanus. imago igitur propriè, *eſt vera rei alicuius ſimilitudo*. Eſt enim ab imitando dicta. Idolum autem: *falſa ſimilitudo*, id eſt quæ inſtituitur ad repræſentandum, id quod reuera non eſt [ſaltem eo modo quo intenditur repræſentari.]

Primò, quia ſcriptura nuſquam tribuit nomen idoli vlli veræ imagini ſed ſolùm ſimulachris gentilium, quæ certè referebant Deos fictitios id eſt qui tales non erāt. Vocatur filius Dei imago Patris Sap. [b] 7. [c] Coloſſ. & [d] Hebræor. 1. At nuſquam idolum. Dicitur [e] Salomon feciſſe ad ornatum templi imagines Leonum, boum palmarum &c. & Cherubim ad ſimilitudinem hominum: ſed nuſquam vocantur Idola: quia nimirum res veras repræſentabant.

Secundò, quia in veteri teſtamento idola vocantur ordinariè אלילים *vana, inutilia*, ſiue *falſa:* vel [g] אובים *auanim, mendacia iniquitates &c.* interdum, שקר *ſcheker* mendacium Habacuch. 2. v. 18. *Quid prodeſt ſculptile, quia ſculpſit illud fictor ſuus, conflatile,* ומורה שקר *Vmoreh ſcheker, Et docens mendacium?* quod vertit noſter interpres. *Et imaginem falſam.*

Tertiò, quia [h] teſte Paulo nihil eſt idolum, nimirum quia licet ſit aliquid ſecundum materiam, nihil eſt tamen formaliter, cum repræſentet quod nihil eſt. Vnde Plato in Theeteto [i] idolum cum mendacio coniunxit.

Quartò, quia [k] Hieronym. paſſim confert hæreſes cum idolis: vt ſicut idolum eſt falſa imago, ſic hæreſis ſit falſa imaginatio.

Quintò, quia ex proprietate vocis, εἴδωλον ſignificat formam paruam (eſt enim diminutiuum ab εἶδος) non quantitate ſola, ſed perfectione. [l] Eſt namque propriè, imago inanis, qualis cernitur in vmbra hominis, & imaginationibus, quibus ſæpe nihil reſpondet in re, ac cuiuſmodi ſunt ſpectra, & mortuorum vmbræ. Inde propterea ſcriptores ſacri & Eccleſiaſtici DD. vocarunt ſtatuas falſorum Deorum idola, quia inanes ſunt quoad formam, id eſt repræſentationem.

b *V.* 26.
c *V.* 15.
d *V.* 3.
e 3. *Regum.* 7.
f אליל *Elil ſingulare Elilim, plurale Leuitici* 19. *v.* 4. *& cap.* 26. *v.* 1.
g *Singulare* און *Auen. Numeror.* 23. *v.* 21. *& Oſeæ.* 6. *v.* 8.
h 1. *Corinth.* 8. *v.* 4. οἴδαμεν ὅτι οὐδὲν εἴδωλον ἐν κόσμῳ. *Scimus quia nihil idolum in mundo.*
i ψεύδη, καὶ εἴδωλα περὶ πλείονος ποιησάμενοι τοῦ ἀληθοῦς. *mendacia, & idola pluris faciunt, quàm veritatem.*
k *In* 2. *Habacuch & 13. Zachariæ.*
l *Ita exponit Euſtathius in.* 11. *Odyſſeæ.*

m 6. *de vero cultu cap.*10. & 13.
n *Actor.* 15. *v.* 20.1. *Ioan. vltimo. v.* 21. &c.
o *In Psal.* 1;5.
p *In.* 7. *Oseæ.*
q 6. *Æneidos.*
r *Libro.* 4.
ſ *Supra* & *Georgic.* 4.

Simulachrum videtur communius nomen, & tam ad veram, quam falſam imaginem referri. Nam m Lactantius vocat hominem Dei ſimulachrum: quaſi à ſimilitudine dictum. Nihilominus magis ſignificat idolum quaſi à ſimulando dictum ſimulachrum. Primò quia n vbi Latinus interpres poſuit ſimulachrum in ſcriptura ſemper eſt in Græco εἴδωλα. 2. Auguſtinus dicit Latinos ea vocare ſimulachra, quæ Græcos idola. 3. P Hieron. ait ſic opponi ſimulachrum Deo, ſicut mendacium veritati quod ſimulachrum repræſentet Deum falſum. 4. ſicut Homerus. 11. Odyſſeæ, & Lucianus in dialogo de mortuis vocant εἴδωλα animas mortuorum, quas q Virgilius cauas imagines, & vmbras, quod videantur ſolida quædam corpora, & non ſint: ſic r Lucretius & ipſemet ſ Virgilius eaſdem vmbras, paſſim ſimulachra vocant.

De Principibus Iconomachorum.

CAP. VI.

a *Verbo, Imago.*
b 7. *epiſt.* 109. & *libro.* 9. *ep.* 9.
c *Teſte Adone in Chronico* & *Ionæ libro.* 1.

ALphonſus a à Caſtro inter Iconomachos repoſuit Sanctum Epiphanium epiſt. ad Ioannem Hieroſolym. Item Serenum Epiſcopum Maſſiliæ reprehenſum hac de re à b Gregorio. 1. ac quemdam Fœlicem in Concilio Franconiæ. Sed pro Epiph. dicetur infra. cap. 9. in reſponſione ad. 5. Sereni zelum laudat Gregorius quod imagines fregerit quia videbat eas à Chriſtianis recenter conuerſis adorari pro diis: verum reprehendit, id feciſſe quod nullus antea Epiſcopus fecerat, & monet, vt præmiſſa inſtructione ad populum de ratione imaginum, eas ſinat reponi in templis. Fœlix ille non eſt alius quam Epiſcopus Vrgelitanus, damnatus in Concilio Francofordienſi, c tantùm autem docuit Chriſtum eſſe filium Dei adoptiuum: quia tamen eadem Synodus damnauit Græcorum Synodum contra imagines, putauit Alphonſus hac etiam hæreſi labo-

laboraſſe Fœlicem. d Nicolaus Sanderus primos iconomachos facit Manichæos: tum quia id videtur indicare Tharaſius in e 7. Synodo, tùm quòd Fauſtus Manichæus apud Auguſtinum gloriatur à ſuæ hominibus ſectæ Deum ſine ſimulachris coli. Sed Tharaſius non ait Manichæos reſpuiſſe imagines. Sed Iconomachos ſimiles Manichæis negantibus Chriſtum habuiſſe verum corpus. Qui enim negat Chriſtum depingi poſſe, videtur exiſtimare Chriſtum non habuiſſe corpus verum. Fauſtus autem non loquitur, de imaginibus ſanctorum: ſed Dei.

Primi ergo Iconomachi ſunt Iudæi, qui in f Thalmud edito primùm anno. 476. Chriſti, docent Chriſtianum Eccleſias eſſe idololatriæ domos, & quidem propter imagines, vt patet ex. 7. Synodo, quo frequenter Iudæi appellantur Iconomachi.

Circa idem tempus extitit Zenone Imperante g Xenaias Perſa infidelis ſeruus, & fugitiuus, qui ſe Chriſtianorum ſimulans in Epiſcopatum irrepſit. Hic quãquam apertè ſuaſerit non eſſe venerandas imagines, non conſtat tamen perſuaſiſſe, niſi fortè quibuſdam.

Poſt annos ferè centum, Iuſtino iuniore imperante, h Samaritani quidam in Eccleſiam quandam irrumpẽtes, ferociſſimè graſſati ſunt in Chriſti ſanctorumque imagines.

Non diu poſt, Mahumetes i interdixit ſuis vſum imaginum in templis. Poſt fermè. 100. annos id eſt poſt annum. 700. k Hebræus quidam maleficus Ezidi Arabum Regi Mahumetano promiſit. 30. annos vitæ, ſi iuberet ex Eccleſiis Chriſtianorum ſuæ ditionis exturbari imagines Chriſti, & ſanctorum, ac comburi. Cui cum Rex paruiſſet immiſſis Arabibus, & Hebræis, anno ſequenti obiit. Et Hebræus tanquam impoſtor turpiſſimè coactus mori à ſucceſſore Ezidis.

d *Lib. 1. cap. vltimo de imaginibus.* e *Act. 5. [Imitati enim Hebræos, Saracenos, Gentiles, Samaritas, item Manichæos, Phantaſiaſtas, & Hæreticos ſanctarum imaginum vſum prohibere voluerunt. Et in. 1. actione poſt fragmentum Epiſtolæ Athanaſii ad Ruffinianum inuenimus & Manichæos reſpuiſſe imagines. Vnde Gabriel. Vazquez libro. 2. de Adoratione diſputatione. 2. cap. 1. Et propter teſtimoniũ Fauſti apud Auguſtinum libro 20. contra ipſum cap. 3. quo Fauſtus vult in eo ſe diſtingui à paganis quod nulla colat ſimulachra arbitratur veriorem Sanderi opinionem.]* f *Ord. 2. tract. 1. diſt. 2.* g *Apud Nicephorum libro. 16. cap. 27. & Cedrenum in compendio.* h *Vt patet ex epiſtola Simeonis Eremitę ad Iuſtinum Imperatorem, quæ habetur in. 7. Synodo act. 5.* i *Cap. 15 & 17. Alcorani.* k *Ita refert 7. Synodus act. 5. Cedrenus, Zonaras, Niceta in Leone Iſauro.*

Paulò post Leo Isaurus, à Iudæis similiter persuasus, idem iussit & Christianos renitentes neci tradidit. Impietatem patris sequutus est Constantinus Copronymus Imperator [l] Necromanticus, & Nestorianus.

Post annum. 800. Leo Armenus, Michael Balbus, & Theophilus Imperatores Græci bellum contra imagines renouauerunt, in Oriente: & [m] Claudius Hispanus, Episcopus Taurinensis in Occidente, qui imagines omnes, & cruces è templis suæ diæcesis abstulit.

Circa annum. 1372. Ioan. [n] Vviclef obiter attigit imaginum oppugnationem: sed discipuli eius acrius.

Nostro sæculo primus è [o] templis imagines deiecit Andræas Carolstadius an. 1522. reprehensus tamen à Luthero, quòd id sine sua authoritate fecisset: Carolstadium dicto & facto sequuntur [p] Caluinistæ omnes.

l *Ita Zonaras, & Cedrenus.*

m *Tempore Ludouici Py.*

n *Vide Vualdensem tom.3.tit.19*

o *Teste Cochlæo in vita Lutheri.*

p *Caluin. 1. cap. 11. & libro. 4. cap.9.§.9. Institut. acriter reprehendit imagines. Similiter Magdeburg. Centuria. 8. 9. & 10.*

Licere imagines facere, & habere.

CAP. VII.



PRimò, quia Dominus Exodi. 25. v. 18. Salomon. 3. Regum. 6. v. 23. fieri curarunt imagines Cherubim.

Respondent Iudæi id licitum Deo fuisse præcipere, sicut præcepit, furtum Iudæis erga Ægyptios Exod. 12. nobis tamen id prohiberi. Contra, Primò si est aliqua imaginum prohibitio, hæc ad præcepta decalogi spectat, quæ cum sint de iure naturæ excepto illo de die Sabbathi, per se mala sunt: & proinde quorum contrarium nequit à Deo præcipi. Non enim mandauit furtum Exod. 12. sed vt Dominus donauit Iudæis bona Ægyptiorum. 2. si prohibentur imagines nobis, id erit propter Idololatriæ periculum. At idem imminet, si Deus illas fieri iubeat, imò, eo magis quo habentur tunc diuiniores.

Probatur secundò, nostra sententia: nusquam legitur prohibitum, id quod fini legis non aduersatur: finis autem præceptorum tabulæ primæ est seruari Deo suum illibatum honorem. At imago saltem minimè facta ad venerationem, non aduersatur honori Dei. Dices est causa idololatriæ. Nihil refert, nam hoc modo etiam sunt, sol, luna, & multa alia, per se alioquin bona.

Tertio, quia ars pingendi, & sculpendi est per se bona, & à Deo: eam enim dedit a Beseleel, & Ooliab.

a *Exodi. 31. & 35.*

Quartò, quia Deus est author omnium imaginum naturalium, & artificialium. Genuit enim proprium filium, creauitque hominem ad imaginem suam.

Quintò, imago est necessaria naturaliter. Nam omnia naturalia producunt aliquid sibi simile, homo quidquid cognoscit siue sensu, siue intellectu: per imagines percipit: non possumus in lumine versari quin corpora nostra vmbram efficiant, quę est corporis imago.

Sextò, Iudęi tempore Christi habebant Cęsaris nunc verò aliorum principum imaginem in nummis, & multorum etiam aliorum in aulęis.

Obiicitur illud Exodi. 20. *Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem quæ est in cælo desuper, & quæ in terra deorsum, nec eorum quæ sunt in aquis sub terra.*

Respondet Ambrosius b Catharinus prohiberi quidem imagines simpliciter sed illud pręceptum fuisse c positiuum, & temporale, quod proinde ad Christianos non transiit.

Contrà d morale pręceptum cuiusmodi esset illa prohibitio obligat semper, nec in eo, dispensantur Christiani.

Caietan. e ait non esse prohibitum facere imaginem aut Idolum: sed solùm ne quis sibi faciat, vt eam habeat pro Deo: non enim dicitur simpliciter: *Non facies sculptile*, sed, *non facies tibi &c.* Contra. 1. immeritò Caietanus imaginem, & idolum pro vno accipit. 2. videtur velle licere fidelibus idola gentibus facere cuius contrarium euidentissimis rationibus probat Tertullianus libro de Idololatria.

b *Opusculo de imaginibus.*

c *Propterea Dominum iussisse fieri imagines Cherubim vt ostenderet non esse imagines per se malas.*

d *Nam Augustinus passim affirmat Decalogum, excepta lege de Sabbatho à Christianis seruandum, & nominatim illud: Non facies tibi sculptile. vide. 15. cõtra Faustum. 4. & 7.*

e *In 10. Exodi.*

Respondeo ergo, cùm dicitur in Decalog. *Non habebis Deos alienos*, prohiberi actum interiorem idololatriæ: cùm additur: *non facies tibi sculptile &c.* exteriorem prohiberi. Et proinde hæc duo ad vnum spectare præceptū. Nam alioquin non essent tantùm. 10. decalogi præcepta vt vult scriptura. Constat enim vnum & primum præceptum esse: *Non habebis Deos alienos*. 3. *non assumes nomen Dei in vanum*. 4. *Sabbatha sanctifices*. 5. *honora parentes*. 6. *Non occides*. 7. *Nō mœchaberis*. 8. *Non furaberis*. 9. *Non dices falsum testimonium*. Hæc sunt octo præcepta, illud ergo non concupisces si diuidatur in [f] duo iam erunt. 10. si addas: *non facies tibi sculptile*. inuenies vndecim. Si non [g] diuidatur, erunt nouem. *Non facies tibi sculptile*, quia distinguitur à primo faciet decem & quia non potest coniungi (si prohibeantur simpliciter imagines fieri) cū illo. *Non adorabis ea*, quòd aliud sit facere simpliciter sculptile: aliud adorare: iam vndecim erunt. Nam, *Non adorabis ea*, neque coniungetur cum præcedentibus, neque sequentibus. Necesse est ergo dicere, vel vnum esse præceptum: *Non habebis Deos alienos, non facies tibi sculptile &c. & non adorabis ea.* Et tunc præceptum: *non concupisces* diuidendum in duo. Vel vnum esse. *Non habebis deos alienos*, & *non facies tibi sculptile*: deinde secundum: *Et non adorabis ea*: vel, primum. *Non habebis Deos* &c. secundum: *Non facies sculptile, & non adorabis.*

Et ita quoquo modo sumatur, solùm prohibebitur imago non simpliciter, sed ne adoretur [h] pro Deo.

f *Vt diuidit Clemens. 6. stromatum Augu§t. q. 71. in exodum, & communiter scholastici. 3. distinct. 37.*

g *Iuxta Philonem libro de Decalogo ante medium Ioseph. 3. Antiq. 6. & 8. Orign. homil. 8. in Exod. Ambros. & Hieron. in 6. ad Ephesios.*

h (*Alij volunt non quidem prohiberi omnino imagines: neque prohiberi solùm ne adorentur latria, sed omnes prohiberi accōmodatas, vel erectas vt aliquo honorentur cultu.*

Non esse prohibitas imagines Dei.

CAP. X.



Egat [a] Caluinus, Primò, quia scriptura prohibet illas [b] Exodi. 20. *Deos aureos, & argenteos non facietis* [c] *mecum*, id est non facietis imagines quæ repræsentent Deum. Deuteronom. [d] 4. *Obserua teipsum, ne fortè deceptus facias tibi vllam similitudinem*, scilicet Dei. Isaiæ. 40. v.

a 5. *Instit.* 11.

b *V.* 23. *& ex Catholicis Abulensis in. 4. Deuteron. q. 5. & alij pauci.*

c *Alij legunt vobis sed in Hebræo est* אִתִּי, *itti mecum.*

d *V.* 16.

18. Cui similem fecistis Deum? Aut quam imaginem ponetis ei. 46. v. 5. Cui assimilastis me? &c. Actor. [e] *17. Non est existimandum auro, vel argento, aut lapidi artis sculpturæ, & cogitationis hominum, diuinum esse simile.*

Secundò, *Placuit* (inquit Concil. Elibertinum) *in templis non haberi picturas, ne quod colitur, vel adoratur, in parietibus depingatur.*

Tertiò [g] Euseb. & [h] Lactant. scribunt omnes quorum simulachra videmus, homines fuisse mortales. Ergo nullum erat simulachrum immortalis Dei.

Quartò [i] Aug. ait nefas esse Deo simulachra ponere. Quintò, refert idem. 4. Ciuit. 19. & 31. Varronem dicentem dempsisse timorē, & errorem auxisse, qui primi Deorum induxerunt simulachra. Sextò, conquerentem Senecam [k] introducit, inuiolabiles Deos in materia vilissima, atque ignobili dedicari. Septimò, [l] Origen. docet nullam Dei imaginem Christianos habere, vt pote incorporei.

Octauò, Patres. [m] 7. Synodi asserunt Christum rectè pingi, quia homo est, Deum pingi non posse. Nonò, [n] scriptura vocat imaginem ligneam, vanitatis doctrinam, & conflatile mendacii [o] doctorem. Decimò, quia est impossibile, rei incorporeæ imaginem fieri. Vndecimò, imagines fiunt absentium: Deus autem vbique est præsens. Duodecimò, idolum est falsa repræsentatio rei. At per imagines, Deus falsò repræsentatur. Igitur imago Dei est idolū. At idolū Dei facere non licet. Decimò.3. [p] Caranza testatur prohibitam fuisse in [q] Synod. imaginem Christi in forma agni & spiritussancti in forma columbæ. Asserimus tamen *Licere pingere imagines Dei patris in forma senis & spiritussancti in forma columbæ.*

Primò, quia Deus visus est corporea specie Genes. 3. 28. Exod. 33. 2. [r] Esaiæ 6. Amos. 9. Daniel. 7. quo describitur antiquus dierum in throno, tradens filio hominis, id est Christo regnum. Ergo talis poterit pingi qualis visus est.

Respondet Calu. hæc fuisse in præludium incarnationis contra. 1. Non contendimus quo fine hæc facta fuerint: sed tantùm ea licere forma pingi Deum qua visus

e *V. 29.* οὐκ ὀφείλομεν νομίζειν χρυσῷ, ἢ ἀργύρῳ ἢ λίθῳ χαράγματι τέχνης καὶ ἐνθυμήσεως ἀνθρώπου, τὸ θεῖον εἶναι ὅμοιον.

f *Can. 36.*

g 1. *Præparat. 6. & lib. 2. cap. 8.*

h 1. *Diuinar. Instit. 15.*

i 1. *de fide, & Symbolo cap. 7.*

k 6. *Ciuit. 10.*

l 7. *contra Celsū in fine, & Joannes Damascen. 4. de fide 17.*

m *Act. 4. 5. & 6*

n *Hierem. 10. v. 8.*

o *Habacuch. 2. v. 18.*

p *In summa Conciliorum.*

q *Can. 82.*

r *Et. 3. Regum vltimo, v. 19.*

est.2. Daniel. 7. describitur Deus pater, hic autem incarnādus non erat: neque etiam spiritussanctus quamuis apparuerit in specie Columbæ.

Secundò, Angeli sunt incorporei, & tamen fuere depicti, [s] & sculpti in Testamento veteri. At si quæ esset ratio non pingendi Deum, certè quia incorporeus est.

Respondet Caluin. Angelos fuisse depictos ad pædagogiam legis veteris: nunc autem præteriisse illud puerile sæculum. Cōtra. 1. nihil refert ad quem finem, dummodò liceat illos depingere. 2. quidni etiam ad nostram pædagogiam poterit Deus depingi? sicut enim præteritum sæculum puerile fuit respectu nostri, sic nostrum respectu futuri in cælo.

Tertiò, scriptura Deo tribuit humana membra, nominat caput, pedes, brachia &c. Ergo talis exhiberi poterit in pictura, qualis in scriptura.

Respondēt id rectè, quod scriptura alibi doceat Deū incorporeum esse, verum eadem etiam docet metaphoricè esse accipiendas imagines Dei. Idiotæ verò debent à concionatoribus, & Prælatis instrui, vt monet [t] Trident. Concilium. Nec enim contendimus imagines Dei indiscretè exhibendas: sed solùm non esse generaliter damnandas.

Quartò, pinguntur virtutes quę non solùm spirituales sunt, sed etiam accidentia: & proinde minus quę exprimi queant quidni ergo Deus?

Quintò, ex vsu Ecclesiæ. Iam enim vbique ferè receptæ fuerunt huiusmodi imagines: nec credibile est Ecclesiam toleraturam, vniuersaliter aliquid illicitum.

Sextò, [u] concil. 7. approbat imaginem spiritussancti in forma columbæ, & [x] Tridentinum imagines Dei, præcipuè in picturis historiarum.

Ad Primum. Tribus modis aliquid posse pingi: primò ad exprimandam perfectè similitudinem formæ, siue rei atque hac ratione Deus, & res incorporeę repræsentari nequeunt idque solùm volunt testimonia in argumento [y] citata. 2. ad historiam aliquam oculis

[s] *Exodi. 25. v. 18. & 3. Reg. 6. v. 23.*

[t] *Sess. 25.*

[u] *Act. 5.*

[x] *Sess. 25.*

[y] *Quæ ex Exod. 20. & Isaiæ. 40. & 46. videatur potius ad literā agi, non de imagine facta ad Deum repræsentandum, sed de quibuscumque simulachris pro Deo habitis: & proinde hæc loca nō esse ad rē: conqueritur enim Deus quod Judæi simulachra pro Deo colerent. & sic Deo vero lignum simile facerent.*

exhibendã,& hoc modo Deus pingi poteſt: non enim intenditur repreſentari ſecundum ſuam naturam, ſed ſolum, qualis in ſcriptura deſcribitur. 3. extra hiſtoriã, ad explicandam rei naturam, non per propriam ſimilitudinem,ſed analogam,ac metaphoricas,& myſticas ſignificationes: quomodo pinguntur Angeli iuuenes alati, formoſi &c. Ad ſignificandum eos immortalitate donatos, celeres, ſplendidos gloria &c. atque etiam hoc modo Deus pingi poterit.

Ad 1. reſponſio [z] infra. Ad 3. loqui hos PP. de idolis gentium. Ad 4. agere de imagine primi generis. Ad 5. meritò hæc dixiſſe Varronem: quia ita proponebantur ſimulachra Deorum, vt reuera putarentur dii. Ad 6. eadem reſponſio, vel quòd arbitrarentur gentes Deos eſſe ſimulachris ſimiles. Ad ſeptimum,& octauum vt ad 4. Ad nonum non reprehendi imaginem propriè dictam, ſed tantùm idolum. Ad decimum impoſſibile eſſe in primo genere,non autem ſecundo,& tertio.

z *Cap. ſequenti in reſpon. ad 2.*

Ad vndecimum [1. negatur, nonne tot homines ſuam propriam habent in domibus imaginẽ.] 2. etſi id foret verum,ideò tamen, quia res abſentes non videntur. At Deus etſi vbique præſens, tamen non videtur. Ad 12. admittitur minor, de imagine impropriè dicta, id eſt de ſimilitudine primi generis. eſt enim reuera idolum:non autem de propriè dicta, id eſt ſecundi, & tertii generis. Non enim hac intenditur repræſentari natura Dei vt in ſe eſt: ſed vel hiſtoria depingi, vel repreſentari Deum ſicut apparuit, aut eius proprietates per metaphoras aliquas. Ad 13. decipi Caranzam. Non enim eas figuras Concilium arguit ſed illis anteponit imagines Chriſti in forma humana. Vnde [aa] in ſeptima Synodo approbatur imago ſpiritus ſancti in forma columbæ [bb] legiturque Adriani epiſtola ad Tharaſiũ qua dicitur laudata in Sexta ſynodo imago Chriſti in forma Agni: videtur autem deceptus Caranza, ex ipſo can. 82. Sextæ ſynodi qui non habetur in hac ſynodo integrè, ſed corrigendus eſt error ex. 7. ſynodo. In qua iſte canon ſæpius producitur integer.

aa. *actione. 5.*

bb *Act. 2.*

Imagines in templis recte collocari.

CAP. IX.

a *Instit.* 1. *c.*11.



Egat [a] Caluin. primò, quia primis quingentis annis non fuerint vllæ imagines in templis Christianorum. Secundò ex Concil. Elibertino capite precedenti.

Tertiò, quia nequit imago in sublimi loco statui templi, quin statim aliquod erigatur signum idololatriæ. *Cum his sedibus* [b] *(* inquit Aug.) *locantur honorabili sublimitate, vt a precantibus atque immolantibus attendantur, ipsa similitudine animatorum membrorum, atque sensuum, quamuis sensu, & anima careant, afficiunt infirmos animos vt viuere, ac spirare videantur.* Item. [c] *Hoc enim facit, & extorquet quodammodo illa figura membrorum, vt animus in corpore viuens magis arbitretur sentire corpus, quod suo simillimum videat.* Et paulo post, *Plus valent simulachra ad curuandam infelicem animam, quod os, oculos, aures, pedes habent: quàm ad corrigendam, quòd non loquuntur, neque vident neque audiunt, neque ambulant.* Ac ibidem docet in templis Christianorum esse quidem vasa aurea, & argentea, sed non talia, quæ os habeant, & non loquantur: confirmatur. Ioan. 1. ca. [d] vltimo non dixit cauendum à cultu simulachrorum, sed a simulachris ipsis: quia nimirum nequeunt haberi in templo quin adorentur.

b *epist.* 49.

c *in psal.*113.

d *v.*21.

Quartò, templa instituta sunt pro viuis, & a Deo institutis imaginibus nimirum baptismo, & cæna. Ergo non pro mortuis.

Quintò, [e] Epiph. ep. ad Ioan. Hierosoly. contra scripturam esse contendit in Ecclesia pendere imaginem hominis nimirum Christi, vel alicuius sancti.

e *ita Caluin.* 4. *c.*9.§.9.

Sextò, Adrianus Imperator in gratiam Christianor. templa extrui iussit sine simulachris teste Lampridio in Alexandro. Contra, primò, [f] erant imagines Cherubin in templo Salomonis: quamuis ille populus ad

f *Exod.* 25. & 3. *Regum.*6.

Idololatriam maximè pronus esset. Secundò, Ecclesia primis quingentis annis imagines sanctorum in templo habuit. Tertull. testatur depictum fuisse Christum g in sacris Ecclesiæ calicibus (qui certè in templis seruantur) ad modum pastoris, ouem errantem humeris gestantem h Damasus, Constantinum in loco sui baptismi posuisse agnum ex purissimo auro, & ad dextram eius, statuam saluatoris, ac Ioannis ad læuam, argenteam vtramque in Lateran. Ecclesia, argenteas item, saluatoris, Apostolorum 12. & Angelorum quatuor. Basilius oratione in sanctum Barlaam ostendit imaginem Barlaam in templo alicubi depictam, & ait se gaudere quòd melius pictores expresserint manum eius pro Christo combustam, quam ipse descripserit oratione. i Nyssenus: *Oblectatur dum ædem, vt templum Dei, & magnitudine structuræ, & adiecti ornatus decore splendido elaboratum intuetur: vbi & faber in animalium figuram lignum formauit, & pictor induxit etiam flores artis in imagine depictos, fortia facta Martyris, repugnantias, cruciatus, efferatas, & immanes tyrannorum formas, impetus violentos, flammeam illam fornacem, beatissimam consummationem athletæ, certaminum præsidis Christi humanæ formæ effigiem, omnia nobis tanquam de libro quodam, qui linguarum interpretationes contineat colorib. artificiosè depingens, certamina, atque labores martyris nobis expressit, ac tanquam pratum amænum & floridum, templũ ornauit. Solet enim etiam pictura tacens in pariete loqui, maximeque prodesse.* Chrysostom. in missa latinitati ab Erasmo donata: *Sacerdos egreditur è paruo ostio portans Euangelium præcedente ministro, cum lucerna, & conuersus ad Christi imaginem inter duo ostia, inflexo capite, cum exclamatione dicit* &c. Prudent. in hymno Sancti Cassiani, Paulinus k conqueritur ad Seuerum: se depingi curasse in templo vna cum sancto Martino: & rogat vt saltem hæc carmina subscribi iubeat.

Astat Martinus perfectæ regula vitæ
Paulinus veniam quo mereare docet.
Hunc peccatores, illum spectate beati:
Exemplar sanctis ille sit, iste reis.

l Valentinianus iunior suasu Sixti Papæ, super altare

g *lib. de pudicitia ante mediũ.*

h *in Syluestro.*

i *Oratione in Theodorum.*

k *ep. ad Seuerũ.*

l *ita Anastasius in supplemento Pontificalis Damasi.*

B. Petri imaginem saluatoris auream gemmis ornatam & 12. Apostolorum itidem aureas collocari fecit. Denique [m] Adrianus. 1. refert syluestrum, Damasum, Celestinum, Sixtum, Leonem, Ioannem, Pelagium, Papas picturis exornasse templa. floruerunt autem ante quingentesimum Domini.

m libro pro imaginibus habetur in 7. Synodo circa finem.

Tertiò, in Oriente celebrata est tota pro hac re septima Synodus, cuius renouauit decreta [n] Concilium 8. generale. In Occidente [o] Concilium Romanum sub Gregorio. 3. nationale quidem, sed tamen ferè millium Episcoporum damnauit Iconomachos, imagines è templis exturbantes: aliud fuit etiam Romæ pro hac re tempore Steph. 3. & Caroli magni anno 768. iuxta Sigibertum, teste Adriano. 1. libro de imaginibus, Paulus Æmilius libro secundo, & Sigibertus sub an. 768.

n *can.* 3.
o *vide Sigibertum in Chronico anni* 633.

Quartò, signa sacra (cuiusmodi sunt imagines sacræ) melius nullibi, quàm in locis sacris ponuntur.

Quintò, nullum est congruentius templorum ornamentum. quia simul templum ornat, & hominum continent à vanis distractionibus animos.

Sextò, templum est quædam cæli imago, teste [p] Apostolo, atque [q] Chrysosto. Ergo decet etiam, vt in templo sint imagines eorum qui verè sunt in cælo.

Septimò, nullibi melius imagines Regis, & principum collocantur quam in domibus eorum, [& publicis locis: At templa sunt maximè publica] & domus Christi, & sanctorum.

p *Hebræo.* 9. *quo comparat tabernaculum Mosaicum cum cælo.*
q *hom.* 36. *in.* 1. *Corinth.*

Ad 1. solutio ex secundo nostro argum. Ad 2. resp. 1. solum prohiberi ob reuerentiam ne imagines in parietibus pingantur: quòd ibi corrumpantur facilè. qua ratione fuit etiam prohibitum olim crucem pauimentis imprimi ne videlicet cõculcaretur pedibus. 2. huius concil. prouinciale tantùm fuisse 19. Episc. & minimè confirmatum. Inde tamen habemus antiquitus morem inualuisse pingendi imagines in templis: alioquin nulla inerat ratio, hac de re prohiberi aliquid.

Ad 3. negatur propositio. Ad Augu. loqui de simulachris gentilium quæ cum dii crederentur, magis hunc confirmabant errorem, ratione formæ humanæ, quam prætiosæ materiæ. Nam vasa catholicorũ sacra (quam-

uis ex prætiosa materia) nec quidem Gentiles ipsa viuere crederent: quia deest forma humana, non quod forma humana sit huius erroris ratio per se: sed quia creduntur ipsa simulachra dii esse. At nos non arbitramur vllas imagines viuere, & proinde non est periculum si formam referant humanam, nos decipere posse. [Etsi autem in Ecclesia fuerint quædam vasa sine imaginibus humanis non tamen nullibi in templo huiusmodi aliquas figuras fuisse.]

Ad confirmationem non agi de imaginibus: sed de Idolis, vt patet ex Græco φυλάξατε ἑαυτοὺς ἀπὸ τῶν εἰδώλων.

Ad 4. resp. 1. ad antecedens, Euchatistiam non [r] debere vocari imaginem corporis Christi, sed ipsum corpus. 2. imagines sanctorum esse etiam viuas: vita namque imaginis est repræsentatio. Illæ ergo solùm mortuæ sunt, quæ nihil repræsentant. 3. negatur conseq. nam imagines viuæ, & mortuæ non sunt incõpatibiles: sed aliæ ab aliis iuuantur.

r vt docet septima Synodus act. 6. tom. 3. circa finem.

Ad 5. hoc esse suppostitium in Epiphanio. 1. quia post finem epistolæ completum, additur hoc fragmentum vt patet legenti. 2. Iconomachi obiecerunt Christianis omnia quæ pro se facere putabanr, in Patribus vt constat ex. 7. Synodo, actione. 6. huius autem loci nec quidem meminerunt. 3. Epiphanius, Diaconus in 7. Synod. supra conuicit duo alia similia loca inserta ab hæreticis inter Epiphanii senioris scripta. 4. in eadem Synodo. dicuntur discipuli Epiphanii, in templo ipsi dicato, eius posuisse imaginem. At quomodo si imagines prohibuisset Epiphanius in templo haberi? 5. quia Epiphanius non dixisset esse contra scripturam, quod nullibi inuenitur in scripturis prohibitum: quo enim in loco imagines prohibentur in remplis? 6. Beatus Hiero. totam ferè hanc epistolam Epiphanii a se latinam recitat, & tamen huius non meminit rei.

Quidam improbant hanc solutionem: & aliam afferunt. Quod scilicet loquatur Epiph. de imagine cuiusdam prophani hominis: quam in Ecclesia honorare contra scripturam est quod sit idem ac iudicare talem hominẽ sanctum esse. Voluntq; horũ verborum Epiph. *Inueni velũ pendens in forib. eiusdẽ Eccl. tinctũ, atq; depictũ,*

& habēs imaginē quasi Christi vel sancti cuiusdā (nō enim memini cuiusnā imago esset) sensū esse, *Inueni imaginē prophani hominis honoratam, vt imaginem Christi, vel sancti alicuius. (non enim recordor cuius prophani hominis esset)* verum non placet ista solutio. Quia illa rationalis particula, *Enim:* reddit rationem quare dixerit: *Quasi Christi, vel sancti*: alioquin cur apponitur? debuisset potius, ergo dicere: *Non recordor*: vel, *non autem recordor*. At quæ est illa ratio? *Quia non recordor cuius imago fuerit ideo dico me inuenisse imaginem honoratam vt imaginem Christi, vel alicuius sancti.* potius erat dicendum: *quia non recordor an fuerit honorata, vt imago Christi, vel imago sancti* Quare sensus verborum Epiphanii erit (nisi admodum velis extorquere textum) *quia non recordor an Christi vel sancti, aut alicuius cuiuspiam fuerit imago, ideo dico inuenisse imaginem quasi Christi vel sancti.* Nec refert non videri simile non potuisse recordari Epiphanium an fuerit Christi, necne. Potuit enim velum iubere quidem deponi ac scindi, nō tamen ita distinctè considerare. Deinde temporis intercapedine facile obscurari huius rei memoria. Quod si ita est: certè author huius epistolæ, ostendit se nō multum curasse cuiusnam fuisset imago illa depicta, siue Christi, siue alicuius sancti. Quod arbitraretur quamcumque etiam Christi & SS. imagines prohiberi in templo. Hæc autē sententia est Epiphanio indigna. Ergo optima Bellarmini solutio]

Ad vltimum intelligendum esse de simulachris gentilium. Ea enim Lampridius numina vocat: non dicuntur autem imagines numina, nisi proponantur vt Dij adorandæ.

Extra historiam imagines vtiles esse.

CAP. X.

NEgat Caluinus sine vllo argumento. Probamus nos, primò quia imagines Cherubim in tabernaculo, erant sine historiæ notatione. Exod. 25. hoc au-

tem absque vtilitate; id est in vanum fuisse est impudenter arguere Deum.

Secundò, primi Christiani non sola delectatione mouebantur, sed maximè deuotionis vtilitate. At imagines etiam solitarias habuerunt. Prima videtur illa quã Christus, admoto linteo faciei suæ, expressam misit Abagaro Regi: teste [a] Euagrio, [b] Metaphraste, [c] Damasceno. Secunda, itidem ipsius Christi, quam [d] erigendam apud Panæadem curauit hemorroissa mulier. Mathæi 9. Marci 5. & Lucæ 8.

Tertia quam Nicodemum fecisse & per ludibrium à Iudęis crucifixam innumerabilibus claruisse miraculis narrat author libelli de passione imaginis Domini antiquissimus equidem: citatur enim hæc historia vt antiquissima à 7. [e] Synodo. Quarta B. Virginis, quam S. Lucas pinxisse dicitur, cuius meminit ante mille annos [f] Theodorus lector. Eusebius refert 7. cap. 14. hist. consueuisse passim imagines Apostolorum depingi, & se multas antiquissimas vidisse. [g] Augustinus inueniri frequenter Christi imagines inter Petrum & Paulũ depictos. Plura PP. testimonia dumtaxat vide in 7. [h] Synod. & lib. 3. Apologetico Damasceni in fine.

a 4. *cap.* 26.
b *in vita Constantini magni.*
c *libro* 1. *de imaginibus.*
d *Euseb.* 7. *c.* 14. *Damasc. supra.*
e *Act.* 4.
f *libro* 1. *collectaneorum.*
g 1. *de consensu Euangelistarum*
h *Actor.* 4.

Tertiò, imagines solitariæ, semper aliquod referunt gratiæ, vel gloriæ, vel operum, aut potestatis sancti depicti monumentum, vnde per compendium instruimur qui sint, vel fuerint.

Quartò, fouent nostram erga Deum, & sanctos charitatem. Qui enim diligit, aspicit libenter imaginẽ amici, & inspiciendo magis inardescit.

Quintò, nos ad imitationem sanctorum prouocant. Sicut enim ille iuuenis apud Terentium in Eunucho viso in tabella depicta Ioue stuprum inferente Dianæ, ad simile flagitium incitatus est. Ita teste [i] Nazianz. cum impudica mulier euocata veniret ad quemdam atque conspexisset in ipso limine Polemonis continentissimi imaginem viri, erubuit ilicò, & propositi pænitens repetit domum.

i *in carmine de vita, & citatur in* 7. *Synodo, Act.* 4.

Sextò, quia conseruant in nobis memoriam Christi, ac sanctorum: docentque quos debeamus habere in angustiis patronos.

Septimò, quia his, noſtram confitemur fidem: teſtamur namque, nobis placere ſanctorum fidem, moreſque atque deteſtari impietatem, & idololatriam.

Octauò, id ſpectat ad Dei, ſanctorumque honorem. nullus enim vnquam dubitauit, quin illuſtrium virorum honori deferatur, illis erigere ſtatuas.

De cultu Imaginum, & argumenta aduerſariorum. CAP. XI.

a libro de hæreſ. circa finem.



Hriſtianocategori apud [a] Damaſcenũ dicebant deberi diuinos imaginibus honores. Sed quod refellitur omnibus ſcripturę teſtimoniis quibus prohibetur cõmunicatio cultus diuini creaturis.

Iconomachi è contra, omni prorſus honore imagines ſpoliant.

b v.4. Hi ſunt dÿ tui Iſrael, qui te eduxerunt de terra Aegypti.

c חג ליהוה מחר *Gag ladonai ſiue lahouah machar*

d v.4. conſecraui & voui.

את הכסף ליהוה *Eth hachcheſef ladonai: hoc argentum Domino.*

e ſequentia argumenta ſunt Magdeburg. Cẽtur. 8. cap. 9.

Primò, vtriuſque teſtamenti ſcriptura interdicit ſeuerè cultum ſimulachrorum, etiam in quibus verus colebatur Deus. 1. quia fatetur populus Iudaicus [b] Exodi 32. ſe in vitulo aureo, eum colere Deum qui eduxiſſet Iſraelitas de terra Ægypti. Et ibidem Aaron indicturus diem feſtum, in huius honorem vituli, iuſſit à præcone annunciari: [c] Cras ſolemnitas יהוה Domini eſt. 2. quia illa mulier iudicum [d] 17. quæ conflatile facere volebat id, non niſi Domino יהוה. 3. quia Gentiles aſſerebant ſe non ipſa colere idola, ſed numen inde ſignificatum: tùm quod ſimulachra pro arbitrio mutabant, non tamẽ Deos: tùm quia vni plura Deo ſimulachra dicabant: nec tamen plures Deos introducere volebant: tùm quia nouas quotidie imagines ſacrabant: nec tamen arbitrabantur ſe nouos condere Deos. At quis dubitat ea omnia prohibita fuiſſe?

Secundò, prohibuit cultum imaginum Concil. Conſtantinop. ſub Leone Iconomacho: & aliud ibidem Epiſcoporum 338. ſub Copronymo.

[e] Tertiò, Concilium Francofordienſe, & libri Carolini eundem cultum arguunt.

Quartò, [f] Irenæus ponit inter Carpocratios errores cultum imaginis Christi, & Pauli. f 1.*cap.* 24.

Quintò, [g] Epiph. reprehendit Collyridianos, quòd B. Imaginem virginis colerent. g *heresi* 79.

Sexto, Ambros. [h] *Inuenit* (inquit) *Helena crucem Domini, Regem adorauit, non lignum vtique quia hic gentilis est error: sed adorauit illum, qui pependit in ligno.* h *de obitu Theodosii.*

Septimò, Hieron. [i] *Cultores Dei, imagines adorare non debent.* i *in* 3. *Danielis.*

Octauò, Augult. [k] *Noui* (inquit) *picturarum adoratores* k *de moribus Ecclesiæ cap.* 36.

Nonò, Greg. 7. ep. 54. ait imagines adorandas non esse.

Decimò, [l] Ezechias fregit serpentem æneum quod iam cœpisset coli. l 4. *Reg.* 18. *v.* 4.

Vndecimò, ob cultum imaginum putatur diuinitas imaginibus alligata. 1. quia propterea vna imago eiusdẽ sancti magis quam alia frequentatur. 2. precaturi, ad imagines accedunt. 3. etiam longas peregrinationes assumũt cùm habeant forte meliores imagines in domo.

Duodecimò, imago non est honoris capax, cum sit res inanimata.

Decimotertiò, non est sancta ratione materię, aut figuræ, cur igitur colitur?

Decimoquartò, homo est imago Dei: nec tamen colitur: quanto minus ligna & lapides, &c?

Imagines Christi, & Sanctorum rectè coli.

CAP. XII.

Primò, Hieron. Epistola ad Marcellam, vt migret Bethleem, dicit ideo tabernaculũ fuisse à Iudæis veneratum, quia ibi Chebubim erant.

Secundò, serpens æneus, figuram Christi referens, non poterat [a] non coli, cum in loco sublimi positus fuisset, & salutem aspicientibus se afferret.

a *vide Aug.* 3. *Trini.* 10. *loquẽs de quibusdam signis quæ venerationem merentur, ponit pro exemplo serpentem æneum.*

Tertiò, hæc signa erant vtilia diuinitus instituta. Ergo iuxta Aug. 3. de doctrina 9. veneranda.

b *lib.1.cap.13.*

Quartò, [b] ſupra probatum eſt arcam adoratam fuiſſe. At quare, niſi quia huiuſmodi res referunt alias, per ſe dignas honore: imagines autem Chriſti, & Sanctorum eandem rationem habent.

c *Math.5. v.35.* μὴ ὀμόσαι ὅλως μήτε ἐν τῷ οὐρανῷ, ὅτι θρόνος ἐστὶ τοῦ θεοῦ μήτε ἐν τῇ γῇ, ὅτι ὑποπόδιόν ἐστι τῶν ποδῶν αὐτοῦ.

Quintò, [c] *Non licet iurare per cælum, quia thronus Dei eſt, neque per terram, quia ſcabellum eſt pedum eius.* Hoc autem ad reuerentiam ſpectat. Eſt enim non illicitè tractare actum religionis, nempe iuramentum. At id ſolũ fit propter relationem huiuſmodi creaturarum ad Deũ. Ergo propter relationem ſimilem, erunt imagines colendæ.

Sextò, ſicut res eſt S. ita & venerabilis. At creaturæ dicũtur ſacræ, propter ſolam ad res ſacras relationem. Exodi 3. [d] *Locus in quo ſtas terra ſancta eſt.* 2. [e] Timo. 3. *ab infantia ſacras literas noſti.* Quare ſacras, niſi quia ſigna rerum ſacrarum? Eo autem modo imagines ſunt ſacræ. Ergo & venerabiles.

d *v.5. & cap.12 v.16. Dicitur dies Paſchæ ſanctus quia dicatus cultui diuino. cap.28. v.2. veſtis ſacerdotalis Aaron vocatur ſimiliter ſancta.*
e *v.15.*
f *cap.9.*
g *iuxta Sigibertum.*
h *iuxta Adonem*

Septimò, ex Conciliis [f] ſupra: & Gentiliaco ann. [g] 766. vel [h] 767. in quo fuere admoniti Græci, vt cum aliis piis de imaginibus ſanè ſentire vellent. Item ex Tridentino ſeſſ. 25. *Præcipit ſancta ſynodus Epiſcopis vt doctrinam de purgatorio vbique prædicare ſtudeant, & difficiliores atque incertas quæſtiones euulgari non permittant. Iiſdem mandat, vt doceant ſanctorum inuocationem, reliquiarum honorem, & imaginum vſum, & eos qui aliter docent impiè ſentire prædicent. Id quod Conciliorum præſertim vero 2. Nicænæ ſynodi decretis contra imaginum oppugnatores eſt ſancitũ.*

i *in Julianum vt citat Adrian. 1. epiſt. ad Imperatores in 7. ſynodo actione 2.*
k *in Liturgia.*
l *ſerm.1. in pſal. 118.*
m *7. epiſt. 5. ad Januarium Caralitanum Epiſcopum.*

Octauò, ex PP. [i] Baſilius *Hiſtorias* (inquit) *imaginum illorum bonoro, & palam adoro, hoc enim nobis traditum à ſanctis Apoſtolis, non eſt prohibendum: &c.* Chryſoſt. [k] *ſacerdos ad imaginem Chriſti caput inclinat.* Ambroſ. [l] *Qui imaginem coronat Imperatoris, vtique illum honorat, cuius imaginem coronauit. Et qui ſtatuam contempſerit Imperatoris: Imperatori vtique feciſſe videtur iniuriam.* Auguſt. 3. Trinit. 10. loquens de ſignis ſacris, quales imagines ſunt: *Sed quia* (inquit) *hæc hominibus nota ſunt, quia per homines fiunt, honorem tanquam religioſa poſſunt habere, ſtuporẽ tanquam mira non poſſunt.* Gregor. [m] *His* (inquit) *hortamur affatibus vt ſublata exinde* (ſcilicet ex Iudæorum ſynagoga) *cum ea qua dignum eſt veneratione, imagine* (videlicet

cet B. Virginis) *atque cruce: debeatis quod violenter ablatũ est reformare* Damasc. 4 cap. 17. docet Apostolicam esse traditionem cultum crucis atque imaginum.

Nonò, probabimus infra [n] crucem, id est crucifixi imaginem semper in Ecclesia honoratam fuisse.

Respondent [o] non eandem esse crucis, & imaginum rationem: quia Christus nos cruce, non imaginibus redemit. Contra 1. nec ipsi hæretici crucem venerantur. 2. cruces quas nos efformamus sunt venerabiles, quia referunt illam in qua nos Christus redemit. Sed nos magis, suo corpore redemit: ergo imagines referẽtes Christi corpus magis aut saltem non minus erũt venerabiles.

Decimò, ex miraculis quibus Deus probauit cultum imaginum Refert [p] Euseb. ex basi statuæ Christi æneæ apud Paneadem oriri solitam herbam, quæ vbi fimbriam imaginis attigisset vim omnes depellendi morbos haberet. [q] Cum eius statuæ loco suam Iulianus Apostata posuisset, mox ignis de cœlo, imaginis Iuliani caput à reliquo diuulsit corpore, vt quodam acciderat idolo Dagon. 1. Regum 5. Quamuis contra omnium fidem historicorum. [r] Centuriastæ ad imaginem Christi referant, quod Iuliani statuæ contigit. Plura miracula etiam ipsi Magdeburgi referunt Centur. 6. & sequentibus cap. 13.

Sed respondent ex miraculis non sequi adorandas imagines. Nam Elisæus per aquas Iordanis curauit lepram Naaman, Christus sputo cæcum, nec tamen aquas Iordanis, aut sputum adorabimus, aut homines malos per quos Deus operatur miracula.

Respondeo [s] non esse simpliciciter venerandum, ratione miraculi, id per quod, sed propter quod miraculũ fit. Miracula autem illa citata non fuere patrata propter aquas, sputum, aut impios: sed vt manifestaretur Elisæus veri Dei propheta, Christus, Dei filius, & fides Christiana commendetur. At quæ fiunt in imaginum cultu, fiunt propter ipsum cultum. Refert [t] Zonaras, cùm Leo Armenicus imagines persequeretur, filium eius Sabbatium Constantinum mutum accessisse, & mẽte orasse, ad sancti Gregor. Nazianz. statuam ac vsum recepisse linguæ. At si miraculum istud non fuisset ad

n *cap. 28.*

o *Magdeburg. cent. 8. cap. 9.*

p *7. cap. 14.*

q *Sozomen. lib. 5. histor. cap. 10.*

r *Cent. 4. cap. 13. colum. 1447.*

s *[sunt qui libẽter admittũt adoranda siue veneranda esse etiam omnia, per quæ Deus edidit miracula, in quantum talia: Et certè (vt argumentãtur) nõ est qui nõn venereturspputũ illud, quo sanatus est cæcus, si haberetur. ita Gabr. Vasquez lib. 2. de adorat. disput. 6. cap. 3.*

cultum commendandum, maximè idololatriam ipse Deus fouisset.

Vndecimò, dignus [u] est homo veneratione, quia imago Dei est. Ergo & imagines Christi & sanctorum. Quod enim vni conuenit quia imago est, conuenit alteri proportionaliter eadem ratione: Nam si homo ideò est honorabilis, quia imago est rei honorabilis, certè etiam imago picta erit honorabilis, si sit rei honorabilis.

[x] Respondent hominem adorari solùm ciuiliter. Conceditur vt est persona ciuilis, negatur vt est imago Dei vel religiosa persona, tunc enim refertur ad res sacras, per se.

Duodecimò, imago regis est venerabilis ciuili quodã honore. Ergo imagines Christi, & sanctorum plusquam ciuili, id est religioso [nec enim possunt esse æquales: ni si reges mundanos Christo, & Sanctis æquales facias: quæ namque est proportio inter imagines, est & inter prototypa.

[y] Respondent adorari imaginem regis propter absentiam eius. Deus autem est vbique. Contra 1. adorantur etiam præsente rege, vt experientia constat, & sicut grauius est præsente Principe, imagini eius iniuriam facere, sic gratius ei, tunc illam honorare. 2. nec Christus vt homo, nec sancti sunt vbique. 3. non quærimus, cur adoretur imago regis: sed solum contendimus adorari.

Decimotertiò, [z] Imago est capax iniuriæ, & contumeliç. Ergo & honoris, non enim impunè aliquis imaginem regis per contumeliam deiicetet.

Decimoquartò, meritò idola gentium [a] detestamur: quia videlicet falsos significant Deos. Ergo à contrario imagines sanctorum honorandæ; quia veros referunt Dei amicos in cælo beatos.

Decimoquintò, non est credibile Deum per hostes suos, potius quam per amicos, voluisse docere. At omnes Iconomachi fuerunt Dei hostes, puta, aut Iudæi, aut Samaritani, aut Mahumetani, aut Necromantici, aut hæretici manifesti. imaginum propugnatores verò sancti, & docti vt Gregorius 3. & Adrianus 1. Summi Pontifices Germanus, & Tharasius Episcopi Constantinopolitani, Ioan. Damasc. Methodius, Leontius, &c.

---

t *in Michaele Balbo.*

u *Cyril. Catech. 12. Imago lignea terreni regis honoratur, quanto magis rationalis imago.*

x *Centuriastæ.*

y *Centuriastæ.*

z *Euseb. 9. histor cap. 9. scribit in dedecus Maximiani imagines eius fuisse vel deiectas, vel atris coloribus fœdatas. Idem de imaginibus Domitiani Suetonius scribit.*

a *laudatur Theodosius quod teste Theodoret. 5. cap. 20. hist. iussè[illegible] idola vbique destrui.*

Decimosextò; ab infœlici euentu Iconomachorum, & fœlici propugnatorum imaginum. de [b] pestilentia orta sub Leone Iconom. [c] & Ezidi morte vide supra. [d] Copronymi tēpore terræmotus ingentes, integras deiecerunt vrbes, & multa hominum peremerunt millia: pestis orta grauissima, ita vt vix inueniretur locus ad sepeliendos mortuos: in vestibus hominum, velis sacris, ac sacerdotalibus instrumentis visæ cruces paruę, quasi oleo signatæ. Ad hæc tam horribile frigus accessit vt Pōticum mare ad centum congelaretur milliaria, essetque glacies triginta cubitorum profunditatis: cui nix superuenit in glaciem deinde versa ad 20. altitudinem cubitorum. Paulo post cœpit solui glacies, fragmenta instar montium discurrere, & partem mœnium euertere Constantinopolis, ac vicinas domos. Subsecuta eodem anno siccitas tanta, vt flumina, putei, fontes ferè siccarentur omnes: omnibus intelligentibus & conclamantibus: hæc omnia ob impietatem Iconomachorum diuinitus emitti. Denique obstinatus Imperator ita periit miserè, vt clamaret se adhuc viuum inextinguibili traditum igni comburendum. E contra Pipinus, & filius eius Carolus magnus imaginum propugnatores ille ad regnum, hic ad imperium etiam prouectus fœlicissimè regnarunt.

b *lib. 4. de Eccl. cap. 17.*
c *libro 2. de reliquiis sanct. ca. 6.*
d *testatur Paulus Diaconus se hæc omnia vidisse.*

Soluuntur argumenta. 1. 2. & 3.

CAP. XIII. XIIII. XV.

AD [a] primum negatur propositio, cum prima probatione. 1. ex ipso Exod. [b] 32. *Fac nobis* (inquit populus ad Aaronem) *Deos qui nos præcedant.* At verus Deus fieri non potest. Cumque vidisset populus vitulum aureum, quem fecerat Aaron. [c] *Hi sunt, (ait) Dij tui qui te eduxerunt de terra Ægypti:* vnde patet arbitratum fuisse populum, hunc vitulum esse verè Deum.

a *CAP. XIII.*
b *v. 1.*
c *v. 4.*

Secundò. Ex Deuter. 32. [d] *Deum qui te genuit dereliquisti,&c.* 3. Psal.105. [e] *Fecerunt vitulum in Horeb,& adorauerunt sculptile. Et obliti sunt Deum qui saluauit eos,&c.* 4. Hier. 2. [f] *Ambulauerunt post vanitatem,* id est post idola, [g] *& non dixerunt, vbi est Dominus, qui ascendere nos fecit de terra Aegypti?* 5. si Iudæi volebant tantum signū Dei corporeum, non opus erat facere vitulum illum. habebant enim nubem, & columnam ignis. Non ergo signū corporeum, sed Deum corporeum volebant. 6. quia nulla reddi causa potest, cur potius vitulum, quam ouem fecerint, nisi quod assueti essent videre maximum Ægyptiorum Deum, [h] Apim vitulum scilicet nigrum albis insignitum maculis. Non est autem mirum יהוה vocatum hunc vitulum. & ei attributum incommunicabile nomen: quod putarent Iudæi verum Deum esse hunc vitulum. Ad secundam probationem eadem responsio. Nam cum quidam abstulissent illud conflatile clamabat Michæas. [i] *Deos meos quos mihi feceram, abstulistis.* Ad tertiam: negatur 1. [k] Daniel. 5. *Bibebant vinum, & laudabant Deos suos aureos,& argenteos, &c.* 2. ex Sapientiæ [l] 13, *Appellarunt Deos, opera manuum suarum.* 2. quia omnes laborant [m] Prophetæ, vt doceant idola aurea & argentea non esse Deos, quod nec videant nec loquantur. At frustra laborarent, si refellere tentarent quod nullus assereret. 3. conquerebantur Ethnici de Paulo dicente: [o] *Quia non sunt Dij qui manibus fiunt.* 4. quia [p] scriptura indicat Ethnicos solitos inuocare idola, & ab eis petere salutem: [q] nemo autem inuocat à quo se exaudiri non putat. 5. ex PP. [r] Augustino, *Illi simulachra venerātur, vel tanquam Deos, vel tanquam signa, & imagines Deorum.* Ex quibus apparet etsi quidam non fuerint adeò stupidi, putare huiusmodi simulacra esse Deos, alios tamen credidisse. Euseb. 5. cap. 15. Præparationis: *Triginta Deorum millia in terra esse censet Hesiodus, ego autem multo plures lapideos, atque ligneos, hominum creatores video.* Et passim [s] PP. rident Gentiles quod ligna, & lapides pro Diis colant. Denique Arnobius [t] *Deos (inquit) esse credebam, ligna, lapides, ossa, aut in huiusmodi rerum habitare materia.* Id autem contingere poterat, & quod ita à Pōtificibus assereretur, & quod interdum opera Diaboli

d v.18.
e v.20.
f v.5.
g v.6.
h *de quo Cicero 1. de natura Deorum & Aug. 18 Ciuit. 5.*
i *Iudicum 18. v. 24.*
k v. 4.
l *versu* 10. ἔπινε, ἐκάλεσαν θεοὺς ἔργα χειρῶν ἀνθρώπων.
m *Baruc 6. Habacuch 2. v. 18. & 19.*
o *Act. 19. v. 26.* ὅτι οὐκ εἰσὶ θεοὶ οἱ διὰ χειρῶν γινόμενοι.
p *Sapient. 13.*
q *vt ait Aug. in Psal. 113.*
r *3. de doctrina Christ cap. 7. vide etiam ep. 49. & in Psal. 113.*
s *Cyprian. Lactat Arnobius, Clem. Alex. Athanas. Theodor. &c.*
t *1. contra Gētes de Trismegisto vide Aug. 8. Ciuit. 28.*

mouerentur, & responsa darent idola, efficta ad formam humanam. Libenter autem fatemur Ethnicos tam facile credidisse Deos aliquos destrui posse manibus quam fieri: vnum cœlestem Deum habere plures eiusdem nominis in terra collegas minores, id est multa idola. Et tam facile credidisse se nouos quotidie facere Deos saltem terrestres, quam facile credebant plures esse Deos.

Ad u 2. hæc duo Concilia fuisse illegitima vide x supra.

u *CAP. XIIII. & XV.*

Ad 3. vide y supra. Vasquez supra libro 2. disputat. 7. cap. 5. arbitratur Concilium Francofordiense non errasse in quæstione facti, sed optime nouisse sententiam Concilii Nicæni 2. de imaginibus, tùm quod æquè poterat eam scire quam author librorum Carolinorum: tũ quod authores illius temporis Ionas Aurelian. Eginardus, Paulus Diaconus huius erroris Francofordiensis meminissent. tum quod teste Hincmaro missa fuerint Acta Nicæni 2. Romam: ac deinde à Papa in Franciam, atque eodem tempore iussu Papæ celebratum Francofordiense Concil. cap. Ergo 6. vult Concilium Francofordiense reuera nihil tale decreuisse contra Nicænum, sicut solet credi: quare hoc suppositititum esse: tum quia huius definitionis meminisset Adrianus libro de imaginibus, & Ionas Aurelianensis, tùm quod eã definitionẽ allegasset pro se Claudius Taurinensis. tùm quia non est verisimile Carolum magnum Iconomachum fuisse, & electum Imperatorem à Leone 3. septem annis post Francofordiense.

x *libro 1. de Ecclesia cap. 6.*

y *lib. 2. cap. 8. de Ecclesia.*

Soluuntur cætera.

CAP. XVI. XVII. XVIII. XIX.

CAP. XVI. D [a] 4. argui Carpocratem, nō quod Christi imaginem haberet, sed quia instar idoli, id est sacrificiis coleret, eam, vt clarius Epiph. hæresi 27. & Augustinus hæres. 7. docent.

Ad 5. ead. solutio. Ad 6. Ambrosiū agnouisse nobiscum venerandā esse crucem vt infra patebit. cap. 27. solum ergo vult non eā propter se, sed propter Christum crucifixum quem repræsentat, adorandam.

Ad 7. loqui Hieron. de statuis regum, quæ habebantur pro Diis: eos enim carpit, qui præstant quod tres pueri in Babylonia noluerunt facere.

Ad 8. vel loqui Aug. de idolis gentium, vel de imaginibus sanctorum à quibusdam indebitè id est, idololatriæ veluti cultu, honoratis, teste Damasceno in fine libri de hæresib. vel responsio vt supra ad sepulchrorū adoratores lib. 2. cap. 4. de reliquiis SS.

Ad 9. vt ad 4. sicut patet ex ep. 53. lib. 7. Gregorii: *scio* (inquit) *quod imaginem Saluatoris non ideo petis, vt quasi Deum colas: sed ob recordationem filij Dei in eius amore recalescas.*

b *CAP. XVII.* Ad [b] 10. id merito factum. 1. quod arbitrarentur sanitatis beneficium, ab ipso serpente, vt authore emanatū propterea in huius rei derisionem vocat eum Ezechia נחשתן *Nechusctan, ænulum*, vel נחשתם *Nechusctam, æs eorum.* 2. quia ei adolebant incensum. Cùm autem adolere incensum tunc solis sacerdotibus liceret, ad sacrificium spectare videbatur.

c *CAP. XVIII.* Ad [c] vndecimum negatur totum: nam rationes quare vna magis quam alia frequentetur imago aut ad eam peregrinemur sunt. 1. quia Deus per vnam operatur miracula, non per aliam. 2. quia quædā sunt à SS. viris, vt Luca & Nicodemo, depictæ: peculiaris autē debetur deuotio imagini non solùm propter significationē, sed etiam propter artificem. 3. quia aliqua magis ad pietatē

excitant. Quare autem precaturi, ad imaginem accedamus non est, vt imaginem oremus, sed vt memoriam inuocati sancti nobis refricet imago.

Ad d duodecimum, non esse propter se imaginem honoris capacem: esse tamen propter prototypum. d *Cap. xix.*

Ad decimum tertium, esse sanctam imaginem. 1. ob repræsentationem. 2. ob Ecclesiæ institutionem: sicut enim calices, vestes, & homines ideò sacri sunt, quia deputantur cultui diuino ab Ecclesia: sic & imagines.

Ad decimumquartum, non proponi ab Ecclesia colendum hominem quamuis sit, inquantum imago Dei veneratione dignus: quia periculum esset ne homo propter se coli putaretur plusquam ciuili honore.

Quo genere cultus sunt honorandæ imagines.

CAP. XX.

PRima a opinio, vult nullo modo colendas esse, sed tantùm coram imagine colendum exemplar. Primò, quia iuxta b Basilium honor imaginis transit ad exemplar. Ergo non terminatur in imaginem, & proinde nec ipsa imago, sed exemplar honoratur.

Secundò id habetur in illis duobus versibus compositis (vt dicitur) tempore septimæ Synodi.

Nam Deus est quod imago docet, sed non Deus ipsa.
Hanc videas, sed mente colas quod cernis in ipsa.

Et idem dici potest proportionaliter de imaginib. Sanctorum.

Secunda b opinio, eundem deberi honorē imagini,

a *Jta videtur sentire Alexander.3.p.q.30.ar. vltimo Durandus.3.sent. dist. 9.q.2. Alphons. à Castro verbo. Jmago.*

b *Cuius sententia sæpe in.7. Syno. repetitur.*

b *D. Thomæ.3. p.q.25. ar.3. Bonauen. Marsil. Almainus Carthus. Capreolus in.3. dist.9. [ac aliorum quos refert Vazquez supra libro.2. Disput. 8. vbi fusissimè hac de tractat hancque opinionem sequitur. Jn adorationis autem vnico actu, duo distinguit internum affectum scilicet, & externam submissionis notam: illum vult ad solum referri exemplar & ita intelligendos PP. & Concilia cum negant adorandas imagines latria. Hanc verò ad ipsam imaginem etiam referri ex simplici voluntate per respectum ad exemplar & ita intelligendos PP. cùm asserunt imagines adorandas. Nec enim fieri posse ritè putat coli imaginem, sine respectu ad prototypum.]*

atque exemplari & proinde adorandam cultu latriæ imaginem Christi, B. Virginis, hyperduliæ, Sanctorum duliæ primò, quia Ecclesia canit: O crux aue spes vnica, auge piis iustitiam, reisque dona veniam. Secundò, honor imaginis transit ad exemplar. Igitur idem est honor imaginis, & exemplaris.

c *Libro de incarnationis Dominicæ Sacramento cap. 7.*
d *Epist. de obitu Paulæ.*

Tertiò, *Num* (inquit c Ambros.) *cum in Christo imaginem Dei, & crucem adoramus, diuidimus eum?* Ergo significat vtrumque debere eodem honore coli.

Quartò, *Prostrata* (Paula) *ante crucem, quasi pendentem Dominum cerneret adorabat,* d inquit Hieron. Sed Dominum pendentem adorasset latria. Igitur & ipsam crucem adorabat latria.

Quintò, idem est motus in imaginem vt imago est, & in ipsum exemplar, teste Aristotele libro de memoria, & reminiscentia.

Sextò, ratio, siue excellentia propter quam fit adoratio, est mensura adorationis vniuscuiusque rei. Sed ratio, cur adoratur imago, non est alia, quam excellentia exemplaris. Ergo idem omninò debetur honor imagini, qui debetur exemplari.

Septimò, qui Regis imaginem afficit contumelia, habetur reus læsæ maiestatis, ac si ipsum regem contumelia affecisset.

[Octauò, ex Conci. Trident. sess. 25. decreto de sacris imaginib. *Imagines porrò in templis præsertim habendas & retinendas, eisque debitum honorem, & venerationem impartiendam: non quòd credatur inesse aliqua in eis diuinitas, vel virtus, propter quam sint colendæ: sed quoniam honos qui eis exibetur refertur ad prototypa, quæ illæ repræsentant: vt per imagines, quas osculamur, & coram quibus caput aperimus, & procumbimus Christum adoremus, & sanctos quorum illæ similitudinem gerunt.* Plura vide pro hac sententia apud Vazquez supra.]

e *Martini Peresii libro de traditionibus tractatu de imaginibus Ambr. Catharinu de imaginibus Sāderi. 2. cap. vlt. de imaginibus.*

Tertia, e ipsas imagines in se, & proprie honorari debere, sed honore minori, quam ipsum exemplar, & proinde nullam cultu latriæ adorandam imaginem.

Pro quæstionis solutione, & opinionum conciliatione obseruandum erit, honorati aliquid per se, vel

per accidens: propter se, vel propter aliud: propriè, vel impropriè Per se honoratur res cui vera ratio venerationis inest, vt Rex: per accidens, id quod est rei honoratæ coniunctum, vt vestis. Honoratur propter se, quod non solùm habet in se venerationis rationem, sed etiam independentem aliunde, quomodo sola rationalis natura est venerabilis: honoratur propter aliud quod habet in se quidem honoris causam, sed illa pendet tota ab alio: & hoc modo signa rerum sacrarum venerabilia sunt: habent enim excellentiam quandam sed illa pendet à re sacra: Honoratur propriè, quod verè, ratione suipsius honoratur, sicut Legatus quando simpliciter honoratur inquantum Legatus: impropriè quando alterius loco, vt Legatus loco Regis, id est honoribus regiis.

PRIMA PROPOSITIO.

Imagines Christi, & Sanctorum venerandæ sunt per se, & propriè, ita vt ipsæ terminent venerationem, vt in se considerantur, & non solùm vt vicem gerunt exemplaris.

CAP. XXI.



Probatur primò, honor imaginis Christi vel terminatur propriè ad imaginem, vel ad Christum tantum: non ad Christum tantùm quia deberetur esse latriæ perfectissimæ honor. Nam Christus illa adoratur latria. At Concilium a 7. definiuit imagines esse adorandas quidem, sed non latria. Ergo terminatur adoratio in ipsa imagine propriè, & per se. [Nec

a *Actione*.7.

dicas affectum referri ad Christum, notam externam ad imaginem quia, vel in illa nota exteriori, aut interiori affectu simplici, (maximè si veneratio fiat in spiritu) includitur propriè ille affectus latriæ propriæ, vel non sed solùm eum respicit. Si primum: ergo reuera imago adoratur latria: si posterius, quidquid dicatur, nusquam probabitur adorari propriè latria. Igitur cultu inferiori. Ille autem cultus non transit in exemplar. Ergo in imagine terminatur. Quamuis fatear ad alium cultum siue ad alium cultus modum referri; vt à quo dependet, & propter quem est: tamen vt in obiecto, in sola terminari imagine.]

Secundò, quod non dicitur nisi impropriè, negari potest simpliciter. Ergo si imagines sunt tantum impropriè venerandæ, possunt negari simpliciter esse venerandæ. At septima Synodus supr. dicit anathema negantibus imagines esse venerandas. Igitur &c.

Tertiò, Concil. idem, definit imagines venerandas eo quo veneramur modo Euangelia, & vasa sacra. Atqui, ista honorantur per se & propriè vt omnes [communiter] fatentur: nec enim personam alicuius alterius gerunt. Igitur & imagines.

b *Quia hoc negat Vazquez supra disp. 8. cap. 14.*

Quartò, in ipsa imagine, verè inest aliquid sacrum, nimirum ad rem sacram similitudo, & ipsa consecratio cultui diuino. Ergo ipsæ in se honore dignæ sunt.

Ad. 1. & 2. primæ opinionis nihil aliud velle, quam imagines propter prototypa adorari ad quæ terminatur semper adoratio, immediatè quidem quando honorantur imagines per accidens, mediatè quando honorantur per se, & propriè: sicut pauperi Eleemosyna facta, dicitur terminari in Christum, non quod proximè contendat in pauperem, sed quia fit pauperi propter Christum.

Ad. 3. his versiculis solùm doceri, non deberi eundem imagini honorem qui exemplari vt patet ex ratione adducta, quia videlicet imago non est Deus. Et fortasse nihil aliud volunt authores opinionis primæ.

SECVNDA PROPOSITIO.

Quantum ad modum loquendi præsertim in concionib. non est dicendum imagines vllas adorandas latria, sed potius non esse ita adorandas.

CAP. XXII.



Robatur primò, [a] Concilia non affirmāt, sed simpliciter negant imagines adorari latria. At [b] modus loquendi Conciliorum est modus Ecclesiæ loquendi. Ergo eo modo loqui debemus.

Secundò, nullæ sunt exactiores formulæ loquendi in materia fidei quam quibus vtuntur abiurantes hæresim. At in. 7. Synodo act. 1. Basilius Ancyranus: & act. 3. Constantinus Cypr. Episcopus abiurantes, dicunt se recipere, & colere imagines, non tamen latria.

Tertiò [c] Patres passim dicunt imagines non esse adorandas. At certè de latria loquuntur. Nam alium cultum erga imagines agnoscunt.

Quartò, Adrianus. 1. epistola ad Carolum magnum multis [d] docet verbis esse quidem honorandas imagines cultu quo sacras scripturas, nō autem quo Deum colimus.

[a] *Nicæn. 2. act. 7. Senonense cap. 14. Moguntin. cap. 41. celebratum ann. 1549.*

[b] *Nec dicas Cōcilia loqui de adoratione propter se Non enim agimus de ipsa re: sed de modo loquendi.*

[c] *Aug. epist. 119. cap. 11. Gregor. 7. ep. 107. & lib. 9. ep. 9.* [redacted]

[d] *Idem Damascen. lib. 1. & 3. Apolog.*

Quintò, dicere populo adorandas latria, periculo non caret. Nam qui id affirmant vtuntur subtilissimis distinctionibus quas non est verisimile populum percipere posse.

Sextò, quia iste modus loquendi offendit fidelium aures, præbetque hæreticis occasionem Deum blasphemandi.

Septimò, quod simpliciter dicitur, non intelligitur de eo quod per accidens, vel impropriè, & aliquando conuenit rei: sed de eo quod per se & propriè,

Tertia & quarta Propositio.

Tertia, si de reipsa agatur imagines reuera possunt coli impropriè eodem genere cultus quo exemplar.

CAP. XXIII.

PRobatur, nam aliquando imago pro ipso vsurpatur exemplari, & ea quæ fiunt circa ipsum exemplar, si adesset præsens fiũt circa imaginem, mente tamen in exemplari defixa. Sic cõcionatores alloquuntur imaginem crucifixi vt Christum ipsum, cum dicunt *Tu redemisti nos, saluasti* &c.

Quarta propositio: *possunt etiam imagines propriè, sed per accidens adorari latria.*

Probatur qui adorat aliquẽ adorat etiã omnia quæ cum illo sunt coniuncta. Sed aliquando non accipimus imaginem pro exemplari, nec solam consideramus imaginem, vel solum exemplar: sed exemplar vt obiectiuè relucet in imagine & ipsa veluti vestitum. Ergo tunc cum adoramus ipsum exemplar adoramus simul propriè, quamuis per accidens ipsam imaginem tanquam aliquid adiunctum.

Atque iuxta hanc. 3. vel. 4. Propositionem videntur loqui DD. secundæ opinionis. Bonauẽtura satis clare indicat se loqui de adoratione impropria. Ait enim ideò imaginem Christi adorari latria, quia non tam ipsa quam Christus adoratur in ea D.Thomas & qui eum duntaxat sequuntur, intelligendi sunt de adoratione per accidens. tum quia hoc solum probat vnitas motus imaginẽ, in & exemplar: tunc enim vnus est, quando exemplar consideratur vt obiectiuè in imagine relucet. tùm quod Capreolus ait eo modo adorari latria

quo vestis regis, regio honore & Caietanus adorari ratione actualis repræsentationis. Non quòd ipsa repræsentatio actualis sit ratio, cur adoretur imago, sed tantùm conditio, ratione cuius concipitur coniuncta imago cum exemplari.

QVINTA PROPOSITIO.

[Simpliciter] *Imago per se, & propriè non est adoranda eo cultu quo exemplar. Et proinde nulla imago adoranda latria per se & propriè.*

CAP. XXIIII.



Rrimò, quod negatur de aliquo simpliciter maximè in definiendis quæstionibus non potest illi propriè, & per se conuenire simpliciter: alioquin esset potius res controuersas implicare quam explicare. At a Concilia & PP. negant simpliciter imagines esse adorandas latria ergo &c.

a *sup. c.* 12.

Secundò, de essentia veræ latriæ, est exhiberi alicui propter se latria namque dicitur cultus summus. At id soli Deo competit, nullo modo imagini, siue consideretur ratione formæ, siue materiæ siue relationis ad exẽplar: igitur &c.

Tertio, non conuenit imagini internus aut externus latriæ cultus: non prior cum sit apprehensio rei, vt primi principii, & prostratio voluntatis, huic conueniens apprehensioni: non posterior, quia ille est sacrificium.

Quartò, imago artificialis nusquam pertingit ad dignitatem exemplaris. Ergo neque ad honorẽ: res enim honorantur propriè, & per se secundum mensuram suæ dignitatis.

Quintò, quia qui colebant imagines Christi, honoribus diuinis, certe id propter Christum faciebant, & tamen numerantur inter hæreticos.

Ad 1. secundæ opinionis, vel accipi crucem pro ipso Christo, vel esse prosopopæiã, rhetoricã qua significat Ecclesia se desiderare fructum crucis, id est saluari per Christi meritum, qui cruce passus est.

Ad 2. vt infra ad 5. ad 3. per crucem, intelligi carnem patientem Christi: sicut per imaginem Dei diuinitatem vult enim dicere, vnum esse Christum Deum, & crucifixum: ac propterea cum adoratur Christus Deus, non separari humanitatem ab illo, cùm adoratur Christus crucifixus, non separari diuinitatem. Ad 4. non dici Paulum adorasse crucem, sed Christum ante crucem.

Ad 5. admittitur propositio. Sed tunc vel exemplar concipitur & adoratur tanquam principale obiectum, vel nõ: id est concipitur & adoratur Christus vt in imagine obiectiuè relucens, vel concipitur, & adoratur ipsa imago, vt imago. Si prius, tunc adoratio erit quidem latriæ, sed in Christum per se, in imaginem per accidens relata: si posterius, tunc adoratio, fertur quidem in imaginem per se, & consequenter in Christum, sed non est veræ adoratio latriæ, sed inferior. Nam non conuenit latria Christo, vt adoratur in imagine per participationem, sed vt adoratur in se. Quemad. qui honorat famulum regis, certè ipsum regem honorat, & tamen longè inferiori honore quam si propriam Regis honoraret personam.

[Ad 6. veram esse maiorem de ratione siue excellentia formali, non finali, siue de ea ad quam tanquam ad finem formalis refertur.] Ad minorem, exemplar vt est in se, esse quidem rationem finalem non tamen formalem adorationis imaginis per se, sed vt est partic: patiuè in ea. Ad conclusionem eo modo quo est participatiuè exemplar in imagine, deberi etiam exemplaris honorem imagini, sed qui est alius quam, qui exhibetur exemplari in se.

Ad 7. haberi hunc reum mortis: sed non adeo grauiter puniri, ac si ipsam Regis offendisset personam, nisi

Proponuntur argumenta aduersariorum contra adorationem Crucis.

CAP. XXVI.



Contra crucis adorationem pugnauit in primis in [a] Occidente [b] Claudius Taurinensis. In [c] Oriente Pauliciani eodem tempore, deinde circa an 1130. [d] Petrus Bruis & Henricus. Postea [e] Bogomiles, [f] Vvicleffistæ, [g] Caluinistæ, [h] Centuriastæ.

Primò, quia crux dolorem, & ignominiam attulit Christo. Ergo detestanda diligentibus Christum.

Secundò, stultus, & impius iudicaretur filius, qui patibulum Patris amaret ac honoraret.

Tertiò, quia similiter oporteret adorare omnia sepulchra, præsepia, imò & asinos: quia Christus asino vectus est.

Quartò, si ratione contactus Crux est adoranda Ergo, & ora Iudæ, & manus serui, qui alapam Christo inflixit.

Quintò, hostes Christi de passione eius gaudebant, dolebant de resurrectione. igitur Christi imitantur hostes, qui passionis Christi colunt instrumenta.

[i] Denique superstitione non caret tribuere characteribus virtutem. At Papistæ tribuunt figuræ Crucis vim pellendi dæmones.

a *teste Iona Aurelian. lib. 1.*
b *an. 800.*
c *teste Euthymio in panoplia parte 2. tit. 21.*
d *teste Petro Cluniacensi.*
e *Euthym. supr. tit. 23.*
f *apud Vvald. tom. 3. tit. 20.*
g *Caluinus. 1. Instit. c. 11. § 7.*
h *Centuria 4. c. 4. colum. 302. & cap. 6. colū. 458. & 459.*
i *Est Magdeburgensium arg.*


De vera Cruce Domini.

CAP. XXVII.



ERA Domini Crux ex tribus lignis a composita fuit, quorum vnum cui corpus adhærebat, erat in longum, alterum transuersum superpositum longo, cui manus affixæ, tertium infixum longo ad sustinendum pedes & figendos claues. Num autem longum emineret supra transuersum, non est adeò certum, quamuis illud b affirmare sit magis Apostolo cõforme cum ait alludens ad formam crucis c *Vt possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo, & longitudo & sublimitas & profundum.*

d Veteres autem mysterii gratia aliquid aliud addiderunt. Nam lignum longum sursum versus producebant, atque flectebant in similitudinem literæ græcæ P. paulò inferius apponebant duo ligna transuersa ad similitudinem X. quibus duabus literis significabant per abbreuationem Christum, infra hæc lignum transuersum ponebant, & inde velum, pendebat expansum. à medio transuersi, lignum lõgum ad modum hastæ productum claudebatur capulo, ad commoditatem gestantis.



Quibus significare volebãt crucem esse vexillum Christiani imperatoris: huius ferè formæ labarum Constantini fuisse d ex Eusebio facilè colligitur.

Modus autem crucifigendi communis, non erat fu-

a *ita Irenæ. 2. c. 14. Habitus (inquit) id est figura crucis, fines, & summitates habet quinque duas in longitudinem, duas in latitudinẽ, vnã in medio, in qua quiescit, qui clauis affigitur.*

b *affirmat Aug. ep. 120. c. 26.*

c *Ephes. 3. v. 18.* ἵνα ἐξισχύσητε καταλαβέσθαι σὺν πᾶσι τοῖς ἁγίοις τί τὸ πλάτος, καὶ μῆκος, καὶ βάθος καὶ ὕψος.

d *vide Pierium Valerianum de signis Hieroglyphicis lib. 50. & Primasium l. 4. in Apocaly.*

d *1. de vita Constantin cap. 25.*

[*Dictum putãt labarum Nazianz. 3. & Elias Cretensis ibidem, quòd soluendorum laborum vim haberet, & victoriam conciliare videretur, nomen impositũ ab Adriano quamuis res ipsa tempore Augusti fuerit: vt Onuphrius obseruat in cõmẽt. fastorum libro. 2.*]

nibus alligate, [e] sed omnes prius flagellati suam crucem ferebant, & clauis tandem figebantur cruci. Quibus præmissis veram Christi crucem venerandam esse Probatur primò, quia eam Christus mirificè honorauit. Nam non casu, vel inuitus, aut sua propter peccata, sed sponte [f] illam elegit, vt [g] altare sacrificij summi, quo placaretur Deus, vt [h] scalam sibi ipsi ad tegnum, vt [i] instrumentum nostræ liberationis, quò [k] Diabolum vinceret palam de illo triumphans. At quod Christus honorauit, nobis debet esse amabile, & honorabile.

Secundò, quia est mysteriis plena. 1. [l] latitudo, siuè lignum transuersum charitatem significat: sublimitas, siue pars ligni, in qua est titulus spem: longitudo id est pars a transuersa ad terram vsque, perseuerantiam: profundum, pars scilicet quæ sub terra latet, fidem. 2. suprema pars significat cælum passione Christi apertum, & Deum placatum: pars sub terram infixa, infernum euacuatum, & Diabolum deuictũ: transuersa respiciens Orientem & Occidentem significat orbem terrarum redemptum. 3. duo brachia crucis sub vno titulo saluatoris significant duos populos, sub vno capite Christo inter se connexos. [Et quamuis hæc conueniant nunc cuilibet crucis imagini, maximè tamen veræ cruci in qua pro nobis ista exhibuit Christus.]

Tertiò, ex inuentione sanctæ crucis. 1. quia noluit Deus permittere eam ab hostibus comburi, aut discerpi cum tamen eam abolere sint conati. [m] Nam profundissimè sub terram absconderunt, & in eius locum substituerunt Veneris simulachrum. 2. eam inueniri voluit cum tutò poterat coli, nimirum ad initium imperii Constantini. 3. quia iuuenta est, euidenti miraculo: [n] tribus enim crucibus simul inuentis, & vnaquaque ad mulierem grauiter in extremis agentem admota, ad solius veræ crucis contactum mulier conualuit, & mortuus reuixit Deinde non proprio, sed diuino motu Helena ad conquerendam Domini crucem animum appulit. vt testantur [o] Euseb. [p] Ambro. [q] Ruff. [r] Paulinus, [s] Sulpitius.

Obiicitur [t] Primò, Ambros. docet inuentam crucem

e *Vide Plutarchum de tarda numinis vindicta & Tullium act. 7. in Verre, ac Nonium Marcellum verbo Patibulum.*
f *Isaiæ* 53. *v.* 7.
g *Hæbræor.* 9. *Coloss.* 1. *v.* 20.
h *Ioan.* 12. *v.* 31. 32. 33. *& Philip.* 2. *v.* 8.
i 9. *Ioan.* 3. *v.* 14. & 15. *vide Damasc.* 4. *de fide.* 12.
k *Coloss.* 2. *v.* 14. & 15.
l *Iren. l.* 5. *Nyssen. orat.* 1. *de resurrectione. Aug. ep.* 119. & 120. *Hieron. & Theophil. in* 3. *ad Ephes.*
m *ita Hierony. refert ep. ad Paulinum de institutione Monachi.*
n *ita Ruffin.* 10. *c.* 8. *histor. Socrates* 1. *c.* 13. *Theodoret.* 1. *ca.* 18.
o *in Chronico.*
p *orat. in Theod.*
q *sup.*
r *ep.* 11.
s 2. *histor. sacræ.*
t *sup.*

ex titulo eius.

u ita Magdeb. Centur. 4.ca.13. colum. 1438. & 1439.

u Secundò, antiquissimus omnium qui hanc de Helena historiam referat est Ambrosius orat. in Theodosium. At hanc, vt germanam Ambrosii orationem, non recipit Erasmus.

Tertiò, Euseb. 3. de vita Constantini multa de Helena narrat, & repurgatione Caluariæ montis: & tamen inuentionis crucis non meminit.

Ad primum, non fuisse euidenter ex titulo cognitã, vt constat ex Ruffino: iacebat enim iuxta ipsam: ideò vt nulla superesset ambiguitas ad miraculum confugerunt.

x cap.13.

y hom. 84. in Joan.

z ep ad Constãtium Augustum.

Ad 2. resp. 1. non extare talem Erasmi censuram imo ipsi Magdebur. x Centuria. 4. hanc orat. tribuũt Ambrosio ex iudicio Erasmi. 2. Erasmum non esse oraculum diuinum cui debeat credi. 3. negatur maior. nam Sulpitius Paulin. Ruff. Hieron. y Chrysost. sunt Ambrosio æquales tempore. z Cyrillus Hierosoly. senior, qui eandem recitant historiam.

a 3. de vita Constantini c. 39.

Ad 3. id prætermisisse Eusebium, quod res notissima esset, eamque in a literis Constantini attigisset.

b ita Paulus Aemilius 4. vide etiam Gulielmum Tyrium. 6. libro de bello sacro.

Huic inuentioni addi potest sanctæ inuentio lanceæ diuinitus repertæ Antiochiæ an. dom. 1098. & insigni miraculo nobilitatæ. b Nam Petrus quidam Massiliensis sacerdos admonitus per quietem fuit iacere hanc in æde B. Petri lanceam: qua eruta: cum postea falsæ religionis incusaretur ille Petrus, ad iudicium flammæ vt se purgaret, descendit. Aderat dies passo Domino sanctus, circũfuso exercitu sanctã lanceã nudato corpore manu gestans, per coaceruatorũ latè lignorum struem ardentem, mediosque ignes illæsus euasit. Sed mox ad miraculum ruente turba periit oppressus.

c ep. 17. Cyrill. catechesi 10. & 13. ait ex ligno crucis Hierosolymis inuento totum mundũ repletũ.

Quartò, probatur veneratio sanctæ Crucis ex desiderio flagrantissimo quo fideles tenebantur habendi, aut saltem videndi particulas eius. Constantinus particulam suæ inseruit statuæ, ratus inde vrbem Constantinopolitanam seruandam c Hierony. *Ergone* (inquit) *erit illa dies, quando nobis liceat speluncam Saluatoris intrare crucis deinde lambere signum* Ambrosius orat in Theodosium: *sapienter Helena egit, quæ crucem in capite Regum*

leuauit vt crux Christi in regibus adoretur.

Quintò, ex miraculis, d Paulinus narrat se extinxisse incendium maximum quod nulla arte extingui poterat, ostensa particula crucis. e Cùm Apamea ciuitas iam iam capienda videretur ab hostibus voluit populus particulam sanctæ crucis ibi asseruatam, sibi demonstrari, vt inde morerentur alacrius: annuit votis Episcopus. Sed cum ostenderetur semel, & iterũ effulsit, tertiò splendidus ignis, non comburens tamen, quo territi hostes obsidionem soluerunt.

d *Natali* 10. *Sancti Fœlicis.*
e *ita Euagrius refert* 4. *histor.* 26. *& Procopius lib.* 2. *de bello Persico.*

Sextò, f ab Exaltatione crucis. Nam eam Heraclius a Persis recuperauit pluentibus a Deo lapidibus grãdinis in hostes. In ipsa etiã restitutione crucis ad suum locum contigisse miracula refert Sigibertus in Chronico an. 631.

f *vide Paulum Diaconum, Zonaram Cedrenũ in Heraclio.*

Septimò, g si locus in quo Angelus stetit terra sanctæ est: si Pauli suadaria, & semicinctia honorabantur propter contactum Pauli: si Sacramenta, quia instrumenta gratiæ: cur non magis crux instrumentum nostræ redemptionis in qua Christus stetit, eius sanguine respersa. Narrat h Aug. ad terram sanctam ex Caluariæ monte allatam in Africam miracula fieri solita, & se cum alio Episcopo eam infodisse, ac orationis locum inibi constituisse. quo ergo honore crucem illam prosequeretur? Quare merito cecinit Sybilla.i

g *Josue* 5. *v.* 15. *& Exod.* 3. *v.* 5.
h 22. *Ciuit.* 8.
i *lib.* 6. *Carmin. ad finem.*

O lignum fœlix in quo Deus ipse pependit.

Imaginem Crucis esse adorandam.

CAP. XXVIII.



Rimò, quia est nostri vexillum Imperatoris quo Diabolum vicit: vexillum autem Imperatoris honorare milites tenentur.

Secundò, quia in futuro iudicio apparebit in cælo splendidior sole vt signum filii hominis Math. [a] 24. [b] Respondent per signum filii hominis non intelligi crucem: sed sensum esse, adeò manifestè appariturum filium hominis, ac si edito signo, omnium oculos in se conuertisset. Contra omnes [c] veteres ad vnum exponunt hunc locum Math. de cruce.

Et quidem Vvaldensis satis probabiliter arbitratur ipsam veram ligneam crucem, tunc apparituram, partibus illius hinc inde tunc adunatis, quod satis congruit Sybillæ lib. 6. in fine.

O lignum fœlix in quo Deus ipse pependit
Nec te terra capit, sed cæli tecta videbis
Cum renouata Dei facies ignita micabit.

Sed quidquid sit, saltem [d] apparebit signum crucis Christi. Tertiò, ex Conciliis Sexto can. 73. Septimò act. vlt. & Octauo act. vlt.

Quartò, ex vsu veterum, Iustin. in Apologia. 2. *Signa, & notæ quæ apud nos sunt huius rei* (id est crucis) *virtutem declarant. Tertull.* in [e] Apolog. Minutius in Octauio. Origen. 6. in epistolam ad Roman. ait crucis figuram ante oculos attentè consideratam valere ad omnem pellendã tentationem. Etsi autem ante Constantinum, habuisset labarum quandam similitudinem crucis, quia erat velum in ligno suspensum. [f] Constantinus tamen illud propriè in figuram crucis conuertit, vt milites assuescerent crucem venerari: deuicto Maxentio curauit in celeberrino loco erigi crucem cum hac inscriptione, *Hoc salutare signũ*. Et in manu dexteræ statuæ suæ crucem iussit apponi cũ his verbis. *Hoc vno vere fortitudinis signo vrbem vestram liberaui* &c. Idem decreto cauit facinorosos affigi cruci è contra crucẽ in pecunnis excudi. [g] Theodosius & Tyberius humi fingi, vel

a v. 30.
b *Caluinus, & Musculus apud marolaratũ in cathena sua.*
c *Orig. Chrysost. Hierony. Hilar. Theophyl. Euthym. Beda in* 24. *Mathei. Cyrill catech.* 15. *Aug. ser.* 130. *de tempore tom.* 3. *tit.* 10. *ca* 158.
e *vt Jansenius, & Abulensis docent.*
d *cap.* 16.
e *apud Eusebiũ* 9. *histor.* 8. *in Ruffino.* 9.
f 1. *de vita Constantini cap.* 33.
g *lib.* 1. *Codicis tit.* 8. *l. Cum sit nobis.*

pingi prohibuerunt. Lactantius Constantini tempore carmen de cruce scripsit & inter cætera canit

Flecte genu, signumque crucis venerabile adora.

h Chrysost. præferri iubebat in supplicationibus argenteas cruces, cum ardentibus facibus: i testaturque crucis figuram suo tempore omnibus depingi in locis. k Augustinus, *Qui tantum* (inquit) *honorem tribuit supplicio, quid seruat fidelibus suis?* Cum ad fidem conuerterentur Ægyptii, vbique depictas fuisse cruces loco thoracis Serapidis, quem venerabantur Ethnici, testatur l Ruffinus m Augustinus missus in Angliam à B. Gregorio, crucem argenteam, & imaginem Christi in tabula depictam pro vexillo ferebat. Leo sermon. 8. de passione Domini: *Pulchra specie triumphi sui trophæum, & inuictissimæ patientiæ signum, salutis adorandum populis omnibus inferebat:* Sedulius in carmine Paschali.

Neue quis ignoret speciem crucis esse colendam
Quæ Dominum portauit ouans, &c.

Quintò, ex apparitionibus: 1. n Constantino crux lucidissima apparuit in aere, cum illis verbis ἐν τούτῳ νίκα *in hoc vince.* vt testatur Eusebius se audiuisse à Constantino ipso, testãte ita ferẽ habere. Et reuera in hoc signo vbique vicit, quare o iusserat deferri in præliis Labarum ad eam agminis partem, quæ laborabat magis. 2. apparuit p item supra montem Olíueti tempore Imperatoris Constantii. 3. cum Iulianus q inspiceret pecudum exta per aruspicium, in eis inuenit crucem corona circundatam qua significabatur religionem Christianã fore perpetuam: nec vinci posse à Iuliano, vt euentus probauit: quamuis adulatores dicerẽt significari angustias, & quasi carceres crucis. 4. r apparuit in aere circulus igneus lucidus crucem splendidissimam ambiens, cum Iudæi, iussu Iuliani, templum Hierosolymis vellent in dedecus extruere crucis: præterea in vestibus ferè omnium hominum huius loci visæ sunt cruces quasi summo elaboratæ artificio. 5. s crux item in aere apparuit cùm Arcadius bellum pro fide susciperet in Persas.

Sextò, ex miraculis 1. t tempore Constantini cùm metu hostium irruentium deiecisset Labarum qui ferebat, ilicò necatus est: qui de manu abiicientis recepit

h *apud Sozomenum* 8. *cap.* 8. *&* *Socrate* 6. *cap.* 8

i *libro quod Christus sit Deus.*

k *tract.* 36. *in Ioannem & in Ps.* 36.

l 6. *cap.* 29.

m *apud Bedam* 1. *hist. Anglic.* 25.

n 1. *de vita Constantini.*

o *Euseb.* 2. *de vita Constantini.*

p *Cyrillus Hierosalymit. epist. ad Constantinũ.*

q *Nazianz. orat in Iulianum.*

r *Naziãz. orat.* 2. *in Iulianum.*

s *Prosper de promissionibus diuinis parte* 3. *cap.* 34.

t *Euseb. supr.*

g Hieronym. in Hilarion.
h apud Bedam 3. cap. 2. historiæ.

nusquam potuit feriri. Omnia siquidem tela in eum coniecta crucis infigebantur hastæ. Cum mare egrederetur terminos suos, [g] Hilarion pinxit tres in littore cruces, quo cum peruenisset mare, superbè intumuit quasi indignabundum prohiberi vlterius progredi: deinde fluctus suos in seipsam retorsit. [h] Osuualdus Angliæ Rex per ligneam crucem erectam cũ paucis innumerabiles prostrauit hostes.

Septimò, quia crux est signum rei sanctæ nimirum Christi crucifixi.

Venerabile esse signum Crucis quod effingitur in fronte, aere, &c.

CAP. XXIX.

a Exodi 12. v. 7.
b libro de Catechizan. rudibus.
c v. 4.
d libro aduersus Demetrianum.
e commentar. in 9. Ezechiel.
f Gen. 48. v. 14.
g v. 1.
h cap. 7. versu 3.
μὴ ἀδικήσατε τὴν γῆν, μήτε τὴν θάλασσαν, μήτε δένδρα, ἄχρις οὗ σφραγίσωμεν τοὺς δούλους τοῦ θεοῦ ἡμῶν ἐπὶ τῶν μετώπων αὐτῶν.
i q. 118 Gentiliũ
k historia Lausiaca cap. 148.
l libro de corona militis.
m 4. ep. 6. in fine
n epist. ad Fabianum apud Eusebi. 6. histor. 35. in Ruffi. 33.

PRimò, quia celebres & sanctas habuit in veteri Testamento figuras. [a] Sanguis agni in postibus domorum significabat Aug. [b] teste, signum crucis in frõtibus Christianorum. Idem signum Tau [c] Ezech. 9. [d] teste Cypriano & [e] Hieron. Iacob [f] cancellatis manibus benedixit filiis Ioseph.

Secundò, dicitur signum Dei, quo signantur serui eius. Apocal. 14. [g] *Habentes nomen eius, & nomen patris eius scriptum in frontibus eorum.* [h] Item: *Nolite nocere terræ, & mari, neque arboribus quoad vsque signemus seruos Dei nostri in frontibus eorum.* Quæ de signo crucis interpretatur Oecum. Beda, Ansel. Rupertus in hunc locum.

Tertiò, ex PP. Dionys. Eccl. Hierar. cap. 4. 5. & 6. docet in Sacramentis omnibus adhiberi signũ crucis. Iustinus [i] *Dextera potius* (inquit) *quam sinistra signum crucis exprimimus cum alicui benedicimus.* [k] Hyppolitus quidã scriptor Apostolis familiaris, cuius librum citat Palladius scribit virginẽ quandam signo crucis munitam ex prostibulo illęsam euasisse. Tertull. *Ad omnẽ progressũ atq. promotum, ad omnem aditum, & exitũ, ad vestitũ, ad calceatũ, ad lauacra, ad mensas, ad lumina, ad cubicula, ad sedilia, quãcumque nos conuersatio exercet, frontem crucis signaculo terimus.* [m] Cyprian. *Muniatur frons, vt signum Dei incolume seruetur.* [n] Cornelius Nouatianum à Dæmonio ar-

reptum ait quod non recepisset in fronte signaculum Christi. o Origen. *Timor & tremor cadunt super eos* (Dæmones) *cum signum in vobis viderint crucis fideliter fixum. &c.* Gregor. Taumaturgum sæpè vsum signo crucis cõtra dæmones p testatur Gregor. Nyssen. Lactantius 4. cap. 26. Christum omnibus prodesse dicit, qui signum crucis conscripserint in fronte. q Cyrill. *Fac autem hoc signum* (Crucis) *& manducans, & bibens, & sedens, & stans & loquens, & ambulans, & in summa, in omni negotio.* r Athanasius *signo crucis omnia magica compescuntur.* Basil. de f Spiritu sancto ponit inter primas traditiones Apostolicas signare se signo crucis t Nazianz. ait milites etiã solitos in mensa vti signo crucis. Chrysost. homil. 55. in Mathæum, & homil. *quod Christus sit Deus.* u Ephrem. *Pingamus in ianuis, atque in frontibus nostris, & in ore, & in pectore, atque in membris omnibus viuificum signum: armemur insuperabili hac Christianorum armatura.* x Antonius contra omnes terrores iubebat solo crucis signo tutos esse Monachos. Theodoretus in historia religiosa. Ambros. serm. 43. hortatur vt omnia opera nostra à signo crucis incipiamus. z Hieron. *Ad omnem incessum, manus pingat Domini crucem.* a August. *Quid est quod omnes nouerunt signum Christi, nisi crux Christi? quod signum nisi adhibeatur, siue frontibus credentium: siue ipsi aquæ, qua regenerantur: siue oleo, quo chrysmate inunguntur: siue sacrificio, quo aluntur, nihil eorum rite perficitur.* b Martinus apud Sulpitium. Prudent. in hymno ante somnum. Paulinus natali 8. Sancti Fœlicis.

Quartò, ex miraculis, c Tertullianus ait Christianos hoc signum non solùm Christianis, sed etiam Ethnicis, sæpe prodesse. d Lactant. Diabolũ nõ ausum (præsente Christiã. qui frontẽ cruce signauerat) responsa Imperatori dare. e Epiphan. refert quendam Iosephũ nondũ Christianum incantationes Iudæorum signo crucis destruxisse. f Nazianzenus Iulianum Apostatam ad spectrorum præsentiam se muniuisse signo crucis, & ilicò spectra euanuisse. g Nyssenus, Diaconum quemdam exiuisse noctu incolumen ex balneis, signo crucis munitum inter innumerabilia spectra, vnde nemo viuus

o *homil. 6. in Exod. 15.*
p *in eius vita.*
q *Catech. 4.*
r *libro de Incarnatione verbi.*
f *cap. 37.*
t *Orat. 1. in Iulianum.*
u *libro de pœnit. cap. 3.*
x *apud Athana. in Antonio.*
z *ep. ad Eustoch. Item & ad Demetriadem. Claude cubiculũ pectoris, crebro signaculo crucis munias frontem tuum.*
a *tract. 118. in Joan. ad finem.*
b *Ego signo crucis, non clypeo protectus, aut galea, hostium cuneos penetrabo securus.*
c *initio scorpiaci*
d *4. cap. 27.*
e *hæres. 30.*
f *orat. 1. in Iuliã.*
g *in Taumatur.*

exietat qui nocte intrasset, Athanasius in Antonio. Hieron. in Hilarione. Theodoret 5. histor. 21. Gregor. 3. Dialogor. 7. multa miracula narrant ad solum crucis edita signum. Palladius h in historia Lausiaca scribit quendam signo crucis munitum in mediis flammis illæsum mansisse. Theodoretus in vita sancti Marciani, item & Iuliani tradit dracones ab vtroque signo crucis occisos. i Aphraatem, Macedonium, Petrum eo signo curasse morbos. Aug. 22. Ciuit. 8. Victor k Vticensis Eugenium Episcopum illuminasse eodem signo cæcum. Qui omnes PP. primis 500. floruerunt annis.


h *cap. 54.*

i *in eorum vitis idem Theodoret.*

k *2. de persecutione.*

Soluuntur Obiectiones.

CAP. XXX.



AD 1. resp 1. crucem attulisse etiam Christo lætitiam maximam ob Diabolum deuictum, & genus humanũ redemptum quæ planè dolorem, & ignominiam priorem absorbuerit. [2. etsi dolor Christi nobis non placeat quatenus ipsius malum erat, tamen coli crucem etiam per respectum ad dolorem, & ignominiam Christi in quantum fuit instrumentum redemptionis nostræ.

Ad 2. patibula parentum pereuntium ob crimina propria execranda esse: ob iustitiæ defensionem, honoranda, tanquam monumenta virtutum parentum. At crux insignem Christi charitatem, obedientiam, innocentiã, patientiam, &c. testatur.

Ad 3. omnes cruces, crucem repræsentare Christi, fiũt enim ad eam exprimendam, nec iam alium habent vsum At omnia sepulchra, præsepia, non fiunt, aut habent vsum ad exprimendum sepulchrum &c. Christi: quæ tamen fiunt, & hunc vsum suo modo habent esse etiam suo

modo honoranda.

Dices [a] ergo saltem Asinus quo fuit vectus Christus erit honorandus. Negatur. tùm quia Ecclesia hunc nusquam habuit vsum, quia id per se ridiculuum est. tùm quia viderentur fideles imitari gentiles, quia enim animalia per se mouentur, & multa imitantur in homine, propterea putari facile posset peti auxilium ab eis.

Ad quartum negatur consequentia 1. quia labia Iudæ & manus ministrorum passionis Christi non solum fuerunt instrumenta huiusmodi passionis, sed etiam partes viuæ horum impiorum [ab imperio motæ voluntatis] & proinde non posse honorari, quin impii simul honorentur. 2. in passione Christi considerandam esse actionem, & passionem illam sceleratam, hanc sanctam: ad priorem referuntur labia Iudæ, &c. quia fuerunt propinqua, & immediata actionis scelestæ instrumenta remota verò ac mediata passionis salutaris: ad posteriorẽ referuntur crux, spinæ, &c. quia propinquum, & immediatum passionis, remotum & mediatum actionis instrumentum extiterunt.

Ad 5. Nos Christi passioni compati, vt inflixit pœnam ac dolorem: gaudere vt per eam redempti sumus: ac instrumenta eius honorare, quia in his triumphauit de Diabolo Christus. Inimici autem Christi de triumpho dolent, de dolore lætantur.

Ad 6. maiorem veram esse quando illa virtus, nec ab ipsa natura rei, nec ab institutione Dei habetur. Ad minorem: signum crucis operari mirabilia non ex virtute naturali, sed vt signum diuinitus institutum. Primò ergo terret dæmones, idque ex tribus causis. 1. [b] apprehẽsione Dæmonis, nam mox, vt recordatur se Christi deuictum, & eneruatum inde fugit, sicut canis baculum quo percussus fuit. 2. ex deuotione hominis, eo modo quo vim habet oratio, loquimur enim corde, ore, & nutibus. 3. ex opere operato: Nam videmus Iudæos, & paganos sine vlla in Christum fide, solùm intendentes facere, quod Christiani faciunt fugasse dæmones signo crucis. Sicut patet ex Nazianzeno oratione prima in Iulianum. Epiph. hæresi 30. Gregorio 3. Dalog. septim.

a [*Vasquez arbitratur posse hæc omnia adorari cultu proportionato, etiã & labia Iudæ, dummodo absit scandalum, & hanc doctrinam passim repetit tractatu suo de adoratione, ac iuxta hanc lib. 3. cap. 6. respondet ad has obiectiones*]

b *Athan. lib. de Incarnat. Domini: veniat qui istorum dictorum experimentum capere velit, & in ipsis præstigijs dæmonum & imposturis vaticiniorum & in miraculis magiæ vtatur signo crucis ab ipsis derisô, nomen Christi inuocet: & videbit quomodo eius rei motu dæmones fugiant, vaticinia côquiescant, magiæ, & veneficia iaceãt*

nam vt inquit August. lib. 83. qq. q. 79. *nullo modo vlli spiritus audent hæc signa contemnere: contremiscunt hæc vbicumque illa prospexerint.* Nec tamen propterea erunt plura. 7. Sacramenta, tùm quia hoc signum non confert gratiam iustificantem: tùm quia non habet effectum infallibilem. Nam vt idem ait Aug. ibidem, *cum non cedunt his signis huiusmodi potestates, Deus ipse prohibet, occultis modis: cùm id iustum, & vtile iudicat.*

Secundò, morbos depellit, tanquam signum fidei, & fiduciæ: vel potius tanquam per inuocationem signo expressam. Christus enim promisit fidelibus se daturum quidquid peterent cum fide: & nominatim Marci vltimo v. 17. ponitur inter signa credentiũ fugatio Dæmonum, v. 18. curatio ægrotorum. Quamuis id non infallibiliter sequatur, quia intelligitur si vtile sit petenti. Ita est enim in nomine Christi petere, sicut interpretatur Augustinus tract. 102. in Ioannem ad initium. *Non petitur in nomine Saluatoris, quidquid petitur contra rationem salutis.*

Tertio, sanctificat ea quibus imprimitur *Catechumenos* (inquit Aug. libro. 2. de peccator. meritis, & remissione cap. 26.) *secundum quendam modum suum, per signum Christi, & orationem manus impositionis puto sanctificari: & quod accipiunt, quamuis non sit corpus Christi, sanctum est tamen.* Non quòd illa sanctificatio sit aliqua physica qualitas: sed consistat in relatione ad res per se sanctas: sitque suo modo inuocatio meritorum Christi in res quæ benedicuntur.



APPENDIX AD TRACTATVM DE cultu imaginum.

Refutatio libelli in lucem editi Francofurti anno. 1596. falso inscripti. *Synodus Parisiensis de imaginibus anno Christi. 824. ex vetustissimo codice descripta.*

SVMMA LIBELLI: ET NVLLAM fuisse talem huiusmodi Synodum.

Cap. I.



Vinque continet hic libellus. Primò, Epistolam Michaelis Balbi Græci Imperatoris ad Ludouicum Pium Caroli magni filium, qua significat, Ecclesiam propter imagines Christi, & Sanctorum, in duas partes diuisam: cùm alij eas adorent, alij non: simulque petit à Ludouico, vt in occidente operam det pacem, & vnionem Ecclesiarum fieri sublato cultu superstitioso ima-

Refellitur Epistola Balbi.

CAP. II.



PRimò, quia, fuit [a] ille Michael Balbus sceleſtiſſimus. magis Hebraicæ ſuperſtitioni, quam religioni Chriſtianæ addictus. 1. Reſurrectionem carnis negabat, & ob id Prophetas, & Apoſtolos qui eam prædicauerant, irridebat. 3. fornicationem aſſerebat licitam. 4. cælibatum ſacrum adeò temnebat, vt è Monaſterio ſanctimonialem iam Deo ſacram ſibi deligeret coniugem. 5. Septimam Synodum ab Adriano. 1. probatam ac imaginum ſacrarum reſpuebat cultum, atque Conſtantinum Copronymum Iconomachum Imperatores ſibi præter cæteros proponebat imitandũ. 6. Sanctum Euthimium, & Methodium aliosque pios, vel exilio, vel carcere, vel morte, mulctauit.

[a] *Apud Zonarã, & Cedrenum, in Balbo.*

Secundò, quia impoſturis hæc abundat epiſtola, qualis eſt: Chriſtianos, viuificam deſpicere crucem, adorare imagines vt Deos, eis ſacrificia offerre, ab eis de fonte ſuſcipi, & ſacram communionem ſuſcipere velle.

Quæ cum ita ſint: vel Franci Doctores illi adhibuerunt, fidem huic epiſtolæ: vel non: ſi prius, abuſi ſunt illa ad perſuadendum Pontifici vt Nicæni. 2. Concilij reſcinderet acta: ſi poſterius, Ergo circumuenti, atque decepti ſunt.

Refelluntur huiusmodi Collectores siue Doctores.

CAP. III. ET IIII.



Rimò, [a] quia ante collectionẽ, satis audacter de scriptis Apostolicis iudicant.

Secundò temerè reprehendunt Adrianum. 1. summum Pontificem, & Nicænã Synodum. 2. [b] *Indiscretè* (inquiunt) *noscitur fecisse* (Hadrianus videlicet) *in eo quod superstitiosè eas* (imagines) *adorari iussit*, *pro qua etiam causa Synodum congregari præcepit*. Et p. 21. *Per singula capita in illorum*. (Scilicet PP. Nicen. 2.) *Excusationem respondere quæ voluit* [c] (Adrianus) *non tamen quæ decuit conatus est*.

Tertiò, [d] malè colligunt ex [e] Augustino non esse colendas imagines: quòd scribat Simonem Magum iussisse imaginem suam; & Helenæ meretriculæ suæ, à discipulis adorari. Sicut enim non licet adorare imagines impiorum, sic licet piorum.

Quartò, ineptè dicunt hanc fuisse primam adorandarum imaginum originem. Nam, si de falso cultu agatur, longè ante Simonem [f] adorauit vitulum aureum populus Iudaicus. Si de vero, constat etiam [g] supra, ante Simonem viguisse.

Quintò, ridiculè quæ Aug. [i] disputat de imaginibus defluentibus à corporibus in sensus [quas vocant species intentionales] & de sensibus in animum transeunt [quas vocant intelligibiles] vt per eas aliquid cernamus, vel cogitemus transferunt ad probandum imagines Christi, & Sanctorum depictas, vel sculptas, adorandas non esse.

Sextò, quia pro se inducunt etiam testimonia Patrum quæ contra se id est pro imaginibus pugnant, vt [k] Hadriani, [l] Basilii, Gregorij, epistola Synodica.

Septimò, malè asserunt non esse consuetudini hac in re creden-

a *Caput.* III.
b *Pag* 19.
c *In defensione Nicænæ Synodi.*
d *Caput.* IIII.
e *Libro de hæresibus.*
f *Exodi.* 32.
g *Libro.* 2. *de Reliq. SS. cap.* 12. *cum agitur de Hemorroissa muliere.*
i *Epistol.* 56.
k *Epistola sua pro imaginibus.*
l *Vt illud ex ep. ad Iulianũ Imp. figuras imaginũ eorum (scilicet Sanctorum) honoro, & adoro specialiter hoc traditum est à SS. Apostolis & non probibitum: sed in omnibus Ecclesiis nostris eorum designari vel SS. historias &c.*

credendum. Quia, nulla quantumuis vetus consuetudo debet veritati officere. Negatur namque propositio, & admittitur probatio. Non enim demonstrarunt consuetudinem de cultu imaginum officere veritati.

Octauò, crucem quidem esse adorandam, sed non imagines, quia cruce non imagine Christus nos redemit. Responsio supra, libro. 2. cap. 12. de Reliquiis.

Nonò, nihil manu factum esse colendum. At nonne crux Christi, codex Euangeliorum, & sacra vasa sunt manu facta, quæ tamen veneranda dicunt?

Refellitur Epistola nomine Eugenij scripta.

CAP. V. ET VI.

PRimò, quia in hoc libello Francofurti edito hæc epistola caret principio, quod tamen vitium, non videtur primo tribuendum authori: sed ei qui hanc in lucem recenter edidit.

Secundò, qua fronte ausi sunt illi DD. Galli præscribere Papæ, quid oporteret scribere?

Tertiò, qua fiducia sperare Romanum Pontificem scripturum ad Græcum Imperatorem contraria scriptis suorum antecessorum Pontificum?

Quartò, quia Papam facit hæc epistola imperitè, & summè imperatorum adulatorem: *O venerandi mundi principes* (Michael scilicet, & Theophilus filius eius) *Cum vniuersa sancta Dei, quam Domino disponente, & committante gubernatis, Ecclesia*, & infra. *Propter adunandam, quam Domino Deo ordinante regitis Ecclesiam.* Egregiè! Inuasor Imperij Michael, interfecto legitimo Imperatore, erit Deo disponente, & ordinante non solùm Imperij, sed Ecclesiæ rector. Quid ergo summi Pontifices, quid Episcopi? vide supra controuersia, de Summo Pontifice & controuersia de Ecclesia libro. 1. & 2.

Quintò, male argumentatur: si nulla esset picta imago, non periret fides, spes, charitas: sed propter imagi-

næs est dissentio in Eccesia. Ergo non sunt honorandæ. 1. quia concludit etiam esse tollendas. 2. quia etsi vera sit Maior: tamen cum iam depingantur, & de fide sit, eas honorari debere: nunc contrarium dicere contra fidem pugnat: sicut qui assereret epistolam ad Philemonem non esse venerandam erraret: quamuis si non extaret hæc epistola: non tamen propterea salus periret. 3. quia non sequitur esse abstinendum ab eo quod per se bonum est, & institutum ab Ecclesia, ob dissentiones, quæ inde oriuntur [sunt enim scandala passiua, non actiua.]

Sextò, reprehendit hæc epistola Constantinum. 6. & Irenem eius matrē, quòd edicto iusserint venerari imagines iuxta Concilii Generalis statutum. At huiusmodi reprehensio non poterat ab Eugenio probari: simul enim legitimum Concilium ab Hadriano Eugenii prędecessore probatum arguit.

Septimò, quia neque Eugenius eam epistolam misit, & paulò post Hadrianus secundus Synodum octauam generalem celebrari curauit, in qua iterum septima de cultu imaginum probata est.

Octauò, quia Anastasius Bibliothecarius in præfatione. 7. Synodi ad Ioannem. 8. Hadriani. 2. successorē ait, hanc de cultu imaginum sententiam, fuisse omnium aliorum Roman. Pontificum, & vniuersalis Ecclesiæ: *Quibusdam duntaxat Gallorum exceptis: quibus vtique nondum est horum veritas reuelata.* Qua ergo iam firmitate niti poterit huius. epistola?

De a cæteris libelli, nihil est dicendum nisi quędam esse redolentia fraudes hęreticorum recentium.

a *Caput. vi.*



LIBER TERTIVS.

QVI EST: DE REBVS QVIbus Ecclesia triumphans à militante colitur.

DE ERRORIBVS CIRCA TEMPLA.

CAP. I.

PRimus est euertentium, vel profanantium templa, non in odium templorũ, sed gentis. Ita [a] Nabucodonosor, [b] Antiochus, [c] Pompeius, Cassius, Titus &c. in templum Iudæorum acti. I. In Ecclesias verò catholicorũ [d] Diocletianus [e] Ariani, Donatistæ.

Secundus damnantium templa in templorum odium, ita [f] Manichæi, [g] Messaliani & Eustathius apud Socratem. 2. histor. 33. [h] Petrobrusiani, [i] Albigenses, [k] Vvaldenses, [l] Vvicleffistæ, Taboritæ apud

a 4. *Regum vltimo.*

b 1. *Machabæor.* 1.

c *Ioseph. Antiquit.* 14. *& libro* 7. *de bello Iudaico.*

d *Euseb.* 8. *histo.* 3. *in Ruffino* 2.

e *Apud Athanasium in Apologia pro fuga sua, Theodoret.* 4. *histor.* 19. *&* 20. *Optatum.* 6. *in Parmenianum.*

f *Apud Aug.* 20. *cap.* 3. *&.* 4. g *Apud Damasc. libro de centum hæresibus.* h *Apud Petrum Cluniacens. epistola contra Petrobrusianos & author vitæ Bernardi libro.* 3. *cap.* 5. i *Ita refert Bernardus Lutzemburgensis in catalogo hæreticor.* k *Apud Claudium Coussordium libro contra Vvaldenses cap.* 6. l *Apud Vvaldensem tom.* 3. *tit.* 17. *&* 22.

Æneam Syluium de origine Bohemorũ cap. 35. & Anabaptistę Transyluani in [m] antithesibus Christi veri, & falsi.

m *Editis Albæ Juliæ an.* 1568.

Tertius admittentium templa, sed non certo ritu cõsecranda, aut sumptibus ornanda, vel dicata ad orandũ, aut sanctos honorandum: sed solùm ad concionandũ, & ministrandum Sacramenta. Ita [n] Lutherani, & [o] Caluinistæ [quamuis hi ferè vbi præualent, de facto demoliti sint Ecclesias.]

n *Magdeburgens. Centur.* 4. *cap.* 6. *col.* 407.
o *Institut.* 1. *cap.* 11. §. 13. & *libro* 3. *cap.* 20. §. 30.

An templa sint erigenda.

CAP. II.

a *V.* 34. & 35.
b *V.* 48. οὐχ ὁ ὕψιστος ἐν χειροποιήτοις ναοῖς κατοικεῖ.
c *V.* 24.
d *Cap.* 4
e 2. *Paralipom.* 2. *v.* 6.
f *Ibid. cap.* 6. *v.* 18.



NOn esse probant primò, Math. 5. [a] *Cœlum Dei sedes est, terra autẽ scabellum pedum eius.* Secundò Actor. [b] 7. & [c] 17. *Excelsus non in manufactis habitat.* Sed esse erigẽda patebit [d] infra ex fine quo eriguntur. [Ad primũ respondeo nihil inde sequi. Nam similia fatebatur Salomon & antequam [e] ædificaret, & postquã [f] ædificauit templum. Nec tamen argui potest, cum illud templum placuerit Deo. 2. Paralipom. 7. Et ipsemet Salomon soluat argumẽtum cap. 6. v. 19. ad hoc (inquit) tantum facta est vt respicias orationem serui tui &c. v. 20. vt aperiãtur oculi tui super domum istam diebus ac noctib. &c.] Resp. Manichæi Deum veteris Testamẽti voluisse quidem templa, sed non Deus noui. Contra in Testamento veteri etiam dicitur. [g] *Cœlum mihi sedes est* &c. & tamen remanebat templum, nec iubebat euerti Deus. In nouo Christum approbasse templa cõstat ex Ioan. 2. v. 16. & Math. 21. v. 13. cum eiecit vendentes è templo. Ad 2. non placere Deo templa quibus putatur includi: placere in quibus colitur.

g *Isaiæ.* 66. *v.* 1.

De forma.

CAP. III.



Ccleſiæ Chriſtianorum, ad ſimilitudinem templi Salomonis ferè omnes habuerunt [a] tres partes. 1. porticum Græci πρόναον, noſtri veſtibulum dicunt. 2. ναὸν id eſt templum, ſiue nauem. 3. βῆμα, ſiue ἱερατεῖον, hoc eſt Sacrarium, [b] partem ſcilicet interiorem templi. Præter has erat domuncula templo annexa in qua ſe ad Sacra Epiſcopus parabat. [c] Habebant autem vt plurimum latera quatuor, quibus quatuor mundi aſpicerent partes. Caput autem Eccleſiæ ad Orientem conuerſum ſicut ex [d] PP. & experientia conſtat. Cuius cæremoniæ rationes: prima, quia ad Orientem erat Paradiſus, quod enim vulgata editio habet: [e] *Plantauerat Deus Paradiſum à principio.* Septuaginta habent, ἐφύτευσεν παράδεισον ἐν ἐδὲν, κατὰ ἀνατολάς· *Plātauerat Paradiſum in edē ad Orientē.* In Hebræo כערן מקדם *begeden mikkedem in edem ab Oriente*, vel *ante*, ſiue, *à principio.* Orantes ergo ad Orientem profitemur [f] nos peregrinos, & ad noſtram ſuſpirare patriam. 2. quia ab Oriente cælum incipit moueri, eſtque propterea pars nobiliſſima cæli. Conuertimur autem ad hanc partem: tùm quòd ſint Deo meliora danda, tùm vt moneamur conuertere faciem ſpiritualem animæ ad ſpiritum excellentiſſimum, nempe Deum: ita Auguſtinus. 3. quia Chriſtus quē oramus, eſt [g] lux mundi. Et, *Vir*, [h] *Oriēs nomen eius:* vt [i] ſignificemus nos illuſtrari ab eo, ſicut iuſtitiæ ſole. 4. quia moriens in cruce Occidentem

a *Ad ſimilitudinem templi Salomonis.*

b *In qua erat altare, diuiſa à reliquo templo, gradibus, cancellis, & velis, ſiue aulæis.*

c *De ſtructura templi vide Euſebi. 3. de vita Conſtantini in deſcriptione Hieroſolimitani templi Theodoret. 4. hiſtor. 20. Hieronym. epiſtola de obitu Nepotiani Aug. 22. Ciuit. 8. in fine Vualfridus ſtrabo libro de rebus Eccleſiaſticis cap. 4. & 6.*

d *Tertull. libro contra Valentinianos non procul ab initio dicit Eccleſias Chriſtianorum Orientem amare ſolitas Juſtinus q. 118. Epiphan. hæreſ. 19. Origen. homil. 5. in Numeros Baſil. de ſpiritu ſancto cap. 27. & omnes illi veteres qui traditionem Apoſtolicam eſſe dicunt ad Orientem orare.* e *Geneſ. 2. v. 8. cap. verò. 4. v. 16. vertit: ad Orientalem Plagam* f *Ita Gregorius Nyſſen.* g *Ioan. 8. v. 12.* h *Zachar. 5. v. 12.* i *Ita Vualfridus.*

respiciebat: quare vt ad faciem crucifixi intueamur, Orientem respicere debemus. 5. quia, [k] *ascendit ad cælum cælorum ad Orientem*: vt quasi ascendentem eum vobis prosequamur. 6. quia creditur in iudicio venturus ab Oriente, iuxta illud: *sicut* [l] *fulgur exit ab Oriente &c.* Quare [m] ita conuersi quasi venturum iudicem expectamus. 7. Iudæi [n] orabant ad Occidentem: nos ergo ad Orientem: vt significemus eos literam Occidentem, nos spiritum viuificantem habere.

k *Psal. 67. v. 36.*
l *Mathæi. 24. v. 27.*
m *Ita Damascenus.*
n *Vnde Ezechielis. 8. reprehenduntur grauissimè adorantes ad Orientem vigintiquinque viri.*

De fine.

CAP. IIII.



Rima propositio. *Rectè instituuntur certa loca, in quibus verbum Dei, & Sacramenta populo ministrentur.*

Primò quia Dominus, & Apostoli ordinariè prædicabant in templis Math. 26. [a] *Quotidiè apud vos sedebam docens in templo* Ioan. [b] 18. *Ego semper docui in Synagoga & in templo quo omnes Iudæi conueniunt.* Actor. 5. [c] *Ite, & stantes in templo loquimini plebi omnia verba vitæ huius: qui cùm audissent intrauerunt diluculo in templum, & docebant.* 13. Paulus, & Barnabas in Synagogis prædicant.

Secundò, exemplo primorum Christianorum. 1. Corinth. 11. [d] *Conuenientibus vobis in Ecclesiam audio scissuras esse inter vos.* Hîc non loqui de priuata domo, patet cùm subiungatur: [e] *Nunquid domos non habetis ad manducandum & bibendum, aut Ecclesiam Dei contemnitis?* Item. 14. [f] *Mulieres in Ecclesiis taceant,* [g] *si quid autem volunt discere, domi viros suos interrogent.*

a V. 55. καθ' ἡμέραν πρὸς ὑμᾶς ἐκαθεζόμην διδάσκων ἐν τῷ ἱερῷ.

b V. 20. ἐγὼ πάντοτε ἐδίδαξα ἐν τῇ συναγωγῇ καὶ ἐν τῷ ἱερῷ ὅπου πάντοτε οἱ ἰουδαῖοι συνέρχονται.

c V. 20. πορεύεσθε, καὶ σταθέντες λαλεῖτε ἐν τῷ ἱερῷ, τῷ λαῷ πάντα τὰ ῥήματα τῆς ζωῆς ταύτης.

d V. 18. συνερχομένων ὑμῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἀκούω σχίσματα ἐν ὑμῖν ὑπάρχειν. e μὴ γὰρ οἰκίας οὐκ ἔχετε εἰς τὸ ἐσθίειν καὶ πίνειν, ἢ τῆς ἐκκλησίας τοῦ θεοῦ καταφρονεῖτε. f V. 34. αἱ γυναῖκες ὑμῶν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις σιγάτωσαν. g V. 35 εἰ δέ τι μαθεῖν θέλουσιν, ἐν οἴκῳ τοὺς ἰδίους ἄνδρας ἐπερωτάτωσαν.

h Clemens Rom. refert Petro predicante Antiochiæ, conuerſam fuiſſe Theophili domum in Eccleſiam ibique Petro cathedram conſtitutam vnde populum doceret. Philo i ſcribit, primos Chriſtianos, in omnib. locis ædes conſtituiſſe ſacras ad myſteria celebranda, & ſacros legendos libros k Iuſtinus, Chriſtianos ſolitos die dominico in vnum conuenire locum ad verbum Dei, & Euchariſtiæ communicationem. l Tertull. expreſsè meminit ædis ſacræ adquam fideles conueniebant. m Cyprian. arguens opulentás mulieres quæ ſine oblatione ad Eccleſiam veniebant: *In Dominicum* (inquit) *ſine ſacrificio venis, & partem de ſacrificio, quod pauper obtulit, ſumis.* Eccleſiam vocat dominicum: quia Domini palatium eſt.

h 1. *Recognit. circa finem.*
i *de vita Theorica ſupplicum: quem citat Euſebius 2. v. 16. in Ruffino. 17.*
k *Apologia. 2. ad finem.*
l *lib. contra Valentinianos.*
m *ſerm. de eleemoſynis.*

Tertiò, populus Chriſtianus debet neceſſario, aliquādo ad res conuenire ſacras. nec enim concio poteſt fieri ad ſingulos ſeorſum, nec etiam Euchariſt. celebratio. Et quamuis poſſet, non tamen expediret, quia conuentus hominum vtiliſſimus eſt ad alendam animorum vnionem. Igitur neceſſe quoque aliquem locum conſtitui, in quo tales fiant conuentus. Et quidem viuente Domino, quia nondum erat Eccclefia noui teſtamenti conſtituta, ſed colligebatur: ideò non mirum, ſi tūc non habuerit Eccleſia, loca propria ſacra. At poſtquam Chriſtiani cæperunt eſſe populus aliquis, mox etiam neceſſe fuit aliquas Eccleſias habere.

Secunda propoſitio. *Eccleſiæ Chriſtianorum ad ſacrificia offerenda inſtitutæ ſunt, & ideò verè, & propriè templa appellari poſſunt.*

Primò, Eccleſiæ Chriſtianorum ſemper habuerunt altaria. Ergo & vera templa. Nam tēplum nihil eſt quam locus altaris. Antecedens probatur. I. ex 1. Corinth. 10. n *Non poteſtis menſæ Domini, & menſæ Dæmoniorum participes eſſe.* Vbi opponit Apoſtolus menſam Euchariſtiæ menſæ idolothytorum. hæc autem erant verum altare, Ergo & illa. 2. *Habemus altare, de quo edere non habent poteſtatem, qui tabernaculo deſeruiunt* o Hebræ. 13. quem locum aduerſarii equidem intelligunt de altari crucis. At p PP. (quibus poſtponendi ſunt) de ſacrificio Euchariſtiæ. 3. quia nullus eſt, q veterum ferè, qui

n v. 21. οὐ δύνασθε τραπέζης κυρίου μετέχειν, καὶ τραπέζης δαιμονίων.
o v. 10. ἔχομεν θυσιαστήριον, ἐξ οὗ φαγεῖν οὐκ ἔχουσιν ἐξουσίαν οἱ ἐν τῇ σκηνῇ λατρεύοντες.
p *Chryſoſt. Theodoret. Sedulius, Oecumen. Theophyl.*
q *Can. 3. Apoſtol. Dion. 3. Eccl. Hierarch. Irenæus 4. cap. 34. Athanaſ. in Antonio.*

non meminerit altaris Ecclesiæ. Secundò, Euseb. 3. de vita Constantini, Basilius in psal. 114. Nazianz. orat. in Gorgoniam sororem, Nyssenus oratione in Theodoretum, Chrysost. homil. 51. in Mathæum Lactant. carm. de passione Domini Saluianus [r] 4. de prouidentia, Ambros. de officiis, templi nomine vtuntur: *Nemo* (inquit) *potest indignari, quia templum Dei ædificatum est.* Hierony. in 7. Hieremiæ Ecclesiam, vocat templum.

r *Eccle. (inquit) vel potius templum.*

Obiicitur primò, Apocal. 21. cùm dicitur: [f] *Et templum non vidi in ea, Dominus enim Deus templum illius est,* agitur de Ecclesia militante. nam subiungitur: [t] *Ambulabunt gentes in lumine eius* &c. quod mutuatũ est ex Isaiæ [u] 60. in quo certum est Isaiam agere de Ecclesia militante.

f *v. 22.* καὶ ναὸν οὐκ εἶδον ἐν αὐτῇ· ὁ γὰρ κύριος ὁ θεὸς ὁ παντοκράτωρ ναὸς αὐτῆς, καὶ τὸ ἀρνίον.
t *v. 24.*
u *v. 3.*

Resp. in Apocalypsi agi de Ecclesia triũphante. 1. quia ita exponũt [x] PP. & Augustinus ait nimiæ sibi impudentiæ videri hũc locũ de præsenti Ecclesia intelligere. 2. quia in cap. 20. describitur iudicium, & impiorũ damnatio, deinde 21. sequitur de beatorum gloria; *& vidi cælum nouum* &c. *Et templum non vidi in ea.* Ad probationem: vel loqui Isaiam de triumphante etiam: vel si de [z] militante ad literam (quòd maximè probabile est) Ioannem ea per anagogem intellexisse de triumphante: quomodo quod dictum [a] est ad literam de populo Iudaico *Ex Aegypto vocaui filium meum:* [b] Mathæus intellexit de Christo in allegorico sensu.

x *Primasius, Beda, Oecumen. Richardus, Rupertus.*
y *20. Ciuit. 17.*
z *ita Hierony. & Cyrillus in hunc locum.*
a *Oseæ. 11. v. 1.*
b *ca. 2. v. 15.*

Secundò, Deus voluit templum Salomonis ad sacrificandum erectum, funditus euerti. Respondeo, id verum, non quòd ei templa displiceant: sed quia veteris statum testamenti cessauit.

Tertiò, Pattes ordinarie a vocabulo templi abstinent cum de Ecclesiis Christianorum loquuntur, imò eas apponunt templis. Et [c] Optatus *Quis nostrum (inquit) intrauit templum?*

Respond. primos Christianos, propter recentem sacerdotii memoriam Aaronici, abstinuisse non solum a vocabulo templi, sed etiam sacrificii: ne viderentur adhuc durare Iudaicæ cæremoniæ. At cum satis perspecta fuit differentia inter Christianos, & Iudæos cœperunt fideles vocare [d] presbyteros, sacerdotes: quamuis

c *6. in Parmenianum.*
d *vt patet ex Tertull. lib. de velandis Virgi. & lib. de monogamia. Cyprian. in omnib. ferè epistolis.*

abſtinerent adhuc a vocabulo templi : quòd adhuc mundus eſſet plenus idolis ac obtinuiſſet vſus nomine templi, intelligi locum ad ſacrificia cruenta ſacratum. Atque hoc in ſenſu, intelligendi ſunt PP. dum negant inter Chriſtianos templa.

Quartò, e obiicienti Cæcilio quòd Chriſtiani non haberent templa, aras, ſacrificia: reſpondit Octauius, ideò hoc eſſe : quòd ſcirent Chriſtiani non poſſe vllo capi loco Deum, nulla re indigere, & ſeipſos loco templorum conſtituere, ac ſacrificare iuſtitiam, pietatem &c.

e *apud Minutiũ fœlicem.*

Reſpondeo, noluiſſe Octauium dare ſanctum canibus, ac de Euchariſtia loqui vnico Chriſtianorum ſacrificio : Et proinde maluiſſe ad mentem aduerſarii reſpondere qui de ſacrificiis loquebatur cruentis. Nam reuera ante Minutium Fœlicem, apud quem Octauius loquitur altaria fuiſſe, ſacrificia, & proinde templa ex Tertull. Irenæo antiquioribus Minutio patet, ſupra.

Tertia propoſitio: *Eccleſiæ Chriſtianorum rectè ad orandum, etiam priuata oratione, inſtituuntur.*

Primò, cùm f Salomon inſtituiſſet templum ad orandum, petiiſſetque a Deo, vt quicumque oraret in eo, exaudiretur, g Deus pollicitus eſt ita futurum.

Secundò Iſaiæ h 56. dicitur templum, Domus Dei & domus orationis idipſumque confirmauit Dominus Math. 21. v. 13.

f *3. Regum. 8. & 2. Paralipom. 6.*
g *3. Reg. 9. & 2. Paralipom. 7.*
h *v. 7.*

Tertiò 1. Reg. I. Anna Elcanæ vxor, precatura Dominum, ad tabernaculum acceſſit, in quo erat arca, ibique exaudita eſt. 1. Paral. 21. Dauid voluit quidem ire in Gabaon, vt oraret pro auertenda peſte a populo, ſed nimio timore perculſus nõ valuit: in ipſa verò Hieruſalem extruxit altare. Daniel in Babylone captiuus, ad eam i conuertebat ſe partem oraturus qua putabat Hieruſalem, locum templi, eſſe. Anna Phanuelis filia k *Non diſcedebat de templo ieiuniis, & obſecrationibus ſeruiens nocte, ac die* l Publicanus orans in templo iuſtificatur. m Petrus & Ioannes oraturi, in templum aſcendunt: & n Eunuchus Candaces Reginæ venerat adorare in Hieruſalem.

i *Dani. 6. v. 10.*
k *Luc 2. v. 36.* ὐκ ἀφίςατο ἀπὸ τῦ ἱερῦ, νηςείαις, ϗ δεήσεσι λατρέυεσα νύκτα, ϗ ἡμέραν.
l *Lucæ 18.*
m *Actor. 3.*
n *Act. 8. v. 27.*

Quartò, ex PP. Origen. homil. 2. in Exodum vo-

o *in Apologetico cap.39.* cat Ecclesias Christianorum domos orationis o Tertull. ait conueniri primò in Ecclesiam ad orationem. 2. ad lectionem. 3. ad exhortationem &c. Euseb. 2. historiæ p 16. ex Philone refert, primos Christianos, ædes habuisse orationi sacras q Chrysost. *Orare* (inquit) *vel domui possumus: te homo decipis, & magno in errore versaris: nam etsi domui quoque datur orandi facultas, tamen fieri non potest, vt domui tam benè ores quam in Ecclesia.* Basil. 2. de Baptis. 8. docet non parum conferre locum ad orandum. Ambros. r orat. de tradendis basilicis Hierony. in Epitaphio Marcellæ *Apostolorum* (inquit) *& Martyrum Basilicas secretis celebrabat orationibus* Aug. 22. Ciuit. 8. quo meminit multorum, qui in Basilicis orantes, miracula impetrarunt.

p *in Ruffin. 17.*
q *homi. 30. contra Anomœos.*
r *quasi quotidie ait solitũ ire ad martyres, id est, ad basilicas martyrum orationis gratia.*

s *ep. 109.* Quintò ex nomine: nam Ecclesiæ a Græcis semper vocantur εὐκτήρια, a Latinis Oratoria. vnde s Aug. *In oratorio nemo aliud agat, nisi ad quod factum est, vnde & nomen accepit.*

t *li. 2. ad Simplicianum. q. 4.*
u *1. Corinth. 6. v. 19.*

Sextò, sacratior, & commendatior est præsentia Domini in templo quam extra, teste t Augu. alioquin namque non dixisset Paulus: u *Membra vestra templum sunt spiritus sancti.* Ex similitudine siquidem ducta a veris templis volebat ostendere Deum esse in nobis peculiari modo, quod tamen non erit verum, si non adsit etiam quodam peculiari modo in veris templis. Ergo in templo orare, magis expedit, quam alibi.

x *3. Reg. 9.*
y *3 Rex. 8.*

Septimò, Deus in tẽplo citius exaudit: quod x enim promisit templo Salomonis dumtaxat, quomodo negabit Ecclesiis fidelium? y Nam idem quod petiit Salomon in dedicatione templi, petit Ecclesia cum noua dedicat templa. Ergo potius ibi orandum.

Octauò, oratio est res nobilissima, Ergo illi debetur nobilissimus locus, qualis est locus sacer.

Nonò, quia in Ecclesia inueniuntur omnia ad deuotionem accommodata.

Decimò, quia ibi est presentia corporaliter mediatoris Christi in Eucharistia, non sine Angelorum frequentia vt docet Chrysostomus homilia. 36. in 1. ad Corinth.

Obiicitur Primò, a Math. 6. *Tu autem cum oraueris intra in cubiculum tuum* &c. b Secundò, *Venit hora, & nunc est, quando neque in monte hoc, neque in Hierosolymis adorabitis Patrem* &c. c Tertiò, *Volo viros orare in omni loco* &c. Quartò, Deus non est magis in templo, quam alibi.

Ad primum non posse intelligi simpliciter de cubiculo materiali. Nam ipse Dominus legitur frequenter orasse in montibus: sed solum prohibetur inanis gloriæ cupiditas, instar Pharisæorum, qui propterea in plateis orabant. Vnde qui orant in Ecclesiis, nec huiusmodi gloriam appetunt intra cubiculũ orãt, & qui in cubiculis materialibus:&tamen gloriam quærunt, extra cubiculum orant, vt Chrysost. obseruat, in hunc locum.

Ad 2. non intelligi de loco: nam post Ascensionem Domini, Apostoli d Petrus, & Ioannes ascenderunt in templum ad orandum: sed de modo orationis sensus e enim est Christianorum cultum fore f spiritualem: quomodo non erat ex se Iudæorum, qui adorabant in Hierusalem. Item g fore purum ab omni errore: quomodo non erat Samaritanorum qui adorabant in monte Garizin.

Ad 3, vel loqui de publica, vel de priuata oratione. Si h posterius, sensus erit: nõ solum in Ecclesia (quámuis sit præcipua orationis Domus) sed etiam aliis in locis orandum esse: si prius, significat in omni loco, publicè ad id destinato, vacandum esse orationi 1. quia iuxta omnes Græcos Patres, & multos Latinos id dixit Paulus propter Iudæos, qui solum in vno loco, id est Salomonis orabant templo. At priuatas orationes i faciebant vbique, publicas non nisi in loco publico, id est Salomonis templo. Ergo tantùm loquitur de oratione publica, in publico ad id destinato loco. secundo quia statim subiungit. k *Similiter mulieres in habitu ornato* &c. Ad quid, nisi quia conueniendum erat in loco publico orationis. 3. illud *volo*

a *v. 6.* σὺ δὲ ὅταν προσεύχῃ, εἴσελθε εἰς τὸ ταμεῖόν σου.

b *Ioan. 4. v. 21. & 23.*

c *1. Timo. 2. v. 8.* βούλομαι προσεύχεσθαι τοὺς ἄνδρας ἐν παντὶ τόπῳ. *leuantes puras manus:* ἐπαίροντας ὁσίους χεῖρας.

d *Actor. 3. v. 1.*

e *ita Chrysost. Cyrillus Euthy. & alij in hunc locum.*

f *Id est qui non consistat præcipuè in externis, corporalibus, & vmbraticis cæremonijs: sed internа, & spirituali cognitione, ac dilectione Dei quamuis non excludat cultum externum: si ordinetur ad internum inuãdum.*

g *ita Theophylact. B. Thom. & Caietan. in hunc locum qui opponunt illud: in spiritu, cæremonijs Iudæorum: illud in veritate: errori Samaritanorum.*

h *vt interpretantur Ambros. Anselmus Haymo, & alij Latini.*

i *Mathæi. 6. v. 5.*

k *v. 9.* ὡσαύτως καὶ τὰς γυναῖκας ἐν καταστολῇ κοσμίῳ.

ergo:iungit hanc sententiam cum initio capitis,quo dictum est: *Obsecro primum fieri obsecrationes, &c.* Id autem interpretes Græci atque [l] Augustinus intelligunt de oratione publica.

[l] *ep 59.*

Ad 4. Deum esse vbique aliquo modo, sed non omnibus modis,alioquin si esset vbique, quomodo est in beatis, frustra diceremus *Pater noster qui es in cœlis*. Et si vt est in templo, frustra diceretur domus *Dei*. Modus autem quo specialiter est in templo non videtur alius quam per exauditionem: siue quia Deus, cæteris paribus magis sibi placet in templo, quàm alibi preces audire.

Quarta propositio,*Sacræ domus non solum Deo,sed etiam sanctis rectè ædificantur, & dedicantur.*

Primò, quia [m] Concil. Gangrense damnat Eustathium tanquam contemptorem Basilicarum martyrum. Concilium [n] Cabilonense nominat Basilicas martyrũ [o] Carthag. 5. vetat ædes vlli ædificari martyri, nisi ibi sit corpus, aut reliquiæ eius, aut ibi habitauerit, vel fuerit passus.

[m] *epistola ad Episcopos Armen.* [n] *can.19.siue vltimo.* [o] *can.14.*

Secundò, ex patribus: Cyrillus catech.16. meminit Ecclesiæ Apostolorum erectæ Hierosol. vbi Spiritus sanctus descenderat [p] Athanas. nominat templum sancti Quirini. [q] Basilius vocat sacrum martyrum templum. [r] Nazianz. laudat Gallum quò i sancto Mamantæ ædẽ ingentibus ædificaret sumptibus. [s] Nyssen. multa dicit de templo martyri Theodoro dicato. [t] Chrysosto. *Ad veras* (inquit)*regias Ecclesias dico,& oratorias ædes,& Martyrum templa, &c.* [u] Theodoretus templa olim Idolorum, nunc martyrum esse dicit. [x] Euseb. 4. de vita Constantini meminit templi pulcherrimi, Apostolis à Constantino Hierosolymis erecti. [y] Sozomen.sancti Thomæ quod erat Edessæ. [z] Euagrius sanctę Euphemiæ, & Techlæ à Zenone extructi. [a] Damascen. asserit templa in Martyrum memoriam ædificanda. Denique extat liber Procopij de ædificiis Iustiniani, in quo plurima martyrum aliorumque Sanctorum templa enumerat. Ex Latinis, [b] Ambros. *Ortus est* (inquit) *sermo de Basilica quam condidit Apostolorum nomine dedicanda.* [c] Hieron. *Ingredere basilicas martyrum, & aliquando purgaberis*

[p] *Epist.ad Solitariam vitam agentes.* [q] *in Psal.114.* [r] *orat.1.inIuliā.* [s] *orat.in Theodorum.* [t] *homil 28. ad populum.* [u] *8.li.ad græcos.* [x] *cap.58.59.60.* [y] *6.cap.18.* [z] *1.cap.3.* [a] *4.c.16.de fide.* [b] *ep.5.libri 1.* [c] *libro contra Vigilantium.*

d Gaudentius: *Vt venerandas sanctorum reliquias habere-mus, Deus noster tribuit: deinde vt hanc honori eorum funda-re basilicam valeremus ipse largitus est.* e August. *Testantur hoc* (inquit) *Martyrum loca, & basilicæ Apostolorum.* Paulinus natali 1. sancti Fœlicis: Victor Vticensis 1. f de persecut. Vvandal. Gregor. 2. dial. 8. Liber Pontificalis testatur Syluestrum Basilicas à Constantino extructas, dicasse vnam Petro, alteram Paulo, tertiam Ioanni, quartam Laurentio. Liberium Sanctæ Mariæ. Damasum aliā sancto Laurentio. Innocentium sanctis Geruasio & Prothasio. Sixtum B. Mariæ & S. Laurentio. Leonem sancto Cornelio. Gelasium sanctæ Euphemiæ. Symmachū sancto Andreæ. Ioannem 1. sancto Philippo & Iacobo. Pelagium 2. sancto Laurentio. Gregorium sanctæ Agathæ. Bonifacium 4. B. Mariæ & omnibus sanctis. Qui omnes Pontifices ante mille floruerunt annos.

d *æqualis Ambrosii, tractatu de dedicatione Ecclesiæ.*
e 1. *Ciuit.* 1.
f *quo testatur apud Carthaginēses duas fuisse amplas Cypriani Basilicas.*

Tertiò, templum Salomonis non solum ad sacrificia, & orationes, sed etiam ad conseruandam Domini arcā fuit erectum, vt patet 1. Paralip. 28. g *Cogitaui* (inquit Dauid) *vt ædificarem domum, in qua requiesceret arca fœderis Domini, & scabellum pedum Dei nostri.* quod cum implere non posset impleuit Salomon filius eius. Nam extructo h templo introduxerunt cum magna celebritate arcam in illud. Sed idem honor vel etiam maior debetur reliquiis sacris, Christi & sanctorum. Nam de sepulchro Domini, *Venerabantur* (inquit i Hieron.) *quondam Iudæi sancta sanctorum, quia ibi erat arca, nonne tibi venerabilius videtur sepulchrum Domini?* De reliquiis sanctorum probatur. Nam non merebatur honorem arca quatenus lignea, sed quatenus repræsentabat Dei sedem, & per eam Deus loquebatur. At corpora sanctorum fuerunt viuę Dei sedes, & viua per quæ loquebatur organa. Ergo licebit etiam ad sanctorum sepulchra seruanda, aut memoriam eorum, qua repræsentantur viuæ huiusmodi Dei sedes, ædificare sacras ædes.

g *v.* 12.
h 2. *Paralip.* 5.
i *Epist.* 17. *ad Marcellam.*

Obiicitur primò, ad latriæ cultum pertinent templa, teste k August. Ergo soli Deo erigenda.

Secundò, *Nec tamen* (l inquit Augustinus) *nos eisdem martyribus templa, sacerdotia, sacra, & sacrificia constituimus quoniam non ipsi, sed Deus eorum nobis est Deus.*

k *libro contra sermonem Arianorum.*
l *libro* 8. *Ciuit. vltimo.*

m lib. 1. contra Maximinū arg. de spiritu sancto.

m Item, *Nonne si alicui sancto Angelo excellentissimo de lignis & lapidibus faceremus templū, anathematizaremur à veritate Christi, & ab Ecclesia Dei: quoniam creaturæ exhiberemus eam seruitutem quæ vni tantum debetur Deo?*

Tertiò, saltem non licebit templa extruere sanctis vbi nec habentur reliquiæ eorum vel habitauerint, &c. iuxta concil. Carthag. 5. can. 14.

n Nos (inquit August. 22. Ciui. 10.) martyribus nostris, non templa sicut Diis, sed memorias sicut hominibus mortuis, quorum apud Deum viuūt spiritus, fabricamus.

o Basilius in Psal. 114. vocat ἱερὸν τῶν μαρτύρων.

Ad primum, & secundum respondeo 1. sacras ædes soli Deo extrui sed in memoriā & nomen alicuius sancti: quomodo etiam loquitur Pontifex dum Ecclesiam consecrat. 2. n eandem domum quatenus est templū, soli Deo extrui: quia ordinatur hoc modo ad sacrificiū, quatenus Basilica extrui propriè sancto: sicut vnus & idē lapis dicitur altare, quatenus in eo sacrificatur Deo: & monumentum, siue sepulchrum, quatenus tegit alicuius Martyris ossa. Basilica autem non spectat ad cultū latriæ. Nam dicitur etiam de palatiis regum: nec sunt aliud quam magnæ thecę, quibus minores reliquiarum conseruatrices, & sepulchra martyrum claudūtur. Quare etsi August. nusquam dicat templa martyrum, dicit tamen basilicas martyrum. o Græci dicunt quidem templa martyribus fabricari, sed materialiter loquuntur id est domum illam, quæ dicitur templum, fabricari martyribus, non sub ratione templi ad sacrificia, sed basilicæ ad ornandam memoriam sanctorum. Nam etsi fateantur ædes martyribus extrui: nusquam tamen asserunt eis sacrificia offerri: imò id simpliciter negant.

Ad 3. non prohibere simpliciter Concilium ne Basilicæ extruantur sine reliquiis, &c. sed ne habeantur pro memoriis martyrum in quibus credantur esse reliquiæ, nisi fidelissima constet historia rem ita se habere.

De dedicatione & consecratione Ecclesiarũ.

CAP. V.



PRima [a] propos. *Meritò tẽpla Dei cum ingẽti lætitia, & solemnitate dedicantur.* Probatur, Primò, ex testamento veteri, Num. 7. celeberrima dedicatio altaris, & tabernaculi. 2. Paralip. 7. & 1. Esdr. 6. ac [b] 1. Machab. 4. dedicatio templi legitur.

Respondent hoc esse nos iudaizare. Contra: hæc cæremonia non erat [c] ad figuram instituta, sed est naturalis. 1. quia eam non legitur Deus instituisse: sed Salomon, Esdras, Machabæi putauerunt natura duce conuenire, gratias agere Deo cùm lætitia publica, absoluto templo. 2. quia natura docet, vt ad finem magnorum operum homines gaudeant, ac Deo gratias agant, & similiter quando incipiunt re aliqua vti noua, Deum inuocent, ac cum lætitia aggrediantur opus. 3. quia docet quoque natura dies natales magnorum celebrare virorum: cur non etiam templi natalem: cum sit res publica, & Ecclesiæ vtilissima, ac sacra? 4. Deus ipse videtur dedicationis exemplum dedisse cum diem 7. benedixit, sanctificauit, ac in eo ab omni opere quieuit.

Secundò, ex praxi Ecclesiæ, & veterum traditione Eusebius [d] *Festiuitates à nostris frequentißimę gerebantur, cum omni lætitia & exultatione per vrbes, & loca singula Ecclesiarum dedicationibus celebratis.* Athanas. Apol. ad Constantium meminit dedicationis Ecclesiæ. Basilius in Psal. 114. [e] reddit causam cur serius venerit ad Ecclesiã

a *Propositiones sequentes sunt præcipue contra Magdeburgesis, Cent. 4. cap. 6.*

b *quæ solemnitas singulis agebatur annis, & ad quam accesßit Christus Joann. 10. v. 22. & 23.*

c *siue ad significandum aliquid futurum.*

d *v. libro 10. ca. 3. & 4. iuxta editionem Christophorsoni.*

e *si vero oportet etiam nos pro nobis ipsis rationem reddere morę, ac longioris nostræ absentiæ, causam adferimus quod alteram huic æqualem Dei Ecclesiam non modico interuallo à vobis distantem, ministerio nostro curantes, tempus hoc diei consumpsimus. Hæc Basilius, quem locum qui forte videretur ambiguus de templi dedicatione intelligunt etiam Magdeburg. Centur. 4. cap. 6. col. 408.*

f orat.in nouam Dominicam.
g quo ait Basiliũ Ancyranũ ad tẽpli dedicatione multos inuitasse.
h ep.ad sororem quæ habetur inter sermones. num.92.
i Basilicas nouiter institutas (inquit) non petitis ex more preceptionibus, dedicare non audeat.
k ep.sua decretali.
l 2. de Sacram. parte 5.c.2.& 3.
m 1.de officiis cap.35.
n 2.cap.45.de institut.clericor.
o lib.de ordine Antiphonarij.
p Exodi 40.& Numer.7.
q 1.Cor.11.
r can. 6.
s can.10.

dedicandam. Nazianz. [f] *De encœniis* (inquit) *honorandus lex vetus est, eaque præclare constituta* Chrysost. sermone de encæniis tom. 3. Sozomen. [g] 4. cap. 13. Ambros. [h] *Cum Basilicam dedicassem multi tanquã vno ore interpellare cœperunt, dicentes, Sic in Romana Basilica dedices?* Gaudentius tractatu de dedicatione. Augustinus quinque sermonibus hac de re. Gelasius ep.1.ad Episcopos Lucaniæ & Aprutii. [i] cap. 6. Fœlix 4. ante mille annos [k] *Solemnitates verò dedicationũ Ecclesiarum per singulos annos celebrandæ sunt.* Prosper de promissionibus par.3. cap.38. testatur se adfuisse dedicationi cuiusdam templi, gentiliũ antea, in cuius frontispicio diuinitus apparuit scriptum magnis æneis literis *Aurelius Pontifex dedicauit.* nimirum ille ipse qui tunc dedicabat. Gregor 3.Dialog. 30. Bern. sex hac de re sermonibus. Rupertus in 28.Genes. [l] Hugo de sancto Victore, [m] Isidorus, [n] Rabanus, [o] Amalarius, Iuo sermone de consecratione templi. Vualfridus de rebus Ecclesiasticis cap.9. hac de re tractant vt antiquissima, cùm & ipsi sint antiquissimi authores.

Secunda propositio, *Meritò ab Ecclesia variis precibus, & ceremoniis templa consecrantur.*

Primò, Iacob Genes. 28. erexit lapidem in lege naturæ eumque, fundens oleum desuper, consecrauit ad sacrificandum ac inde locum appellauit *Bethel* id est, Domũ Dei. cap. 35 monetur à Deo rursus erigere altare: & similiter fecit, ac libamina libauit.

Secundò, in lege scripta, [p] Moyses consecrauit oleo sacro, aliisque ceremoniis tabernaculum, altare, & omnia vasa. Hæ autem ceremoniæ non erant propriæ legis Mosaicæ. Alioquin non habuissent antea vsum, poterant ergo ad nos transire.

Tertiò, arguit [q] Paulus in lege gratiæ Corinthios quod Dei Ecclesiam contemnerent. Vnde satis innuit tunc Ecclesiam aliquo modo sacratam fuisse.

Quartò, ex conciliis, [r] Carthag. v. *Similiter, & de Ecclesiis, quoties super earum consecratione hæsitatur, agendum est, id est, vt sine vlla trepidatione consecrentur.* [s] Agathens. *Altaria placuit non solum vnctione chrismatis, sed etiam sacerdotali benedictione sacrari.* Concil. 1. Bracarense can. 5. aliàs 6.

Quin-

Quintò, decretis Pontificum supra citatorum, & apud Gratianum de consecrat. dist.1.

Sextò, ex PP. Dionys. cap.5. parte 1. Eccl. hierarch. quo apertè docet altaria sacro inungi oleo, & consecrari ab Episcopo debere. Item ex aliis † supra. Nam maior pars eorum meminit etiam cæremoniarum consecrationis.

† *in prima assertione.*

Septimò, ex fine: Primus & præcipuus est significari templum Deo & sacris dedicari actionibus: quod certè etiamsi essentialiter consistat in intentione dedicantis, debet tamen aliqua cæremonia exteriori prodi. Quoniã ergo templum dedicatur Christo, pingitur signum eius nempe crux: quoniam hoc vexillum Apostoli per totũ orbem portarunt, & sua prædicatione mundum illustrarunt, pinguntur duodecim cruces ita inter se distantes, vt totum impleant templum: & ad singulas, singulæ accenduntur lampades. Quoniam templum est sacra domus, ideò inungitur oleo, vt communissimo cõsecrationis symbolo quod sit nobilissimus liquor: supereminet enim omnibus, sanat, roborat, ac res facit illustres. Quoniam destinatur diuinis sacrificiis, orationibus, ac aliis actionibus puris, aspergitur aqua, thus adoletur, cerei accenduntur. Quia sacratur etiam ad concionandum & docendam fidem, quæ est fundamentum iustitiæ totius, ideò describitur alphabetum in pauimento Græcè, & Latinè: quod illis linguis maximè, prædicata sit fides, essentque in vsu, tempore quo hæc cæremonia fuit instituta. Quia in templo mouentur homines ad virtutem, & vitæ nouitatem fit mixtio aquæ, cineris, salis & vini. Quia de templo Diabolus deiicitur & aduocantur Angeli ac Sancti: ideò pulsatur ostium, iubetur Diabolus recedere, reliquiæ SS. introducuntur. Secundus finis est, significare Christum & Ecclesiam. Nam altare fit ex lapide, inungitur, summo loco ponitur, & sub ipso absconduntur reliquiæ: Christus verò dicitur petra 1. Corinth. 10. vnctus Spiritu sancto, Psal. 44. v. 9. & Actor. 10. v. 38. Caput Ecclesiæ Coloss. 1. ac in ipso abscondita est vita, gloriaque sanctorum Coloss. 3. Cæremoniæ in ipsa consecratione totum fidelium progressum demonstrant.

1. pulsatur & aperitur baculo pastorali templum ab Episcopo: qua prædicatores potestate à Christo accepta, corda infidelium pulsant & ad fidem suscipiendam aperiunt. 2. ingressus Episcopus eodem baculo describit in pauimento, cinere consperso, alphabetum, quia eadem potestate prædicatores in cordibus pœnitentium inscribunt rudimenta fidei. 3. aspergitur aqua templum, & cerei accenduntur: quia post catechismum sequitur Baptisma, sacramentum illuminationis. 4. in parietibus tūc pingi & inungi deberent cruces: (fit tamen antea ob cōmoditatem) ad significandam confirmationem, quæ post baptismum, cruce, & chrismate perficitur. 5. fit mixtio aquæ, cineris, salis, & vini: quia tota fidelium vita, debet consumi in mortificandis vitiis, & quærenda vitæ nouitate. Nam aqua significat peccatorem frigidum, & insipidum. Cinis pœnitentiam, ac mortificationem: sal saporem, vinum lætitiam, & feruorem. 6. Agitur dies festus lætitiæ, absoluta consecratione: quia post finem huius vitæ fideles intrabunt in gaudium Domini.

Tertia propositio, *Templum consecratum meritò sanctum & venerabile, ac diuina quadam virtute præditum existimari debet.*

Primò, quia est dedicatum Deo. At res omnis ei dica-
u *Leuitic. vlt. 9.* ta, est sancta. [u] *Animal quod immolari potest Domino, si*
x *v. 28. ibidem.* *quis vouerit sanctum erit.* [x] *Quicquid semel consecratum fu-*
μωροὶ καὶ τυφλοί, τίς γὰρ μείζων ἐστὶν ὁ χρυσὸς ἢ ὁ ναὸς ὁ ἁγιάζων τὸν χρυσόν. *erit Domino, sanctum sanctorum erit.* Ergo & templum, Matth. 23. v. 17. [y] *Stulti & cæci, quid maius aurum, an templum quod sanctificat aurum?*

Secundò, cibi sanctificantur per verbum Dei [z] teste
z 1. *Timoth.* 4. *v.* 4. & 5. Apostolo. Quidni & templum benedictione Episcopi.

Tertiò, sanctificante Salomone templum, [aa] Deus
aa 3. *Reg.* 9. *v.* 3. etiam illud sanctificauit. At non minus sunt Ecclesiæ preces efficaces, quam Salomonis.

Quartò, quia locus rerum sanctarum, sanctus quoque est. Exodi 3. v. 5.

De ornatu Templorum.

CAP. VI.

HÆretici negant templorum ornatum, Primò, Hier. [a] 7. *Nolite confidere in verbis mendacii dicentes templum Domini, &c.* a v.4. *Præcepit* (inquit [b] Hieron. *& tunc populo Iudæorum, & hodie nobis, &c. ne fiduciam habeamus in ædificiorum splendore, auratisque laquearibus, &c.* b in hunc locum

Secundò, loquens idem Hieronymus epistola ad Nepotianum de ornatu templi. *Nunc* (inquit) *cum paupertatem domus suæ pauper Dominus dedicarit, cogitemus crucem eius, & diuitias lutum putabimus.*

Tertiò ibidem. *Aut aurum repudiemus cum cæteris superstitionibus Iudæorum, aut si aurum placet, placeant & Iudæi.*

Quartò, [c] Ambros. *aurum sacramenta non quærunt, neque auro placent, quæ auro non emuntur: ornatus Sacramentorum redemptio captiuorum est.* c 2. de offic. 28.

Quintò, cum accusaretur [d] Acacius quod vasa sacra propter pauperes vendidisset respondit: *Deus noster neque discis neque calicibus eget, quia non comedit, neque bibit.* d Apud Socratē 7.cap.21.

Sextò, *Malè vos parietum amor cœpit, malè Ecclesiam Dei in tectis, ædificiisque veneramini*, inquit [e] Hilarius.

Septimò, [f] Lactantius laudat Persium dicentem non debere aurea vasa templis inferri. e epistola contra Auxentium.

Octauò, [g] Chrysost. docet melius esse dare eleemosynam, quam ornare templum. f 2. cap. 4. g homil.51.& 81 in Matthæum.

Nonò, *O vanitas vanitatum, sed non vanior quam insanior fulget Ecclesia in parietibus* (inquit [h] Bernard.) *& in pauperibus eget, &c.* Decimò, quia Dominus, semper amauit, & docuit paupertatem. h Apol. ad Gulielmū Abbatem.

Vndecimò, quia ociosum est aurum in templis, neq enim parietes sentiunt ornatum.

Duodecimò, obest templorum splendor, auocat enim mentem à cogitationibus melioribus.

Decimotertiò, quia melius est templa viua ornare, quam mortua: nusquam autem desunt pauperes qui egeant.

Decimoquartò, non damnabitur in iudicio qui templum non ornauerit: sed qui pauperem non aluerit.

Prima propositio: *Opus bonum & pium ex genere suo est ingentibus sumptibus templa Dei ædificare, aut ornare.*

Primò, quia Deus i voluit tabernaculum suum in lege Moysi esse ornatissimum ita vt omnia ferè instrumēta sanctuarii aurea essent: cortinæ tabernaculi, & vestes sacerdotales preciosissimæ ex serico, bysso, purpura, gemmis, &c. k Singuli principes obtulerunt in ornatum tabernaculi ingentia donaria. Salomon item l ornatissimum instruxit templum. At rationes quæ fiunt nunc contra ornatum templorum, valent & contra hæc omnia.

i *Exodi 25. vsque ad 31. & a 35. vsque 39. inclusiue.*
k *Numer. 7.*
l 1. *Paralip. 28. & 29. & lib. 2. cap. 3. 4. & 5.*

Secundò, m Dominus laudauit viduam, quæ omnem suum victum, id est duo minuta in gazophylacium miserat templi: quomodo ergo male facient qui aliquam partem suorum bonorum dant templo?

m *Marci. 12. ad finem.*

Tertiò, Isaias prædixit ad literam de Ecclesia militante: n *Domum maiestatus meæ glorificabo.* o *Me insulæ expectant, vt adducam filios tuos de longe: aurum eorum, & argentum eorum nomini Domini Dei tui.* p *Aedificabunt filii peregrinorum muros tuos, & Reges eorum ministrabunt tibi. Gloria Libani ad te veniet, & buxus, & pinus, simul ad ornandū locum sanctificationis meæ, & locum pedum meorum glorificabo.*

n *cap. 60. v. 7.*
o *v. 9.*
p *v. 10.*

Quartò, ex PP. Euseb. 9. hist. 9. q Cyrill catech. 14. *Isti qui nunc sunt Reges, pietatis ergo argento induentes, & auro sanctam hanc Ecclesiam resurrectionis, in qua nunc sumus extruxerunt, & argenteis monimentis splendidam effecerunt.* Athanas. Apologia ad Constantium meminit Basilicæ magnificè à Constantio exstructæ. Nyssenus testatur magnificentissimum, & ornatissimum fuisse picturis, & sculpturis Sancti Theodori templum. Chrysostomus homilia 66. ad popúlum Antiochenum. *Seruorum* (inquit) *crucifixi sepulchra regiis aulis sunt clariora, non magni-*

q *apud Ruffinū 10. & libro 10. cap. 2. quem locū hic Bellarminus citat.*

tudine & pulchritudine ædificiorum (nam & in hoc superant) sed quod multo maius est conuenientium studio. Cyrill. initio libri de recta fide ad reginas. *Valde sapienter operam datis, vt quæ Christo probantur, & sentiatis, & faciatis: partim operibus, & irreprehensibili conspicuæ fide, & vestras & regum aulas virginitatis gloria decoratis: partim sumptuosissima Christo templa erigitis: concessum enim & hoc est cum aliis ab ipso, vestris animabus.* Theophylactus in 14. Marci. *Confundantur hoc loco qui pauperes Christo præferunt, &c. qui igitur abstulerit discum preciosum, & cogit vt corpus Christi in viliori ponatur, prætexens scilicet pauperes, sciat cuius partis sit.* Ex Latinis Optatus libro 6. Ambros. *Maximè sacerdoti hoc conuenit, ornare Dei templum decore congruo, vt etiam hoc hoc cultu aula* Domini *resplendeat.* Hieron. epist. ad Demetriadem postquam dixerat. *Alii ædificent Ecclesias vestiant parietes marmorum crustis,* subiungit, *Non reprehendo, non abnuo: sed tibi aliud propositum est.* August in psalm. 113. *Nos pleraque instrumenta & vasa ex auro, & argento habemus, in vsum celebrandorum sacramentorum, quæ ipso ministerio consecrata sancta dicuntur.* Prudentius in hymno S. Laurentii, Paulinus natali 3. sancti Fœlicis. Prosper libro de Promissionibus, & Prædictionibus parte 3. cap. 38. testatur suo tempore consecratum templum tanta magnitudine vt etiam haberet platæam, ad ipsum ducentem duorum millium longitudine passuum, totam precioso pauimento, & columnis ornatam ac muris.

Quintò, ex eorum pietate qui ædificarunt Ecclesias. Constantinus passim à Patribus sanctus appellatur, Iustinianus (qui excepta hæresi in quam extrema senectute incidit) laudatissimus fuit, Carolus magnus ab omnibus historicis laudatus. Carolus 4. religiosissimus Imperator, Iulius, Damasus, Leo, Symmachus, & alii summi & Sancti Põtifices. Nec enim verisimile est, in hæc opera conspirare potuisse, si ea Deo non placerent.

Sextò, Domus quo maiori ædificatur principi, eo deber esse maior. Quis autem Deo maior? quam rationem sequutus est Salomon 2. Paralip. 2. v. 5. *Domum* (inquit) *quam ædificare cupio magna est: magnus est enim Deus noster super omnes Deos.*

Septimò, extruere, vel ornare templum Deo eſt actus religionis, & magnificentiæ. Item ſignum fidei, charitatis, pietatis, ac gratitudinis erga Deum. Ergo per ſe bonus eſt.

Octauò, quia templum magnificentiſſimè ornatum, plures habet vtilitates. 1. facilius allicit, ad res pias, animos. 2. conſeruat maieſtatem ſacramentorum, & reuerentiam quæ rebus debetur ſanctis. 3. Iuuatur maxime ſimplicium pietas, ac deuotio. 4. magnifica templa diutius conſeruātur, & ſplēdori ſunt ciuitati: & multitudo vaſorum aureorum & argenteorum poteſt in extrema Reipubl. neceſſitate multis ſubuenire.

Nonò, qui Eccleſias vaſtatunt ſemper pro ſacrilegis habiti ſunt: Balthaſar, Daniel 5. Heliodorus, 2. Machabæor. 3. Antiochus, 1. Machab. 9. Leo filius Conſtantini Copronymi cùm abſtuliſſet è templo inſignem coronam à Mauritio Imperatore datam mox ſenſit capiti ſuo veluti carbunculos ignitos, & inde concepta ardentiſſima periit febre: ita referunt Cedrenus & Zonaras.

Secunda propoſitio: *Poteſt tamen huiuſmodi opus ædificandi, vel ornandi templa facile vitiari ex defectu circunſtantiarum.*

Probatur, primò, quando quis tenetur iuuare proximos maximè parentes, & non poteſt ſimul dare templo conſtat manifeſte malè agere, ſi det templo. 1. quia (inquit Dominus Oſeæ 6. v. 6.) *Miſericordiam volo, & non ſacrificium.* 2. Dominus reprehendit Marci 7. Phariſæos docentes filios, offerre donaria templo in detrimentum parentum. 3. ex praxi Sanctorum, qui tempore magnæ neceſſitatis in pauperum ſubſidium calices vendiderunt vt patet ex Ambroſio 2. de officiis 28. Neque obſtat factum viduæ. Nec enim ſubſtraxit alteri, ſed ſibi, neque id ad longum tempus, ſed vnius diei ſpatium.

Secundò, quādo locus non requirit adeo magnificam ſtructurā, & ornatum (non enim omnes æqualē requirūt ſicut enim in magnis vrbibus templa debent eſſe ſplendida, ita in deſertis locis non conuenit tot ſumptibus ornari) tunc apertè vitiatur opus. Ad quid enim hæc? Tertiò, quando ornamenta templorum ſunt vana,

Quarto, quando quis, supra suum statum vult ornare templum. Quare si vna ex his quatuor circunstantiis tempus, locus, modus, persona, deficient, merito hoc reprehenditur opus.

Ad. 1. solos reprehendi, qui minimè curantes fieri viua templa Dei bonis operibus, putant sibi omnia tuta esse, si templum externum ædificent, aut ornent.

Ad. 2. &. 3. Hieronym. eos arguere qui multum curæ nutriunt in ædificandis, & ornandis templis, non autem eligendis idoneis ministris, sic enim incipit. *Multi ædificant parietes, & columnas Ecclesiæ substruunt, marmora nitent, auro splendent laquearia, gemmis altare distinguitur, & ministrorum Christi nulla est electio:* & proinde illi Iudaizare videntur, dum anteponunt curam fabricæ corporalis spirituali, quasi huiusmodi templorum ornatus esset omninò necessarius, sicut Iudæi arbitrantur.

Ad. 4. respond. 1. ibidem Ambros. docere aurea Ecclesiæ vasa non debere alienari, nisi in magna pauperum necessitate, si sint alienanda, quærenda nondum initiata si talia non inueniantur, non debere initiata vendi integra, sed per partes. Ambrosius ergo admittit hunc templorum ornatum. 2. sacramenta quidem non requirere aurum ex necessitate, sed ex decentia.

Ad. 5. ead. solutio nec enim Deus quoad se eget huiusmodi vasis.

Ad. 6. respons. supra. Ad 7. non ridere Lactantium ornatum templorum, sed ineptè offerri munera idolis, quasi illis oblectarentur, & Deus egeret sensibilibus rebus. Ad octau. solùm reprehendere Bernardum. 1. defectum primæ conditionis: quod Monachi Cluniacenses quæ acceperant distribuenda pauperibus, insumerent ad ornatum templi, cum pauperes valdè indigerent. 2. defectum secundæ vnde, ibidem. *Et quidem alia causa est Episcoporum, alia Monachorum, scimus namque quòd illi sapientibus & insipientibus debitores cum sint, carnalis populi deuotionem, quia spiritualibus non possunt, corporalibus excitant ornamentis.* 3. defectum tertiæ. *Quid facit* (inquit) *illa ridicula monstruositas? quid ibi immundæ simiæ?* 4. quod humi sculperent Sanctorum imagines.

5. quod quæstus causa ornarent templa, nimirum, vt plures ad offerendum confluerent.

Ad nonum, videri hac in re Chrysostomum & Theophyl. pugnantes. Sed conciliantur, quando enim notabiliter pauperes egent, & templa Dei sunt conuenienter instructa, pauperibus erogandum est: quando pauperes mediocriter se habent, & templa Dei sunt inculta, dandum est templis. Quando æqualiter egent, nec instat extrema pauperum necessitas, verisimilius est dandum esse templo. Quod sit durabilius, communius, & immediatius bonum, relatum ad Deum.

Ad. 10. respond. 1. hoc non obstante Dominum non recusasse obsequium preciosum cum multi sternerent ante ipsum vestes suas ad ingressum in Hierusalem, & cum Magdalena, caput & pedes eius vnxit preciosiss. vnguento. 2. iam Christum triumphantem & gloriosum esse, cui etiam proinde gloriosa conueniant templa. 3. ei præcipuè dicari, qua parte Deus est qua ratione semper fuit Diues, Rex Regum &c.

Ad vndecim negatur, sunt enim ornamenta templi, signa reuerentiæ, & pietatis in Deum.

Ad duodec. eo fine non institui huiusmodi splendorem, & tam posse mentes ad deuotionem & reuerentiam, quam ad euagationem trahere: quare vitio intuentium non ornatus contigit ea distractio.

Ad decimum. 3. vt ad. 9. Deinde hoc argum. etiam concludit non licere ædificare palatia regum, instruere conuiuia, & similia: quod tamen falsum est.

Ad decimum. 4. negatur, si quis obligetur ad huiusmodi notabilem ornatum. Hoc enim deducitur à maiori. Si damnabitur qui non fecit eleemosynam quando eam tenebatur facere: multo magis qui non ædificauit, vel ornauit templum, quando tenebatur.

De benedictionib. aquæ, salis, cinerum, cerei &c.

CAP. VII.



Rimi riserunt has benedictiones [a] Vvaldenses. Deinde [b] flagellantes, [c] Vviclefistæ, [d] Lutherani, [e] Caluinistæ.

Prima propositio. *Recte benedicuntur aqua, oleũ, panis, cerei, cineres, rami, & simila*

Primo, quod Dominus fecit argui nequit. At panes multiplicaturus aspexit [f] in cælum, & benedixit. Ergo benedictio panis bona est.

Secundò, [g] *Omnis Creatura Dei bona est &c. Sanctificatur enim per verbum Dei, & orationem.* id est vt interpretatur [h] Chrysost. etsi creatura esset aliqua immunda, facilè posset sanctificari adhibito signo crucis: quanto magis res bonæ, fient sanctiores?

Tertiò, ex traditione veterũ. Clemẽs. 8. cõstit. ordinem ponit consecrãdi aquã. Dionys. aquã sacris inuocationibus consecrari dicit Alexander. 1. præcipit aquam benedici. Cyrill. [i] ait: *sicut mundi cibi, fiunt immundi inuocatione diaboli, ita aquam simplicem fieri sanctam inuocatione Dei.* [k] *Cypr. oportet* (inquit) *mundari, & sanctificari aquas à sacerdote.* [l] Basil. Apostolicam esse dicit traditionem, aquæ consecrationem [m] Ambrosius, nisi crucis signo prius sacretur nullum in Ecclesia vsum, similia Aug. [n] 6. in Iulian. 8. Concilium [o] Nannetes. iubet Presbyterum visitantem ægrotos, primo aspergere aqua sancta ægrotum, & cubiculum ipsum. Benedictionis olei meminerunt Clemen. Dionys. Basil. supra, & Aug. tract. 118. in Ioannem. Benedictionis panis extra Eucharistiam. Aug. 2. de peccat. mer. 26. & Paulus in epistolis ad Alipium, & Romanianum. Benedictionis cerei paschalis, Strabo cap. 30. [p] Concil. Tolet. 4. & [q] Zozimus. Benedictionis cinerum & palmarum. B. Maximus homiliis in die [r] cinerum.

a *Exorti ann. 1140. vt patet ex fragmento Reynery in fine libri Claudy Consserd. contra Vualdenses.*

b *Exorti an. 1350. teste Bernardo Lutzemburgensi.*

c *Apud Vvaldensem tom. 3. tit. vlt. cap. 68.*

d *Libro de visione Danielis contra Catharinum.*

e *Caluin. 4. cap. 10. §. 20. Instit.*

f *Luc. 9. v. 16. & Mathæi. 14. v. 19.*

g *1. Timoth. 4. v. 4.* πᾶν κτίσμα θεοῦ καλὸν &c. v. 5 ἁγιάζεται γὰρ διὰ λόγου θεοῦ καὶ ἐντεύξεως.

h *Et Theophyl. in hunc locum.*

i *Catech. 3.*

k *1. epist. 12.*

l *Libro de spiritu sancto ca. 27.*

m *4. de Sacrament. cap. 5.*

n *Et homil. 27. ex lib. 50. homi-*

o *Can. 4.*

p *Can. 8.* q *In Pontificali* r *Caluinus supra.*

Obiicitur primò. Si Apostolica est traditio benedictio aquæ. Ergo eam Alexander. 1. non instituit: vtrũque autem asserimus, igitur pugnantia inter se.

ist. 119. cap. Secundò, f Aug. ait omisisse Christianos cæremoniam lauandi pedes in die cænæ, ne videretur ea lotio ad Sacramentum pertinere Baptismi. Ergo tunc temporis non erat vlla lotio religiosa, excepto Baptismo. Non igitur aqua benedicta erat in vsu, & multo minus traditio apostolica.

Tertio, aqua lustralis est profanatio Baptismi, & quasi repetitio. Ad primum, nos institutionem aquæ lustralis solis tribuere Apostolis: præceptum vero quo iubetur frequentari Alexandro. 1.

Ad. 2. non damnare lotionem pedum, sed solum recensere varias hac de re Augustinum opiniones, & non fuisse conueniens visum, quibusdam lauari pedes cathechumenis in die cænæ, ne videretur illa lotio necessaria ad baptisinum: sed potius differendam in octauum diem Paschæ.

Ad 3. negatur, differt enim aqua lustralis à Baptismo, forma, ministro, intentione, effectu. Quamuis per huiusmodi aquam refricetur meritò memoria baptismi.

Secunda Propositio. *Recte ad effectus supernaturales significandos & efficiendos vtimur aqua, oleo, aliisque rebus, benedictione consecratis.*

Siquidem illa benedicuntur ob triplicem finem primò, ad significandos spirituales effectus. Nam aqua significat purgationem animæ, cinis pœnitentiam, palma victoriam, cereus paschalis resurrectionem, oleum misericordiam, sanctitatem, claritatem &c.

sua Confes- e ca. vltimo. Obiicit t Brentius, non debere adumbrari cæremoniis mysteria fidei, coruscante vbique iam Euangelio.

Respondeo, has cæremonias non esse propriè adumbrationes futurorum, sed repræsentationes inuisibiliũ, vel præteritarum: vtiles ad excitandum affectum. Alioquin deberet etiam tolli Baptismus, [& omnes Sacramentorum etiam essentiales ritus: nec enim sua carent significatione.]

. 87. ar. 3. Secundò, ad delectionem venialium peccatorum, qua de re vide D. Thom. u 3 p. & Domin. à soto in. 4. sent,

distinct.15.q.2. [x] &c. Obiicitur. [y] 1. *Sanguis* [z] *Christi emundat nos ab omni delicto.* Ergo etiam à veniali. Respondeo, id verum dummodò ille nobis applicetur sanguis. Applicatur autem per huiusmodi Sacramentalia, ad venialia: sicut per Baptismum & pænitentiam ad mortalia delenda.

x *Gratianum can. Aquā dist. 3. de consecratione.*
y *Ita Tilmānus Heshusius libro de sexcentis erroribus Papistarum loco.27.*
z *1. Ioan. v. 7.* αἷμα Ἰησοῦ χριστοῦ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ (θεοῦ) καθαρίζει ἡμᾶς ἀπὸ πάσης ἁμαρτίας

Tertiò, ad effugandos dæmones morbosque pellendos: non quidem infallibiliter: tùm, quia non habent vim ex pacto Dei expresso, sed precibus Ecclesiæ, & vtentium deuotione: tùm quia non semper id expedit nobis. Hoc tertium probatur. 1. exemplis scripturæ. Numer.5. aquæ maledictionis ab adultera potatæ ventrem intumescere, & fæmur putrescere faciebant: nec tamen ibi erat necromantia. Num. 19. aqua cineribus admixta, dicebatur expiationis, qua mundabantur Iudæi à legalibus sordibus. 4. Reg. 2. Elisæus ad sanandas aquas adhibuit salem, ad curandam lepram Naaman, Iordanis aquas cap.5. Marci.6. v.13. vngebant apostoli ægrotos oleo, & curabantur. Secundò ex PP. exemplis [a] Marcellus Apameensis: & [b] Macarius aqua benedicta soluerunt incantationes. [c] Hilarion, oleo benedicto plurimos curauit [d] Fortunatus aquæ benedictæ aspersione femur hominis cōfractum. Malachias phreneticum apud Bernardum in Malachia. Obiicitur primò, non esse scriptum aquam sanctificandam ad pellandos dæmones. Secundò, non esse assumendum nomen Dei in vanum. At in vanum assumitur, ad sanctificationem harum rerum.

a *Apud Theodoret.5. cap. 21.*
b *Apud Palladium cap. 19.*
c *Apud Hieron. in Hilarione.*
d *Apud Gregor. 1. Dialogor. 10.*

Ad.1. negatur. Nam scriptum est sanctificari omnem creaturam per verbum Dei, & orationem. Item. *Petite, & accipietis.* Ecclesia autem petit, hæc valere ad fugandos dæmones.

Ad.2. negatur Minor. 1. quia assumere nomen Dei in vanum, est peierare, vt explicat Tolet. [e] Concil. 8. At ibi nullum periurium est. [2. quia illa inuocatio nominis Dei, non caret effectu.]

e *Can. 2.*

De Peregrinationibus ad Sancta loca.

CAP. VIII.



As damnant Claudius Taurinẽsis apud [a] Ionam, Petrobrusiani apud [b] authorẽ vitæ Bernardi, [c] Vviclefistæ [d] Caluinistæ [e] Centuriastæ Primò, quia cæpit hic abusus tempore Constantini Secundò hunc refutauit ilicò [f] Gręgorius Nyssenus. Tertiò quia Christus inter beatitudines non ponit peregrinationes. Quartò, quia multa sunt in itineribus pericula, præsertim mulierib. Quintò nihil est Hierosoly. quod hîc non habeamus. Deus est enim vbique: homines illic, non sunt meliores: templa & altaria habemus. Sextò, [g] docet Hierony. non expedire has peregrinationes. Septimò, Sanctus Antonius & alii sancti monachi licet in vicinia sanctorum locorum habitarent, ad ea tamen non sunt peregrinati.

Propositio, [h] *peregrinationes ad loca sancta sunt piæ, & religiosæ.* Primò, quia Deus instituit omnes filios Israël ter in anno ad tabernaculum, vel templum Domini peregrinari, quod diligenter obseruarunt [i] Elcana cum vxore. [k] Christus cũ Matre, & Ioseph, [l] Eunuchus Æthiopus quamuis gentilis, sed proselytus. Item [m] & Paulus. Secundò, ex PP. [n] *Alexander* (inquit [o] Euseb.) *Hierosolyma adorandi, & locorum sanctorum videndi causa properauit.* [p] Sanctus Nicolaus adolescens voti causa peregrinatus est in Hierusalem ante Imperium Constantini: eandem se suscepisse peregrinationem [q] Gaudentius testatur [r] Chrysost. *Quo regias quidem aulas videat, nullus vnquam peregrinatus fuerit: multi verò reges plerumque huius spectaculi* (id est sepulchrorum martyrum) *gratia peregrinati sunt* &c. [s] Hieron. *longum est nunc ab ascensu Domini vsque ad præsentem diem, per singulas ætates currere, qui Episcoporum,*

...bro.3.de culu ...ginum. ...cap.5. ...pud Vvald. ...3.tit.15. ...aluin. 4. ca. ...§.7.Instit. ...entur.4.c.6. 458. ...uius oratio- ...n hac de re ...turiastæ re- ...unt supra ca. ...col.935. ...p.ad Paulinũ ...est Tridentini ...ncilij sess. 25. ...Regum.1. ...Luc.2. ...Actor.8. ...Actor.2. ...qui floruerũt ...o.annis ante ...nstantinum. ...6.instor.9. ...apud Metaph. ...serm. de dedi- ...tione Eccl. ...homil.66 ad ...pulũ Antioch. ...ep.17.

qui Martyrum, qui eloquentium in doctrina Ecclesiastica *virorum venerint Hierosolymam* &c.Item: t *Cæterum adorasse vbi steterunt pedes Domini, pars fidei est.* u Sulpitius. 2. sacræ historiæ. Paulinus ep. 11. ad Seuerum. Prudent. in Hymno Sancti Hemiterii, & Chelidonij, x August. *Elegit aliquid medium, vt certo placito se ambo constringerent, ad locum sanctum se peregrinaturos.* Cassianus. 4. de institutis renuntiantium cap. 31. Beda. 5. histor. 7. scribit Ceeduallem regem suscepisse peregrinationem ad Apostolorum limina, cupientem ibi suscipere Baptismum, & mox è vita migrare, quorum vtrumque impetrauit. y Nicolaus. 1. scribit multa hominum millia ex omnibus terræ finibus confluere solita ad limina Apostolorum religionis causa. Concilium z Cabilonense docet omnibus probari debere deuotionem peregrinantium pœnitentiæ gratia ad loca sancta.

t *ep. 154.*
u *Non aliter (inquit) affectus homines ad Hierosolymã rapit, nisi vt loca, in quib. corporaliter præsens fuit Christus, videãt atque cõtingãt.*
x *ep. 137.*
y *epistola ad Michaelem.*
z *sub Carolo magno can. 45.*

Tertiò, quia hæ peregrinationes sunt signa, a nobis magni fieri Deum & sanctos.


Quartò, quia est opus pœnitentiæ, & satisfactionis cum sit pænale, & laboriosum.

Quintò, loci præsentia sancti, auget deuotionem, & reuerentiam.

Ad 1. Responsio in principio nostri secundi argumenti. Ad 2. respond. 1. non esse fortasse Nysseni orationem quam hac de re producunt Centuriastæ: non enim inuenitur in operibus eius, nec scitur quis eam in Latinum verterit. 2. non reprehendere simpliciter peregrinationes, sed in quibusdã personis vt monachis & mulieribus. Nos autem concedimus, quibus peregrinatio indecens, aut periculum est, non debere peregrinari & ita soluuntur quartò & sextò. Ad tertiò probare solum peregrinationem non esse opus necessarium ad salutem. Ad 5. esse Hierosoly. sepulchrum Domini, & loca ipsa in quibus redemptionem nostram operatus est, quæ non sunt alibi.

De votis quæ fiunt sanctis.

Cap. IX.



a in Colloquio: Naufragium.

Æc reiiciunt a Erasmus,& omnes nostri hæretici Quia votum est actus religionis soli Deo debitus, quale est iuramentũ & sacrificium nam in scriptura dicuntur perpetuò vota fieri Deo.

Propositio. *Rectè fiunt vota sanctis.* Probatur. 1. ex PP. b Eusebius. *Nos (* inquit) *veræ pietatis milites, vt Dei amicos honorantes ad monumenta illorum accedimus votaque illis facimus tanquam viris sanctis.* c Theodoret. *piè, fideliterque precatos* (sanctos) *ea maxime consequi quæ desiderant, testantur illa, quæ votorum rei persoluunt.* Pallad. d in Lausiaca scribit Philoromũ ex voto Apostolis nuncupato venisse Rom. Prudent. supr. Paulinus natali 1. de S. Fælice e Gregor. Turonicus *Domino gratias agentes* (scilicet ministri Clodouei regis) *& vota beato Cõfessori promittẽtes læti nuntiauerũt regi.*

b 13. Præpar. 7.

c 8. ad Græcos.

d cap. 113.

e 2. hist. Franco. 37.

Ad arg. deberi soli Deo votum, quatenus est signum gratitudinis erga primum principium, & recognitio beneficii emanantis ab eo vt authore: quia tunc est latriæ cultus: sanctis autem deberi, quatenus est signum gratitudinis erga mediatores, & intercessores in quibus Deus inuariabiliter per gloriam habitat. quia tunc est tantum cultus duliæ.

Dices quidni ergo promissiones sanctis hic viuentibus vota nuncupari poterunt? Respondeo id non conuenire. 1. quia promissio facta sanctis regnãtibus cum Christo est similior promissioni quæ fit Deo, quam sit promissio facta mortali: quia non in illorũ, sed nostram cedit vtilitatem. 2. quia votũ non conuenit sanctis nisi vt diis per participationem, quod certum scimus de regnantibus cum Christo, non autẽ de his qui nobiscũ. 3. quia cũ Christo regnãtes, sunt inuariabiliter filij Dei, non autẽ sancti qui sunt in terra, cum deficere possint.

De festis Diebus.

CAP. X.



Rimus error est a Ebionitarum: debere scilicet seruari dies festos vtriusque Testamenti.

Secundus b Petrobrusianorũ, nullos debere seruari. Tertius Lutheranorum, & Caluinistarum. 1. festos dies celebrari esse de iure diuino. 2. quia hos ius diuinum non determinauit, certum tempus a pastoribus determinari debere. 3. dies festos non debere cæteris sanctiores putari quasi aliquid mysterii contineant, aut piam significationem, sed tantùm celebrari politiæ causa. 4. non obligare fideles in conscientia. 5. non licere dies festos celebrare sanctis, vel Eucharistiæ, & multo minus Conceptioni B. Mariæ.

a *apud Euseb. 3. cap. 17. hunc errorem obseruant Christiani in Aethiopia qui eodem honore dominicam, & sabbathum colunt.*

b *apud authorẽ vitæ Bernardi. 3. cap. 5.*

Prima propositio: *Nullo modo licet Christianis sabbathum Judæorum, aut alias ferias testamenti veteris obseruare.* Primo ex Rom. 14. Galat. 4. Coloss. 2. in quibus adeò apertè Paulus reprehendit obseruatores sabbathi, vt propterea Ebionitæ non reciperent Paulum.

Secundò, c Concil. Laodicen. dicit anathema obseruantibus sabbathum.

c *can. 29.*

Tertiò, Gregorius 11. ep. 3. ex professo hunc refellit errorem.

Quartò, quia sabbath erat præcipua figura Iudaica, in testamento veteri Coloss. 2. Igitur accedente Christo desiit sabbathum.

Obbiicitur Exod. 31. de sabbatho: *pactum est sempiternum signumque perpetuum.*

Resp. 1. cum e Aug. dici æternum, quia significat res æternas. 2. quia non erat expressum quando finiretur. 3. quia erat duraturum quandiu duraret status Iudaicus; propterea additur communiter, *vobis*, vel, in *generationes vestras &c.*

e *quæstionib. in Exod. q. 46. & 124. & 139.*

Secunda proposit. *Festa Christianorum non solum ratione ordinis, & politiæ, sed etiam mystery celebrantur: suntque aliis diebus sanctiores, & pars diuini cultus.*

Probatur primò, tam nos quam hæretici celebramus diem dominic. At certum est f celebrari in memoriam resurrectionis Domini. vt etiam g Caluinus fatetur. Respon. Caluinus. 1. obseruari, vt moneamur non esse amplius inhærendum figuris, quod Christus sua resurrectione omnes euacuauerit. 2. non improbaturum se si alium diem celebrandum elegerit Ecclesia. Ad primum, diem non posse aliter monere, quam per significationem & representationem. Ergo semper dies festus ille, ratione mysticæ significationis celebrabitur. Deinde h Augu. docet diem dominicum significare etiam gloriam beatam & non solum Resurrectionis Domini. Ad 2. impietatem Caluini demonstrare: qui se consuetudini Ecclesiæ & suorum etiam se opponit.

f *ita Aug. ep.* 119
g 2. *c.* 8. *Instit.*
h 22. *Ciuit.* 39.

Probatur secundò, quia essent alioquin tollendi dies solennes Natalis Domini, Passionis, ascensionis, Pentecostes, sicut & resurrectionis, quos tamen ex Apostolica descendere traditione & in tota obseruari Ecclesia docet i Aug. Nam si ratione Politiæ solùm obseruarentur, quæ ratio inter diem passionis, & resurrectionis non nisi vnum esse diem, inter Resurrectionem & Ascensionem 40. inter Ascen. & Pentec. 10. inter Pentecost. & Natalem Domini plusquam. 6. menses? Cur ista nomina habent? Cur Lunam sequimur in mobilibus festis inueniendis, si nihil sacrum significant?

i *ep.* 118. & 119.

Tertiò, ex PP. k Ambros. *Dominica nobis venerabilis est, atque solemnis.* Aug. præf. in epistolam Ioannis. Quia nunc (inquit) interposita est solemnitas sanctorum dierum lib. 22. Ciuit. 30. *Dies Dominicus Christi resurrectione sacratus est.* Item Dominicum *diem Apostoli religiosa solemnitate habendum sanxerunt.* Leo serm. 4. de Quadrag. *Ingressuri* (inquit) *dies mysticos.*

k *serm.* 62.

Quarto, alias sequeretur omnes dies festos, esse æquales. vna enim ratio celebritatis omnium. At l Ignatius vocat diem dominicam, regalem, & eminentissimum omnium dierum: m Leo, Pascha, festum festorum,

l *ep. ad Magnesianos.*
m *serm.* 12. *de Quadragesima.*

n Nazianz.

n Nazianz. celebritatem celebritatum, tanto maiorem cæteris, quanto Sol syderibus.

Quintò, obseruatio festorum præcepta Exod. 20. ad cultum Dei pertinet. Est enim præceptum aliquo modo naturale, & ad nos pertinens, vt aduersarii concedunt. Ergo debemus aliquos dies obseruare in cultum Dei, nullos autem habemus præter dominicos, Pascha, &c. Ergo horum obseruatio ad cultum Dei spectat, & proinde sancta.

Sextò, Christus nascens, consecrauit præsepe, moriẽs crucem, resurgens tumulum, quidni & tempus?

Obiicitur Primò, Rom. 14. o *Alius iudicat diem inter diem, alius omnem diem*, quibus videtur reprehendere discretionem dierum, non quoad politiam, hæc enim omnino necessaria Ergo quoad religionem.

Secundò Galat. 4. p *Dies obseruatis, & menses & annos, timeo vos, ne frustra laborauerim in vobis.*

Tertiò, q *Nemo vos iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi.*

Quartò sabbathum, quod mandatum fuerat Iudæis carnaliter obseruandum id est abstinere a seruilibus operibus, nobis mandatum est spiritualiter, id est abstinere a peccatis vt docent r Ambro. s Hierony. t Aug. u Gregor.

Quintò, Hieron. in. 4 ad Galat. *Ne* (inquit) *inordinata congregatio populi fidem minueret in Christo, propterea dies aliqui constituti sunt, vt in vnum omnes pariter veniremus. Non quo celebrior sit dies illa, qua conuenimus: sed quo quacumque die conueniendum sit, ex conspectu mutuo lætitia maior oriatur.*

Sextò idem ait ibid. omnes dies Christianis esse æquales, sed propter seculares, oportuisse constituere aliquos quibus ad Ecclesiam conuenirent.

Ad primum, loqui Apostolum non de festis, sed ieiuniorum discrimine dierum: ac velle dicere: aliqui ieiunant certis diebus, alii omni die & vtrique rectè agunt: propterea si quidem adiunxit: x *Vnusquisque in suo sensu abundat.* Ita exponũt Origen. Ambr. Oecum. Primas. Ansel. in hunc locum: & patet ex textu, de cibis enim non de festis disputationem instituerat.

n *oratione. 2. de Paschate.*

o *v.* 5.
ὃς μὲν κρίνει ἡμέραν παρ' ἡμέραν ὃς δὲ κρίνει πᾶσαν ἡμέραν

p *V.* 10.
ἡμέρας παρατηρεῖσθε, καὶ μῆνας, καὶ καιρὺς, καὶ ἐνιαυτὺς
v 11. φοβοῦμαι ὑμᾶς μή πως εἰκῆ κεκοπίακα εἰς ὑμᾶς.

q *Coloss. 2. v.* 16.
μὴ οὖν τις ὑμᾶς κρινέτω ἐν βρώσει ἢ ἐν πόσει, ἢ ἐν μέρει ἑορτῆς.

r *in* 13 *Lucæ.*

s *in* 4. *ad Galat.*

t *ep.* 119.

u 11. *ep.* 3.

x. ἕκαστος ἐν τῷ ἰδίῳ νοῒ πληροφορείσθω.
v. 5.

Ad 2. reprehẽdere solùm festa Iudæorum. 1. quia: *Illi* (inquit Aug.) *ea seruiliter obseruabant, non intelligentes ad quarum rerum significationes, & prænunciationes pertinerent: hoc in eis culpat Apostolus, & in omnibus qui seruiunt creaturæ potius quam creatori: nā nos quoque, & Dominicum diem, & Pascha solenniter celebramus, & quaslibet alias Christianas dieru festiuitates: sed quia intelligimus quo pertineāt, non tempora obseruamus, sed quæ illis significantur tēporibus.* 2. quia Iudæorum festa, post Christum falsam habent significationē, nostra non habent. 3. quia primarius finis illorum erat significare futura: nostrorum agnoscere Dei beneficia: propter quæ, festa singula sunt instituta. Ad 3. ead. Responsio. Ad 4. PP. loqui de ipso Sabbatho. propriè dicto id est de ipso die septimò vt Iudæis præcepto: quem iam non licet, nisi spiritualiter celebrare. Hinc tamen non sequitur minimè licere alios externo cultu celebrare dies. Ad 5. non negare Hieron. ratione significationis, & cultus vnum diem, esse alio celebriorem, cum ibidem doceat festa Christianorum esse instituta vt honoremus Christi resurrectionem, & alia mysteria. Sed tantum ratione ordinis, & politiæ negare esse in celebritate diuersos.

Ad 6. loqui quoad essentialia festi, quæ quisque apud se celebrare quotidie, & æqualiter potest. Nam vt ibidem ait quisque Christianus potest, si velit, habere quotidiè Pascha, Pentec. &c. si nimirum quotidie audiat sacrum, communicet corpori Christi, recolet mysteria propria, vacet ab operibus seruilibus. quod simile non licebat Iudæis, puta, quotidie immolare agnum &c. At minimè hoc impedit, quin simul sit lex Ecclesiastica determinans, & discrimen constituens inter dies festos secundum diuersam mysteriorū significationē.

Tertia propositio: *Obseruatio festorum recte præcipitur ab Ecclesia lege obligante conscientiam etiā citra contemptū: & scandalum.* Primò, præcipitur iure diuino, obligante in conscientia, vt aliqui dies festi obseruentur. Nulli autē sunt alij, quam quos determinauit Ecclesia. Festa enim debent esse communia toti Ecclesiæ & proinde indici a publica potestate. Igitur indicta ab Ecclesia obligant in conscientia Huc spectant argumenta, quibus lib. 4. de sum Pontifice probatum est Eccl. obligare

in Consciētia. Secundò, Ecclesia, cum Imperio etiam olim festa indicebat. Concil. [z] Agathense ante mille annos. [a] *Missas die Dominico sæcularibus totas audire speciali ordine præcipimus, ita vt ante benedictionem sacerdotis egredi populus non præsumat. Quod si fecerint ab Episcopo publicè confundantur.* Laodicenum ante mille 200. ann. [b] *Non oportet Christianos Iudaizare, & in sabbatho vacare, sed operari eos in eadem die: Dominicum præponendo eidem diei.* [c] Aurelianens. 3. can. 21. Concil. [d] 6. generale can. 8. Antisiodorens. ante. 900. an. can. 16. *Non licet die Dominico boues iungere, vel alia opera exercere*: & Concil. 2. Matisconens. c. 1. Moguntī. ante 700. an. can. 36. & 37. enumerat festa totius anni præcipua, & iubet omninò ab opere in his vacare dieb. Vide Plura. *Extra*, de feriis.

Obiicitur primò, Obseruatio festorum erat indiferēs in primitiua Ecclesia nam Paulus, & alii, modo colebant sabbathum modo diem Dominicam. [e] Concionabatur enim sabbatho. Ergo non potuit imponi sub necessitate. R. 1. negatur antecedēs nec vsquā Paulus coluit sabbathū quamuis data occasione: quòd eo die congregatos inueniret Iudæos, non raro concionaretur. 2. & si res indifferens sit ex se obseruatio diei, fieri tamē sub necessitate, determinatam ex præcepto Eccl. Secundò, Galat. 4. Paulus resistit pseudoapostolis volentibus introducere obligationem festorum.

Resp. reprehendere illos, non quod simpliciter obligarent ad festa, sed Iudaica. [g] Tertiò, cùm sint plura Christianorum festa, quam Iudæorum, intolerabilius esset nostrum quam illorū iugum. Negatur cōsequentia. Nam Iudæorū, erant grauia, quia non intelligebant Iudæi finem fest à multis cogebantur supersedere, quæ non parū incōmodi afferebant, vt non coquere cibos, non iter facere nisi ad modicum spatium &c. Item tenebantur ad quædam festa venire Hierusalem non sine graui labore. At nostra nil laboris habent: qualis enim labor, interesse sacro, & vacare a quibusdam tantùm [i] operibus?

[z] *can. 31. vide etiam 38.*

[a] *lege festorum duo præcipiuntur 1. interesse Missæ. Nam & ipsi aduersarii fatentur requiri conuenire ad Ecclesiam, ac interesse mysterio Cœnæ. 2. vacare à seruilibus operibus.*

[b] *can. 29.*

[c] *quo prohibentur seruilia opera. Et concluditur: Si inuentus fuerit quis in operibus suprascriptis, quæ interdicta sunt se exercere, qualiter emendare debeat, non in laici districtione, sed in sacerdotis castigatione consistat.*

[d] *can. 8. quo iubetur die dominica audiri sacrum, & à seruilibus vacare. nec iste canon ex Trullanis est.*

[e] *Actor. 13.* [f] *hoc & primū argum. sunt Magdeburg.* [g] *Heshusii.* [i] *prohibentur Mechanica sed permittuntur pharmacopolorū, coquorum, ac similium quæ iudicantur omni tempore necessaria: prohibetur mercatura, agere causas, ius dicere, iuramētū solēne præstare: nisi instet necessitas. C. Oēs dies, & c. Coquestus de feriis.*

luini.

k Quartò, Socrates. 5. cap. 21. voluit dies festos esse liberos.

Respond. Socratem in dogmatibus, nullius esse testimonii, maximè cum fuerit Nouatianus.

D.Thomæ. .122.arg.4. ntra Scotū 7.& 37. lensem ac um in 20.

l Quarta Propositio: *Non tenemur diebus festis ex præcepto peculiari ad non peccandum, siue ad actum contritionis, vel dilectionis Dei.* Primò, quia præcepta intelligi debent propriè, & non metaphoricè. At ius diuinum prohibet tantùm diebus festis opus seruile, quod proprie loquendo non est peccatum.

Secundò, Ecclesiæ fuit determinare tempus obseruationis festorum. At Ecclesia nusquam præcipit huiusmodi internos actus.

Tertiò, nostram sententiam sequitur communis fidelium sensus: nulli sunt enim, qui putent se nouum committere peccatū die dominico, si non pæniteant, vel actum charitatis eliciant.

Quartò, actus ille internus est finis huius præcepti finis autem, propriè non imperatur.

Quintò, cultus internus iam erat præceptus in primo mandato Non erat ergo ratio cur rursus præciperetur Nam hic est ordo primæ tabulæ, primo præcipitur mandato cultus cordis. 2. oris. 3. operis.

Sextò præceptum de colendo sabbatho, est religionis. At contritio est propriè pœnitentiæ actus.

Obiicitur primò fornicari in loco sacro vel homicidium cōmittere est sacrilegium. Ergo & id patrare die sacro.

Negatur consеq. quia & si omnis circunstantia loci, & temporis aggrauet peccatum, non tamen facit semper nouum peccatum, sed tantùm quando est essentialis, & intrinseca peccato: nimirum quādo violat ipsum locum, aut tempus. Violant autem locum sacrum fornicatio, & homicidium: quia prohibetur lege Ecclesiastica effusio seminis, & sanguinis voluntaria in loco sacro. non violant tempus sacrum: quia nulla lex prohibet fornicationem, & homicidium, ratione temporis. Id quod autem violat tempus sactum est opus seruile: quia illud prohibetur ratione temporis.

act.3. in ncm, & in 32. concio-

Secundò, m Augu. ait præcepto sabbathi prohiberi

ſeruilia opera id eſt peccata. Reſpondeo, loqui de hoc præcepto vt eſt generale, ſpiritualiter ſignificatum per Iudæorum ſabbathum.

Tertiò, idem [n] Aug. *Melius* (inquit) *Faceret Iudæus in agro aliquid vtile quam in Theatro ſeditioſus exiſteret:* ſcilicet die Iudaico feſto. n *lib. de decem chordis cap.* 3.

Reſpond. nolle dicere minus malum eſſe die feſto aliquid operari vtile quam peccare: poteſt enim fieri vt ſit maius, aliquando minus. malum peius eſt enim operari tunc in agro, quam mentiri officioſè: & peius blaſphemare, quam operari in agro, ſed ſenſus eſt, magis pugnare quælibet peccata cum fine ſanctificationis ſabbathi quam opera ex ſe vtilia, prohibita tamen ſabbathi die.

Quartò, peccata magis pugnāt cum fine legis huius Ergo magis prohibita.

Conceditur, ſed prohibita, non illa lege de die feſto: ſed aliis præceptis.

1. *De antiquitate.* 2. *Inſtitutione.* 3. *ritibus antiquis diei Dominicæ.*

CAP. XI.



DE *Primò.* dies Dominica eſt antiquiſſimum feſtum 1. quia Eccleſia Chriſtiana propriè cæpit die Pentecoſtes. Tunc enim impletis omnibus myſteriis redemptionis promulgatum fuit Euangelium, & ceſſarunt feſta Iudaica inter fideles primus autem dies feſtus occurrens fuit Dominicus. Nam Natalis Domini & Paſchæ non niſi poſt aliquot occurrerunt menſes. 2. quia per vnam ſabbathi. Actor. [a] 20. & 1. Corinth. [b] 16. intelligitur dies Dominica tum quod priorem locum Chryſoſt. & Beda poſteriorem interpretes omnes de Dominica exponūt tum quod pari locutione dicitur Marci. 16. Chriſtus reſurrexiſſe vna ſabbath. quem conſtat reſurrexiſſe die a *v.* 7. b *v.* 2.

Dominico tum denique quòd non est verisimile Paulum coluisse sabbathum cum id Colossensium.2.prohibuerit. 3. ex Apoc. 1. *Ego Joan. fui in spiritu in Dom. die.* quod ferè omnes de nostra Dominica exponunt etiam Magdeburg. Centur.1.lib.2.ca.6.3.ex PP. qui diei Dominicæ, vt iam in communi vsu habitæ meminerunt, c Clemens Rom. d Iustinus e Tertull. f Clement. Alexandr. g Origen. h Athanas. Hilarius. præfatione in psalmos. Ambrosius ep.83.Hierony.in 4.ad Galatas. Aug. contra Adimantum.

6.Apost. *og.2.* *rona mi-* *Apologe-* *.16.* *romatum* *il.7.in* *Iud. Om-* *bi tradita* *atre.*

De secundo Ratio institutionis fuit, vt succederet sabbatho. Nam ius diuinum præcipiebat vnum diem hebdomadæ dicari cultui diuino:non conueniebat autem amplius obseruari sabbathum. Rectè autem fuit substituta dies Dominica. Nam sabbathum erat omnium festorum Iudæorum excellentissimum: siue memoriam beneficii præteriti consideres (colebatur enim in memoriam creationis) siue significationis alicuius futuri (si quidem in sensu allegorico, erat figura quietis Christi in sepulchro: in tropologico, quietis humanæ mentis a peccatis per gratiam in Christo: in anagogico, quietis animarum in sinu Abrahæ) at dies Dominica in his sabbatho excellit. Nam refert memoriam Natalis, & resurrectionis Christi, ac aduentus spiritus sancti: & præterea Creationis etiã mundi: Christus die Dominica natus est: illo namque anno litera Dominicalis erat B. vt fatentur Mathematici, & ostendi potest retrocedendo in Cyclo Dom liter. B. autem incidebat in 25. Decemb. quo die Christus est natus. Resurrexisse Christum die Domin. constat ex Euangelio. Descendisse spiritum sanctum patet quia id contingit. 50. die a Paschate qui necessario Dominicus est quo etiã mundus fieri cœpit [nec enim aliter Septimus requietionis contingere poterit. Nam 7. a Dominica est dies sabbat. cui succedit deinde immediate altera Dom.]

Quæ significabat sabbatũ iam fuere completa nam Christus iacuit in sepulchro, gratia data est, & translati Patres de limbo ad cælum.

Dominica vero significat illam quam expectamus in gloria quietem, & beatitudinem.

De tertio, ritus in die Dominica quadruplex erat. [i] 1. conueniebant in Ecclesiam ad lectionem, concionem sacrificium, communionem, &c. [k] 2. vacabant ab operibus seruilibus. 3. [l] non ieiunabant. 4. non flectebant genua, sed precabantur stantes de quo extat can. 20. Nicæni Concilii. atque idem docent Ambros. serm. 62. Augustinus epist. 119. & Alexander 3. capite *Quoniam*, extra de feriis circa ann. 1159.

i *ita refert Iustinus apolog. 2.*
k *ita Hieron. ep. ad Eustochiū de Virginitate.*
l *ita Tertull. de corona militis: Die Dominico ieiunare nefas ducimus, & de geniculis adorare.*

1. *Quid sit Pascha.* 2. *De erroribus circa illud.*

CAP. XII.

De primo, quidam PP. putarunt Pascha dici [a] à πάσχειν. Sed falluntur. Nam est nomen Hebræum à פסח *Pesach*, quòd Græci verterunt πάσχα, Chaldæus פסחא *Pischa*. Hieron. legit *Phase*, secundum alia puncta. Dicitur autem à verbo פסח *Pasach*, quod est transilire. Vnde primariò significat transcensionem Angeli, & quasi saltum super Iudæorū domos: nam cum dixisset Moses: *Est enim Phase*: subiungit ועברתי *Vegauarti: transibo enim per terram Aegypti nocte illa, & percutiam primogenita Aegyptiorum: erit autem sanguis vobis in signum in ædibus vestris, & videbo sanguinem &* ופסחתי *Vephasachti: Transibo vos nec erit in vobis plaga.* vbi vides ab hoc vltimo solum [b] *transibo: Vepasachti:* dici Pascha. Traducitur inde tamen ad significandum etiam. 2. ipsum [c] agnum Paschalem, qui per immolationem transibat de vita ad mortem. 3. transitum populi per mare rubrum liberati à Tyrannide Pharaonis, vt iret in terram promissionis. 4. [d] ipsum diem festum Paschæ. Quæ omnia apud Christianos suo inueniuntur modo. *Angel⁹ transiliens, &c.* est Christus, qui dum transiret de morte ad vitam saluauit omnes, qui eius sanguine erant aspergēdi relictis cæteris in manu vastatoris. *Agnus Paschalis,*

a *Ambrosius de mysterio Paschæ cap. 1. & Tertullian. cōt. Iudæos.*
b *Nazianz. ora. 2. de Pascha, & Aug. tract. 55. in Ioan. volunt dici Pascha à transitu maris rubri.*
c *Luc. 22. v. 7.*
d *Luc. 22. v. 1.*

idem Christus, pro nobis immolatus, *Transitus per mare rubrum*, est transitus populorum per aquas baptismi. *Pascha* verò, dies Resurrectionis Domini.

De 2. Primus error fuit [c] Aerii negantis omninò Pascha celebrandum, Quod hoc Iudaismum saperet. Sed vt ait [f] Epiph. non agimus Iudæorum Pascha: sed quod illo significabatur.

Secundus [g] Blasti, Pascha celebrandum cum Iudæis 14. Luna primi mensis, siue esset Dominica, siue non. Quia eo die celebrabat illud B. Ioannes Euangelista.

Hic error illo ipso tempore Blasti refutatus est à Conciliis [h] fere omnium Ecclesiarum & à Pontifice Rom. Deinde à [i] Concilio Nicæno 1. & meritò. 1. [k] quia par est vnam esse in tota Ecclesia rationem, Pascha celebrandi, & minorem partem cedere maiori. At soli pauci Orientales, contra Meridiem, Occidentem, Aquilonem, & magnam Orientis partem, cum Iudæis Pascha celebrabant. 2. absurdum est, bis in vno anno celebrare Pascha, & alio nusquam. At hi non curabant an 14. Luna esset ante æquinoctium necne, itaque interdum accidebat vt vno anno celebrarent Pascha post æquinoctiū & anno sequenti ante æquinoctium, & proinde bis in anno [nimirum inter duo æquinoctia] 3. quia non decet nos, dumtaxat, cum Iudæis concurrere. 4 putabant se legem Iudæorum sequi, cum delirium potius sequerentur. Nam lex, Exodi 12. præcipit Pascha fieri decimaquarta mensis primi; is autem erat cuius decimaquarta dies incidebat in æquinoctium vernum, aut proximè sequebatur: vnde [l] Iosephus dicit Pascha fieri, Sole existente in Ariete & opposito Lunæ. At [m] Iudæi posteriores non amplius æquinoctium obseruabant. Ad ritum Ioan. Euangelistæ respondet [n] Beda, id fecisse vt se accommodaret, initio nascentis Ecclesiæ, cum Iudæis ad fidem conuersis, sicut eadem de causa iussit Paulus Timotheum circumcidi.

Tertius [o] quorumdam qui Pascha semper celebrabāt die 25. Martii, quod putarent eo die Dominum passum vel à mortuis surrectum.

Refellitur primò, ex communi consensu Ecclesiæ, quæ die Dominico semper celebrabat Pascha. 2. quia se-

c *apud Epiphā. heresi 75.*
f *ibidem.*
g *apud Tertullianum de præscriptionibus. Hunc errorem secuti sunt multi Episcopi Asiæ apud Euseb. lib. 5. cap. 24, & 25. Item Vadiani seu Audiani apud Epiphaniū hær. 70.*
h *teste Eus. supr.*
i *teste Epiphanio hæresi 50. & 70.*
k *ita Constantinus epist. ad omnes Ecclesias apud Euseb. 3. de vita Constantin.*
l *3. Antiquit. 13.*
m *Epiphanio teste hæresi 70.*
n *3. histor. 25.*
o *Cappadocū, apud Epiph. heresi 50. & Gallorū apud Bedam lib. de ratione temporum cap. 45. ex Theophilo Cæsariensi.*

cundum quosdam Christus non potuit resurgere, aut pati 25. Martii. Nam passus est die veneris, & resurrexit die Dominico secundum Euangelia: constat etiam passum, & à mortuis excitatum anno ætat. 23 vel 24 At vigesimotertio anno dies 25. Martii non fuit feria 6. nec dies Dominica, sed feria 4. Anno vero vigesimoquarto dies vigesima quinta Martii fuit feria 5. vt ex Litera Dominicali patet. Nam anno Christi 23. currebat litera D ann. 24. C die autem 25. Martii semper est G

Quartus [p] Britonum & Scotorum celebrantiũ prima Dominica post Lunam 13. qua quidem in re nec cũ Iudæis, nec nobiscum conuenicbant, imperitè existimantes ita Ioann. Euangelistam celebrasse.

Quintus [q] Nouatianorum, liberum esse vnicuique quando vellet celebrare Pascha quod placuisse Magdeburgensibus constat ex [r] Centur. 1. Refellitur primò, ex can. 8. Apostolorum, quo iubentur Episcopi deponi vel presbyteri celebrantes Pascha ante æquinoctium cũ Iudæis. Secundò, quia pertinaces in opinione Blasti, vocati sunt [s] à PP. hæretici, Tessaresccdecatæ, id est, Quartadecimani. Tertiò, quia frustra alioquin tantam habuissent cautionem PP. ne in celebratione Paschæ error contingeret, vide Ambrosii epistolam 83. & Leonis 63. 64. 65. 95.

Quartò, quia noluerunt [t] Concilia, hoc esse rem indifferentem: sed sub præcepto mandarunt [u] Et in Antiocheno excommunicantur qui legem [x] Nicænam de Paschate non obseruant.

Quintò ex diuino [y] miraculo: cùm tempore Zozimi Papæ vellent Occidentales celebrare Pascha 25. Martii Orientales 22. Aprilis, in quadam Ecclesia Siciliæ solitus singulis annis sacer fons diuino miraculo repleri, ipsa nocte Paschatis ad Catechumenos baptizandos: hic 25. Martii illo anno aridus: 22. Aprilis repletus aquis apparuit.

p apud Bedam 3. histor. 25. & lib. 5. cap 22.

q apud Socratẽ 5. histor. 20.

r libro 2. cap. 6. col. 504. & Centur. 2. cap. 6. col. 119.

s Epiph. hæresi 50. Aug. hæresi 29. Theodoret. 3. de hæreticis fabulis.

t Euseb. 5. cap. 23 histor. Vnum (inquit) omnes Ecclesiasticum dogma confirmant, ne liceat aliquando nisi in die Dominica qua Dominus resurrexit Dominicum Paschæ celebrare mysterium. u *cap. 1.* x *Athanasius epistola de Concilio Arimini & Seleuciæ, In neg. de Paschate non abhorruerunt (scilicet PP. Niceni Concilij) ab ista appendice: visum est, vt omnes obtemperarent.* y *Apud Paschasinum Lilibitanum Episcopum epistola ad Leonem inter epistolas Leonis 63.*

Vltimus à multis annis vsque ad nostra incidit tempora. Cum enim statuisset Concilium Nicænum primum tres regulas ad inueniendum Pascha: Primam debere celebrari semper post 21. Martii: quod illo die esset æquinoctium veris, & Pascha post æquinoctium agi debeat. 2. post 20. Martii expectandam Lunam 14. & post eam quæreretur Pascha. Agi enim debet in tertia hebdomada Lunæ, id est à 14. Luna exclusiuè vsque ad 22. exclusiuè. Atque ad inueniendam Lunam composuerint cyclum aurei numeri, ita vt vbi in Calendario esset numerus aureus illius anni esset nouilunium. 3. vt post Lunam 14. occurrentem post 20. Martii expectaretur dies Dominicus, & ille esset Pascha. Iam experientia docet æquinoctium non esse fixum 21. Martii sed semper anticipare: cum sit nunc 10. Martii nec aureum numerum antiquum amplius valere ad nouilunia fideliter indicanda.

z Quare ann. 1582. Gregorius 13. Ecclesiasticum Calendarium emendari curauit, & hunc circa Pascha errorem correxit.

z [*hæc habentur in Bellarmino anni 1590. non tamen in Ingolstadiensi anni 1601.*]

De Pentecoste.

CAP. XIII.

HVius festi meminit Paulus [a] 1. Corint. 16. *Manebo Ephesi vsque ad Pentecostem.* Et [b] Actor. 20. *Festinabat* (inquit Lucas) *vt si quo modo posset, Pentecosten ageret Hierosolymis.* Quod de Pentecoste Christianorum intelligit Epiphanius hæresi 75. Meminerunt antiquissimi authores [c] Clemens, Irenæus, Iustinus, Tertull. Origen. Hilarius, Theophyl. Hieron. [i] Nazianzen. Chrysost. Ambrosius, Maximus, Leo, &c. Denique [k] Aug. ait festa quæ in tota Ecclesia celebrantur sine dubitatione, vel à Generalibus conciliis, vel Apostolis instituta fuisse. Constat autem Pentecosten non fuisse

a *versu* 8. ἐπιμενῶ δὲ ἐν Ἐφέσῳ ἕως τῆς πεντηκοστῆς.
b *verso* 16. ἔσπευδε γὰρ εἰ δυνατὸν ἦν αὐτῷ τὴν ἡμέραν τῆς πεντηκοστῆς γενέσθαι εἰς Ἱεροσόλυμα.
c 5. *constitut.* 11.
d *apud Iustinum quæst.* 115.
e *libro de corona militis.*
f 8. *lib. cōt. Celsū*
g *præfat. in psal.*
h *in 4. ad Galat.*
i *sermonibus hac de re editis.*
k *epist.* 118.

à conciliis institutam Generalibus cum huius meminerint Clemens, Irenæ. &c. ante omnia generalia Concil.

Quæstio est autem an rectè celebretur 50. die à Resurrectione Domini: videtur quod non. Nam Spiritus sanctus venit [l] dum complerentur dies Pentecostes scilicet Iudæorum. Illa verò, vel erat festum [m] datæ legis in Sina, [n] vel hebdomadarum, aut fortasse vtrumque simul. At neutrum incidisse videtur in diem Dominicam anno passionis Christi. Nam festum datæ legis celebrabatur die tertio tertii mensis Exodi [o] 19. ex quo deducit Aug. dies 50. numerari ab ipsa Paschate Iudæorum, id est 14. primi mensis inclusiuè, fuit autem dies Paschæ Iudæorum, anno passionis Christi, die Iouis, Ergo Pentecostes complebatur etiam die Iouis. Festum hebdomadarum numerari incipiebat à secunda die azimorum vt colligitur ex Leuitici 23. Hæc autem dies tempore passionis Christi fuit feria sexta à qua si exclusiuè numerentur dies quinquaginta, inuenietur Pentecoste die sabbathi. Nam lex ferebat vt altera die Sabbathi [p] id est primo die azimorum offerrent manipulos primitiarum, & inde numerarent septem hebdomadas, qui sunt quadraginta nouem dies, & sequenti die festum diem agerent.

Respondeo vtrumque festum vnum fuisse, & quidem Pentecostes, acincidisse anno passionis Christi in Dominicam diem.

Nam non potest quidem euidenter colligi ex scriptura quo die data sit Lex: Etsi enim dicat Mosem venisse cum populo in desertum Sinai mense tertio egressionis ab Ægypto, ac deinde 3. die datam legem: non explicat tamen quo die mensis tertii venerit in desertum, & proinde nec certò scimus vnde numerari debeant tres illi dies de quibus legitur [q] *Estote parati in diem tertium.* Dicimus nihilominus venisse in desertum die 3. mensis tertii, hoc enim videtur indicare textus. *Mense 3. egreßionis filiorum Israel de Ægypto, in die hac venerunt in solitudinem.* Quid est in die hac nisi die tertia? ac deinde die quarta dixisse. *Estote parati in diem tertium:* & tandem die 6. datam legem qui fuit quinquagesimus à

[l] *Actor.* 1.
[m] *ita August. ep.* 119. *cap.* 16.
[n] *ita Hieron. in* 4. *ad Galatas.*
[o] *v.* 1. *&* 11.
[p] *vt exponunt Lyranus, Abulẽsis, Caietanus in hunc locum, & Iosephus* 3. *Antiq.* 13. *dies enim primus azimorũ qui solemnis erat dicebatur generali nomine Sabbathum.*
[q] *Exodi* 19. *v.* 11

secunda die azimorum inclusiuè, & hoc modo coincidit hoc festum cum festo hebdomadarum, & omnia cohęrent. Tempore autem passionis Christi hic dies quinquagesimus incidit in Dominicam. Nam etsi ordinariè dies Pentecostes [id est tam legis datæ quam hebdomadarum festi] inciperent Iudæi ordinariè numerare à secunda die azimorum: Tamen si secunda illa Sabbathum esset, tunc à. 3. die azimorum numerabant. Causa enim cur illi dies. 50. non inciperent à primò azimorum die, sed à secundo erat, quod oporteret illo die multa facere seruilia opera, quæ die festo prohibebantur nimirum metere manipulum frumenti, exsiccare, afferre sacerdoti. At ista magis prohibebantur Sabbathi die. Ergo non licebat in. 2. die azimorum impedita Sabbathi festo illos incipere dies. 50. Propterea non dixit scriptura, *altera die Paschæ, vel azimorum:* sed *Altera die Sabbathi:* quia nimirum voluit generatim includere festa, quæ immediatè occurrerent post Pascha siue vnum, siue plura: Ita vt idem sit, *altera die Sabbathi*, ac, *prima die profana post festum Paschæ*. Et quia vt plurimum non occurrebat festum post Pascha nisi primo die azimorum, propterea Iosephus loquens de eo quod accidebat vt plurimum scripsit. 3. Antiq. 13. incipere numerari hos dies quinquaginta, luna. 16. At anno passionis Christi Sabbathum fuit Luna. 15. id est. 2. die azimorum. Quare Iudæi non incœperunt numerare dies Pentecostes nisi luna. 17. siue tertia azimorum qui erat Dominicus dies, ergo etiam Pentecostes incidit in Dominicam diem.

De septuagesima, sexagesima, quinquagesima, & quadragesimæ dominicis.

CAP. XIIII.



Eptuagesimæ, sexagesimæ, & quinquagesimæ non iuuenio mentionem ante tempora Gregor. 1. in cuius Antiphonaria annotantur officia Dominicarum harum, quarum deinde meminerunt alij authores vt [a] Beda, [b] Alcuinus, [c] Rabanus, [d] Iuo, [e] Rupertus B. Bernardus: sermone de septuagesima.

Ista autem nomina non sunt desumpta à numero dierum, sed à numero Dominicarum ante Dominicam Passionis. Voluit enim Ecclesia præmittere. 7. celebres Dominicas quibus reuocaret nobis in memoriam captiuitatem nostram spiritualem: sicut per Dominicam Passionis, & Palmarum commemoratur à captiuitate Redemptio.

Itaque prima Dominica ex septem, dicitur propterea septuagesima. Secunda, sexagesima, nimirum quia prima ex sex. Tertia, quinquagesima quia prima ex quinque sequentibus. Quarta dicitur, prima quadragesimæ. Quinta, secunda quadragesimæ: & sic deinceps vsque ad Dominicam ante Dominicam Passionis. De Dominicis quadragesimæ frequentissima est mentio apud PP. sed hac de re in controuersiis de ieiunio.

a *Libello de officiis diuinis.*

b *Libro eiusdem argumenti.*

c *2. cap. 34. de institutione Clericorum.*

d *Serm. de Septuagesima.*

e *4. cap. 1. de diuinis officiis.*

De reliquis festis Domini.

CAP. XV.



Atalis Domini meminit [a] Clemens Rom. [b] Chrysost. [c] Ambros. Basilius, Nazian. Maximus, Aug. Leo, & alij quorum extant sermones de natali Domini.

a 5. *cap.* 13. *constit.*
b *Oratione in Sanctum Philogonium.*
c 3. *de Virginibus.*

Circumcisionis videtur recens festum, nam non solùm veteres illud prætermittunt: sed etiam Isidorus, Micrologus Amalarius Rabanus, Valfridus strabo, qui describunt officia omnium festorum, meminerunt quidem officij octauæ, natalis Domini sed non sub nomine Circumcisionis. B. Bernardus tamen, & ante eum Iuo Carnotensis sermones de ipso Circumcisionis festo habent.

Epiphaniæ, [d] Chrysostom. [e] Nazianz. Maximus Aug. Leo meminerunt. Quamuis autem natalis Domini & Epiphaniæ sint duo in Occidente festa, in Oriente tamen habebantur pro vno vt Cassianus obseruat collatione.10.

d *Supra.*
e *Oratione in sancta Lumina.*

Dominicæ in Albis [f] Clemens meminit [g] Nazianz. [h] & August.

Ascensionis, est antiquissimum vt docet Clemen. 5. constit. Apostolica. 20. & Aug. ep. 118. in eodem festant extant sermones Leonis, & aliorum.

Trinitatis recens est. Nam [i] Alexander tertius[circa. 1159. an.] ait fuisse quidem in vsu apud quasdam Ecclesias non tamen Romæ, & Micrologus reprehendit obseruantes hoc festum. Nec refert præfationem de Trinitate esse vnam ex nouem quas Pelagius. 2. tanquam antiquissimas seruari præcepit. Nam illa solebat cantari omnibus Dominicis, nec erat specialis festo Trinitatis. Postea tamen Romæ, merito hoc etiam festum receptum est in octaua Pentecoste, vt Deo spe-

f 5. *cap.* 20.
g *Oratione in nouam Dominicam.*
h *Sermone.* 1. *de octaua Paschalis.*
i *C. quoniam de feriis.*

cialiter agantur gratiæ pro Trinitatis mysterio orbi terrarum per Apostolos declarato.

Festum corporis Christi constat ab Vrbano. 4. institutum post an. 1200. & rectè. Nam iustum est diem habere certum, quo recoleremus memoriam institutionis maximi Sacramentorum. Transfigurationis antiquam esse videtur. extant enim sermones de illo. S. Leonis, Cyrilli Alexandr. & Andrææ Cretẽsis apud Surium.

De festis Sanctorum.

CAP. XVI.



Æc festa maximè reiiciunt aduersarij. Primò quia Sabbathum, siue festum colere est primæ præceptum tabulæ, & proinde ad cultum pertinet Dei.

Secundò, quędam falsò nituntur fundamento vt festum Conceptionis B. Mariæ quod reprehendit B. Bernard. ep. 174. quia vel est honorare peccatum, vel falsam introducere sanctitatem aut saltem dubiam. Nec enim Ecclesia definiuit, Conceptam B. Virginẽ sine originali peccato.

Tertiò, quod plurima sint noua, ac præsertim B. Virginis quorum non est mentio ante Iustiniani tempora.

Quartò, quod quædam ab Imperatoribus instituta, vt Purificationis à a Iustiniano, Assumptionis, à b Mauritio.

Quintò, quia inde abusus, non sanctis etiam Imperatoribus dicare dies festos, vt de Iustiniano refert c Nicephorus.

Contrà primò, Ecclesia Catholica omni tempore seruauit festa Sanctorum. Sæculo 1. Clemens d Rom. iubet seruari festa Apostolorum & Martyrum. Sęculo. 2. Ecclesia Smyrnensis in epistola apud e Eusebium:

a *Apud Paulum Diaconum libro 16. rerum Romanarum.*

b *Apud Nicephorum libro 17 cap. 28.*

c 17. *cap. 31. Hæ sunt obiectiones Heshusii libro de erroribus Pötificiorum tit. 26. Item & obiectiones Magdeburg. Centur. 6. cap. 6. col. 342 343. 343.*

d 8. *constit.* 39.

e 4 *histor.* 14. *in Ruffino.* 15.

Eorum (inquit) *memoriam qui prius passi fuerant celebramus, vt sequentium animi ad prædecessorum viam exemplis insignibus excitentur.* Sæculo tertio [f] Origen, ait festum Innocentium rectè ab Ecclesia coli, quòd illi martyrũ primitiæ fuerint. Tertull. de corona militis docet vnã ex antiquissimis traditionibus esse annuas celebrationes facere pro Natalitiis Cyprian. [g] *dies eorum, quibus excedunt annotate, vt commemorationes eorum inter memorias martyrum celebrare possimus.* Sæculo. 4. Basilius orat. in Gordium Martyrem Nyssen. in Theodorum. [h] Nazianz. [i] Ambros. [k] Hieron. [l] Prudentius meminerunt festorum dierum in memoriam sanctorum. Quintò sæculo Chrysost. homil. 66. ad populum [m] Theodoret. [n] Aug. [o] Paulinus.

Secundò Laodicen. [p] Concil. ante annos. 1200. vetat celebrari in quadragesima festa Sanctorum. extra ergo celebrabantur Carthag. 3. [q] ante an. 1100. *liceat* (inquit) *legi passiones Martyrum, cùm anniuersary dies eorum celebrantur.* [r] Toletan 3. iubet diebus festis Sanctorum ne populi dent saltationibus operam [s] Lugdunense numerat festum Apostolorum, Assumptionis, Natiuitatis B. Mariæ sancti Syluestri, & Martini inter Ecclesiæ festa.

Tertiò, festi dies rectè instituuntur ad diuina recolenda beneficia vt constat de festo Sabbathi & sortium apud Iudæos, & festis Domini apud nos. Sed magnũ est Dei beneficium, fœlix consummatio alicuius sancti, & præcipuè martyrum: inde enim datur Ecclesię militanti exemplum fortitudinis, & nouus apud Deum patronus: triumphanti autem nouum gaudium accedit. Quartò profani celebrantur dies, vel ob diem natalem principum, vel assumptionem ad summam dignitatem, vel ob victoriam partam. Ergo meritò dies religiosi celebrantur ob natale Principis alicuius cęlestis in beata gloria, assumptionem eius ad dignitatem inenarrabilem, ob victoriam perfectam de Diabolo, & gloriosum in cęlo triumphum.

Ad. 1. respon. 1. festa sanctorum Deo dicari in memoriam Sanctorum: sicut placet nonnullis de templis. 2. etiam terminari in sanctos, nec tamen esse latriam, sicut

f *Homilia.* 3. *in diuersos.*
g 3. *epist.* 6.
h *Prima in Julianum paulò ante medium.*
i *Serm.* 66. 77. 78.
k *In* 4. *ad Galatas & epistola* 19. *ad Eustochium.*
l *In hymno de SS. Petro, & Paulo.*
m 8. *de Martyribus.*
n *In Psal.* 63. & 88.
o *Natali.* 2. & 3. *Fœlicis quibus accedunt omnes anthores posteriores.*
p *Can.* 51.
q *Can.* 47.
r *Can. vltimo.*
s *Canone: Pronunciandum de consecrat. dist.* 3.

ſicut ſupra de votis erga Sanctos diximus.

Ad 2. reſp. 1. à maiori Eccleſiæ parte [t] credi piè B Virginem ſine originali peccato conceptam 2. Etſi concepta eſſet in originali, tamen nos neque peccatum honorare, neque falſam aut dubiam ſanctitatem: ſed officium matris Dei, per ſe ſanctum, & colendum: ad quod deſignata fuit in ipſa conceptione. nam ſingulare gaudium affert mundo huius rei memoria: tunc enim primum habuimus pignus certum redemptionis noſtræ. Quomodo B. ipſe Bernardus celebrabat natale S. Ioannis Baptiſt. nimirum ob officium præcurſoris. Quamuis dicat ibidem ſe non audere aſſerere natũ illum ſine originali peccato.

Non reprehendit autem ſimpliciter feſtum Cõceptionis ſed quòd ſine exemplo, vel præcepto Romanæ Eccleſiæ id fieret. At nos nunc vtrumque habemus.

Ad 3. Reſp. 1. Semper etiam eſſe recentia Dei beneficia, vel ſaltem occaſiones recentes celebrandorum feſtorum. 2. Feſta B. Mariæ quædam eſſe certè recentia. Nam Conceptionis, tempore Bernard. cœpit ſed non vbique receptum niſi poſt [u] Decretum Sixti 4. Viſitationis inſtitutum fuit ab Vrbano 6. & confirmatum à Bonifacio 9. quamuis vtrumque iam antea eſſet in Calendario Græcorum. Nihilominus quædam etiam ſunt antiqua. Nam Natiuitatis meminit. [x] B. Damianus & [y] ante eum Greg. 1. Annunciationis. [z] Athanaſius Purificationis, [a] Amphilochius, Nyſſen. Chryſoſto. Cyrillus Alexãdrinus. Aſſumptionis, [b] Gregorius magnus: ante eum, [c] Andræas Cretenſis, ante Andræam, [d] Hierony. ſiue Sophronius ei æqualis.

Ad 4. Negatur quia Amphilochius, Nyſſ. Chryſoſt. Cyrill. ſunt antiquiores Iuſtiniano, Hierony. ſiue Sophron. Mauritio. Solùm ergo hi Imperatores aliquid addere potuerunt ad celebritatem ciuilem horum feſtorum.

Ad 5. reſpond. 1. ſolùm dicere Nicephorum, ſo-

[t] *Etiam à Luthero ſermone de feſto Conceptionis & Eraſmo Apologia ad Albertum Piuni Carpenſem.*

[u] *In extrauag.* Cùm præexcelſa. *de reliquiis & veneratione SS.*

[x] *Tribus ſermõnibus de eodem feſto.*

[y] *In Antiphonario, & Sacramentario.*

[z] *Oratione de Sãcta Deipara.*

[a] *Sermonibus hâc de re apud Lipomanum & Surium.*

[b] *Supra.*

[c] *Oratione de hoc feſto.*

[d] *Sermone de hoc feſto inter opera Hierony.*

litum quendam Constantinopolit. Episcopum, celebrare quotannis memoriam Iustiniani: quod intelligi potest de laudatione aliquâ inter concionandum adhibita, non autem de aliquo die festo. 2. Factum fuisse vnius priuati Episcopi, non immeritò reprehensione dignum, præsertim cũ eius successores mox omiserint eiusmodi celebritatem.

De Vigiliis.

CAP. XVII.



IN profestis magnorum dierum consueuerat Ecclesia vigilare ac ieiunare. In primis autem vigilia Paschæ, quę nocte præcedente Dominicam Resurrectionis agebatur semper celeberrima fuit vt patet ex Clemēte 5. constit. 19. & [a] Tertull. lib. 2. ad vxorem.

De vigiliis in Sanctorum honorem meminit [b] Basil. [c] Hierony. [d] Burchardus, [e] Bernard. [f] Innocent. 3.

Cæterum quoniam paulatim, nocturnarum occasione vigiliarum irrepserant abusus, & flagitia patrabantur, placuit Ecclesiæ nocturnos conuentus, & vigilias omittere, ac solùm iisdem celebrare ieiunia diebus.

[a] *Eusebio 6. histor. 8. in Ruffino 7.*
[b] *In Psal. 114.*
[c] *Aduersus Vigilantium.*
[d] *13. Decretorum cap. 16.*
[e] *Sermone de Vigiliâ Sancti Andreæ, & Vigilia SS. Petri, & Pauli.*
[f] *cap. 1. & 2. de obseruatione ieiuniorum.*

FINIS QVATVOR CONTROVERSIARVM GENERAlium secundi Tomi.

Laus Deo & B. Virgini.



INDEX
OMNIVM RERVM ET VERBORVM QVÆ IN HOC SEcundo tomo Controuersiarum R. Bellarmini continentur.

FINIS.